TRACTATVS PRACTICABILES

De { Deposito, Oblationibus, & Sequestro,

VINCENTII CAROCII TVDERTINI, IVRISCONSVLTI PRAECLARISSIMI.

In quibus noua quædam, frequentes, quotidianaq; materiæ, omnibus tam in Scholis, quàm in causarum foro versantibus, summè vtiles ac necessariæ pertractantur.

CVM SVMMARIIS, ET INDICE locupletissimis.

CVM PRIVILEGIO.

VIRTVTI SIC CEDIT INVIDIA.



VENETIIS, Apud Damianum Zenarium MDCIII.

Ludouici Rucar. I.C. L.

Nunc verò Io: Philippi Paperini I.V.D. in Flor. Curia advocati



ADMODVM ILLVSTRI AC REVERENDISS. DOMINO, D. SERAPHINO OLIVARIO RAZZALLIO,

Sacri Romanæ Rotæ Auditorij
Decano dignissimo.



Vincentius Carocius, I. C. Tudertinus, fælicitatem.




NIVERSIS hominibus à natura cunctarum rerum magistra insitum esse videtur, vt quæcunque siue in rebus agendis, siue in cogitandis, scribendis, muneribus largiendis, debitis soluendis, contrahendis denique omnibus peragere intendant, nihil sibi antiquius faciendum putent, quàm vt ad optatum vniuscuiusque rei potissimum pro sui (vt ita dicam) genij

procliuitate finem perducant. Hinc est quod multi mercenarij potius quàm nobiles scribentes lucubrationes suas venales, ac proinde viliores faciẽtes animos suos auaritiæ labe infectos tegere nescientes hunc sibi præcipuum finem proponunt, vt de laboribus suis lucrum, a Dominisq; suis quibus ad hunc effectum eos dicarunt, mercedem reportent. Alij humanas laudes nimis temerè affectantes, debitumque Deo honorem sibi tribui cupientes operum suorum Illustribus, doctissimisq; viris oblationem faciunt non alia re moti, nisi vt laudentur (quod si terminos non excederet, non sine laude transiret) a laudatis viris. Extant & alij ingenitæ animi nobilitatis fulgore præditi, qui nõ diuitias, non lucrum, non mercedem, non humanas laudes, non inanes glorias, non vulgares plausus cupiunt, affectant, anhelant, sed ad Dei Optimi Maximi gloriam, studiosorum vtilitatem, ipsorum exercitationem, parentum, patriæque (cui summopere debemus) honorem quasi votiuas quasdam tabellas Dominis suis de immenso, vastissimoq; scientiarum pelago euadentes voti cõpotes lucubrationes suas affigunt. In quorum numero (quamuis indignus) me esse profiteor; cogitãti enim mihi de huiusmodi mei opusculi protectore eligendo, occurrit Seraphin, qui (more il-

lius,

lius, cui a Domino terrestris Paradisi ignito gladio custodia tradita fuit) scientiæ clypeo, auctoritatisque suæ gladio ita detractoribus occurret terribilis, vt non parum sibi facturũ putent, si operi meo Seraphini custodia munito caput poterunt aperire. Sub tuo igitur nomine, Illustris ac Reuerendiss. Domine, intuenda se præbere non erubescent tria hæc Depositi, Sequestri, & Oblationum opuscula, quæ licèt parua sint, non inutilia tamen fore existimo. Materiæ quidem frequentes, & quotidie in foro versatæ, & à nemine, vt viderim præcipue tractatæ. Tu igitur more illius nobilis creditoris opus meum accipias, qui licet sibi plurimum a debitore suo deberi intelligat, modicum tamen accipere pro viribus illius non dedignatur. Vale.

INDEX



INDEX TITVLORVM PRIMAE PARTIS.

DE DEPOSITO.

Forma

DE



DE DEPOSITO

Caput Primum.



DIffinitio ff.l.1.in principio.

Caput Secundum.

Euentus proprietas, & possessio apud deponentem manet ff.l.17.§.fina.

Caput Tertium.

An sit vtile depositum, & vnde nascatur. Distinguitur.

Ex Persona Deponentis.

Si alius non dominus deponat, C.lib.3.tit.42.l.8.
Si prædo, vel fur deponat, ff.l.1. §.si prædo.l.31. §.incurrit. vsque ad finem l. lib.5.titu.1.l.64.
Si reus publici iudicij, postea deportatus deponat, ff.l.31. in prin.
Si seruus, §.non solum, l.33.§.si seruus.
Si seruus hæreditarius deponat, ff.l.1.§.item si seruus, lib.44.tit.7. l.15.§.fin.C.l.9.
Si seruiens bona fide deponat, ff.l.1.§.non solum.

Ex Persona Depositarij.

Si pupillus sit, ff.l.1.§.in pupillum.
Si filiusfamilias sit, ff.l.1.§.filiumfamilias.
Si seruus sit, ff.l.1.§.si apud seruum.
Si iussu depositarij electi apud alium deposui, ff.l.1.§.idem Pomponius.

Ex re deposita.

Si res aliena, supra ex persona deponentis.
Si res depositarij, ff.l.15.l.31.§.si tamen.
Si res quam dotis nomine inutiliter dedi, ff.l.27.

Ex Causa, & Modo.

Si sequestrationis causa deponat, ff.l.5.§.in sequestrum, l.6.
Si sponsionis causa anulus datus sit, ff.de lib.19.titu.5.l.18.§.fin.
Si pecuniam apud te deposui, vt dares Titio si puerum meum reduxisset

duxisset, ff.lib. 19.tit.5. l.18. §.fin.
Si iussu depositarij electi apud aliũ deposui.ff.l. 1.§.idẽ Pomponius.
Si merces interueniat, ff.l.1. §.si vestimenta.
Si quasi mutuum,ff.lib. 12.tit.1. l.18.

Ex specie, & forma deponendi.

Si commendat,ff.l.24.lib.50.tit.16.l.186.
Si mandauero,vt custodiat,ff.l.1.§.idem Pomponius.
Si rogauero,l.1.§.si te rogauero, & nisi ille rogauero, & nisi ille recipiat,tu custodias,ff.l.1.§.quod si rem. si res puellæ oblatæ pater suscipiat,l.25. in principio.
Si seruum conijciat in pistrinum, ff.l.1.§.si quis seruum.
Si vestimenta det balneatori, ff.l.1. §.si vestimenta.

Ex consequentibus.

De instrumento conficiendo, & testibus adhibendis Nouel. c.73. §. si quis igitur.
Si deponens deportatus sit,ff.l.31.in princ.

Si res restituta sit, distinguitur.

Sequentibus modis.

Ex persona eius,cui restituit.

Si alij,quàm domino restituit, ff.l.1.§.si a seruo.
Si seruo, ff.l.2.
Si vni ex hæredibus,ff.l.1. §.si pecunia in sacculo, lib.46. tit.3.l.81. §. si lancem.
Si sequester officium suum deponere velit,l.5. §.fin.

Ex reliquis contingentibus.

Si rem deteriorem restituit,ff.l.1.§.si res deposita,lib.13. tit.6. l.18. §.sine autem,lib.9.tit.2.l.42.
Si aliam rem,quam accepit restituat,ff.lib.19.tit.2.l.31. §.idẽ iuris.
Si non aliter quàm nummis acceptis restituit, ff.l.34.
Si quasi de suo dat pro libertate serui,l.1.§.eleganter.
Si non in loco debito restituat,ff.l.1.§.id sequestrum,l.12.§.1.
Si non debito tempore infra quando,datur actio.

De actione depositi. Genus.

Bonæ fidei est,ff.l.1.§.hæc autem actio rei persequendæ.Instit.lib.4. tit.6. §.sequens.

Causæ ex quibus datur.

Si legem non seruat, C.l.6.
Si rem contrectat,ff.l.29.lib.47.tit.2.l.88.in princ.C.l.3.
Si mutuauit,C.l.7.l.8.
Si scripturas tribuerit depositus, l. 1. §. si quis tabulas, lib.9. tit.2. l.41. §.sed & si quis, l.42. tit.19. l.48. l.38. §.instrumenta, tit.10.

l.1.§. is qui depositus,

Si deteriorauit, posui superius.

Si amisit, vel perijt: ponam inferius.

Ex causa, & modo facti.

Dolo depositarij, l.1.§.in conducto. Instit.§.præterea.

Si conuenit ne dolus præstetur, l.1.§.si conuenerit.

Culpa, & Casu.

An teneatur, Instit.§.præterea, ff.l.14.§.siue autem, l.20.C.l.1.ff.lib.13.tit.6.l.5.§.nunc.

Subdistinguitur si conuenit de periculo, l.1.§.sæpe euenit, lib.17.tit.1.l.39.lib.13.tit.6.l.5.

Si merces interueniat, ff.lib.13.tit.6.l.5.nunc videndum.

Si mutuum interuenit, ff.lib.12.tit.1.l.4.in princ.

Si lata culpa fit, l.32.C.l.1.

Si vestimenta dedit seruanda, l.1.§.si vestimenta.

Si res iudicio accepto perierit, l.12.§.fin.l.14.§.siue autem.

Si facta venditione interijt, l.1.§.si rem.

Si postea recuperauit, l.1.§.inde scribit, l.3.l.20.§.fin.

Si fideiussor interueniat, l.1.§.idem etiam.

De causis specialibus.

Si facultatem restituendi non habet, l.2.§.inde scribit.

Si hæres ignorans vendiderit, l.1.§.fin.l.2.& 3.

Si misericordia hominem soluat, ff.l.7.in princ.

Si ex causa compensationis.

Si ex opinione non reddat, ff.l.13.in princ.

Si denunciatum sit, C.l.11.§.fin. Nouel.c.88.

Ex persona facti.

Si pater, vel dominus dolo fecerit, l.1.§.filium.

Si depositarij depositarius deposuit, ff.l.16.

Si hæres depositarij, posui superius.

Ex contingentibus.

Si post litem dolo fecit, l.1.§.non tantum.

Si conuenit ne dolus præstetur, l.1.§.si conueniat.

Si conueniat ne depositi agatur, ff.lib.2.tit.14.l.7.§.si paciscar.l.27.§.illud.

Si inutile sit depositum, visum est superius.

Si res restituta sit, visum superius.

Si cum altero actum sit, l.1.§.si apud duos.

Quibus

Quibus datur actio depositi.

Caput Quartum.

DE successoribus, ff.l.1.§.hæc actio, §. si pecunia in sacculo, l.14. lib.36 tit.3.l.18.
De hærede, cui institui iussit deponens, l.26. in prin. lib.36. titu.3.l. 18.§.idem quæsijt.
De eo, qui deposuit, & rei domino, l.31.§.incurrit, C. lib.3. tit. 42. l.18.
De eo, qui deposuit, & deponi mandauit, l.1.§.si te rogauero.
De seruo, & domino priore, vel posteriore, l.1.§ si seruus, de duob. dominis cum seruo communi.l.1.§.si duorum.
De altero ex duobus deponentibus, an in solidum agere possit, l.1. §.sed si duo.
De filiofamilias.l.19.

Aduersus quos detur.

Caput Quintum.

DE hæredibus, l.19.§.cum sequestro, l.25. in princ. lib.44.tit.7. l.48.
De patre, & domino, filio, vel seruo, l.1.§.si apud.
De hærede putatiuo, ff.l.4.
De iubente deponi, l.1.ff.idem Pomponius.
De depositario mutuante, C l.8.
De altero ex duobus depositarijs, l.1.§.si apud duos.
De fideiussore, l.1.§.idem Pomponius.

Qui veniat, & quantum in actione depositi.

Caput Sextum.

TVmultus, incendij, ruinarum in duplum, aliàs in simplum. Insti.tit.6.lib.4.§.sequens, ff.l.1.§.prætor, & l.18.
Si hæredes conueniantur ex dolo defuncti, ff.l.1.§. 1, l.7. §.1.l.18.

lib.44.tit.7.lib.11.C l.1.l.8.
Si ex dolo suo.l.1.§.1.l.9.l.10.l.19.l.22.
Si plures sint hæredes pro parte conueniendi sunt iuribus præallegatis.
In litem iurando,l.1.§.in depositi.
De his,quæ depositis reb.accedunt,l.1.§.quæ depositis,& §.si cista.
De fructibus,parte,& omni censu,l.1.§.hanc autem, lib.22.tit.1.l.38.§.si possessionem.
De vsuris,ff.l.24.& l.25.§.fi.l.26.§.huius.l.28.l.29.§.fi. C.l.2.l.3.l.4. Nouel.c.88.§.agnoscat.
De pretio rei venditæ,l.5.§.fi.l 2.3.4.
De re comparata ex pecunia deposita,C.lib.3.tit.32.l.6.
De actionibus præstandis,ff.l.2.l.26.

Quando, & quandiu competat.

Caput Septimum.

INterdum intra annum, interdum in perpetuum.l.18. statim cum depositum est repeti potest. l. 1. §. est autem.non competit ante conditionem existentem,l.1.§ est autem.C.l.5.
Etiam ante mortem repeti potest si aliàs conuentum sit,l.1.§. si sic deposuero.
Si deposuit cum pacto vtendi ante vsum repeti pôt.l.1.§.si pecunia.

De adiunctis officijs actoris.

Caput Octauum.

DE re,quam petit, designanda,vel describenda,l.1.§. si quis argentum.
De probatione depositi,epistolis,instrumentis,testibus, l.26.§. fi.l.27.C.l.7.Nouel.c.73.§.si quis.

De euentu.

Caput Nonum.

COndemnatus infamatur.C.l.10.
Si fideiussor obtulerit litis æstimationé,res fit depositarij, ff.l.30.
Actionibus depositario condemnato cedendis,ff.lib.42.tit.1.l.12.

De

De affinibus remedijs.

Caput Decimum.

Locati, & conducti actio.l.1.§.si quis vestimenta mandati, l.1. §.si te rogauero.
Ad exhibendum, & rei vendicatio,l.1.§.si rem.l.33.C.l.1.l.8. lib. 3. tit.43.l.8.
Furti.l.29.in prin C.l.3.
Condictio.l.13.§.si.lib.13 tit.1.l.16.
Iniuriarum.l.1. §. si quis tabulas.l.Aquiliæ. lib.13.titu.6.l.18.§.sine autem.
Præscriptis verbis.l.1.§.si quis seruum.
Actione aduersus cohæredem, qui partem à depositario exegit.C. l.12.
Actione in factum aduersus nautas,caupones, & stabularios suo loco.

De contraria depositi actione.

An competat.ff.l.5.in prin.

Causa ex quibus competat.


Si seruo deposito victum dedit.l.23.
Si sua impensa rem restituit.l.12.in prin.
Si seruus depositus furtum fecit,ff.lib.47.tit.2.l.63.§.idque. lib.13. tit.7.l.31.§.si.

Quid veniat.

In litem iuratur, ff.l.5.in prin.



INDEX



INDEX RERVM AC VERBORVM NOTABILIVM, QVAE HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

SERIE ALPHABETICA DIGESTVS.



A

Actio

Afflictio

Cadauer

Condictio

Creditor

Custos

Depo-

d tem

Depo-

Depo-

E

Euictio

F

Filius

G

H

I

Inter-

L

f 2 L.si.

L.fi.

Libellus

N.

Nouatio

g Oblatio

arti-

Procu-

Reli-

Seque-


Solu-

Tabulæ

T


V

FINIS.



TRACTATVS DO. VINCENTII CAROCII, DE DEPOSITO, ET ECONTRA.

PARS PRIMA.



Quid sit Depositum, & eius diffinitio.

SVMMARIVM.

1 Depositi diffinitio, & circumstantia. nu. 2.
3 Depositarius mercedem recipiens tenetur conducti.
4 Custodia in deposito, nisi in consequentiam alterius contractus veniat, primus attenditur.
5 Mandati actio adhuc competit, cum mandatur vt pecunia recipiatur, nomine contractus non adiecto.
6 Depositarius nisi custodiam susceperit, & in dolo non fuerit, depositi non tenetur, sed rerum amotarum, vel ad exhibendum.
Ampliatur, etiam si penes adiunctam personam res ponatur, nu. 7. declaratur q; in eo, qui ratione officij, vt in nauta, caupone, & stabulario tenetur. nu.
9 Depositum fit per verbum deponere, & custodire.

QVAESTIO PRIMA



VAR RO primo loco pro intelligentia, quid sit depositum? Respondetur, depo-
1 situm † est quod custodiendum alicui datum est. l. 1. ff. deposi. Addit Cuiac. in sua practica, in titu. deposi. est conuentio gratis custodiendæ rei, quæ traditur sub fide restituenda.

Ex † qua diffinitione sequitur correlarie
2 conclusio, scilicet depositum dici cum res custodiæ causa datur.

3 Declaratur † primò, quando depositarius pro deposito reciperet mercedem, quo casu tenetur conducti. ita tenent Doctores per l. 1. §. si vestimenta, ff deposi.

4 Declaratur secundò, † nisi custodia veniret in consequentiam alterius contractus, quia tunc attenditur primus contractus. l. 1. §. idem Pomponius, ff deposi. Soc. in l. mutuũ, nu. 3 ff si cert. peta.

5 Subdeclara tamen hoc modo: † nam si mando tibi simpliciter, vt pecuniam recipias nõ adiecto nomine contractus, adhuc competit actio mandati, & sic ex primo contractu: similiter si fuit expressum nomen alterius cõtractus, & sic perfectum est mandatũ, & sic datur actio ex secundo contractu mutui: vel apparet, quod voluit transire in aliud nomen contractus, puta fuit dictum, accipias mutuo pecuniam, vel quid simile. Bar. in l. idemq́;, §. si quis Titio ff. manda. ad intellectum dicti §. idem Pomponius, & Bal. in rub. C. deposi. col. 2.

6 Sed pone hic vnũ, quod in facto sępius occurrit. † ponitur quis in camera, vel apotheca alicuius amici rem aliquam ipso vidẽte, sciente, & patiente, an sit depositum. vtique non. Vnde si ille recedat, & dimittat ostium apertum, & res subtrahatur, non tenetur, nisi fuisset in dolo. ita tenuit disputando Lambert. de Rampon. quem sequitur Io. And in addi. ad Speculum, in rub. deposi. per l. si ego, §. si. vers & si custodia. ff. de iure dotium. vbi non tenetur depositi, nisi custodiam susceperit, sed rerum amotarum, vel ad exhibendum. idem sequitur Dec. in l. mutuum, num. 9. ff. si cer. petatur. Idem etiam tenuerunt Cy & Bal. in l. inuitum C. de proc. & Bal. in Auth. habita. in fi. C. ne filius pro patre. in l. certi iuris. C. loca. in l. filius, §. inuitus. C. de procura. Antõ. Gom. de contract.

tomo 3.c.6.nu.2.Spec.de fur.§.1.ver.quid si res.Albe.in 2.par.statut.q.174.Marſ.conſ.23.nu.4.Enchiridion Pariũ in ver.depositi.

7 Ampliatur, † vt procedat in deposito facto penes coniunctã pſonã; nam hoc casu ratio coniunctionis sanguinis non inducit tacitum consensum.ita contra Romanum in l.quæ dotis.in fi.ff.sol. mat.tenet Alex.ad Bar.in l.si quis vxori.§.apud Labeonem. littera A.ff.de fur.dicens hanc esse communem opinionem.

8 Declara † in eo,qui tenetur ratione alicuius officij, vt in nauta,caupona,vel stabulario; nam sufficit ponere ipsis scientibus,& patientibus,secus ignorantibus.glo.in l.2.in fi.ff.nau. caupo. stabular.Cy.in l.certi iuris.C.loca.Specul.in tit.de fur.versic.quid si immissæ.

9 Notandum est etiam, † quod depositum fit per verbum deponere,& custodire, vt dictum est, & in l.1.§. si quis custodiendum. ff.eodem. ita si dicatur, serua mihi hanc rem.l.1.§. si vestimenta. ff.deposi.similiter si dicatur,commendo tibi hanc rem. l.Lucius, vbi notatur.ff.depositi.

DEPOSITI DIVISIO.

SVMMARIVM.

1 *Depositum quotuplex sit.*

2 *Depositi veri priuilegia, an competant confessionato, & an dos confessionata dotis priuilegijs gaudeat.nu.3 & 4.*

5 *Argumentum à dote ad depositum,non valet.*

6 *Verba propriè intelligenda & simpliciter,& non secundum quid.*

7 *Exorbitans quid licèt restringendum,ad casum tamen similem ex identitate rationis extenditur. & nu 8.*

9 *Procurator ad mutuum recipiendum,confitẽs simpliciter accepisse, licèt reuera non acceperit, dominum non obligat.*

10 *Depositum confessionatum veri depositi, seu non numeratæ pecuniæ priuilegio gaudet: & nu.11. & quid si depositum fiat in specie, vel pecunia in sacculo signata. nu.12.*

13 *Fideiussor à principali debitore per solam creditoris confessionem repetere potest,& quòd debitor soluens fideiussori rectè soluat, & in fideiussoribus receptum est,vt satisfecisse dicantur,etiam si interpretatiuè tantum satisfecerint.nu.15.*

14 *Creditor etiam post triginta dies onus probandi pecuniam non numeratam,assumere potest.*

QVAESTIO SECVNDA.



1 QVAERO pro vlteriori materiæ cognitione † quotuplex sit depositum? Respondetur quod aliud est depositum reale, vt cum realiter, & cum effectu constat de re deposita. §. præterea. Instit. quibus modis re contrahitur obligatio. aliud est depositum confessionem, de quo non constat, nisi per confessionem depositarij. l. Publia. §. fi. ff. deposi.

2 Sed hic quæri potest, † an priuilegia veri depositi competant deposito confessionato. Bal. cons. 384. in fi vol. 1 tenuit quod non, quem sequutus est Soc. cons. 143. col. pen. vol. 1. duplicatum consil. 172. vol. 2. mouentur ea ratione, quia dos confessata non gaudet priuilegijs dotis. glo. in l. assiduis. in verb. datæ, vbi Bal. dicit eam glossam esse auream. C. qui potiores in pignore habeantur. idem Bal. in l. diuersis. C. eodem. in l. cum aliquis. col. 2. versic. secundo eam C. de iure deliberan. in l. 1. ff. sol. mat. Pal. in l. 1. col. 3. vers. secundo quæritur. C. de priuileg. dot. cum late adductis per Tiraq. de retract. in verb. consignier. nu. 18. Nouel. reg. 26. num. 2. Boer. decis. 295. nu. 8.

Cui rationi respondet Rolan. cons. 17. nu. 10. vol. 1. quod gl. in l. * assiduis. in verb. datæ communiter reprobatur, vt ibi Bar. nu. 18.

3 Quæ † responsio mihi videtur aliquantulum dubia, quia Bart.

id in-

id intelligit esse verum, quando sit renunciatum exceptioni non numeratæ dotis, vel sit elapsum biennium. vnde non sumus amplius in puris terminis simplicis confessionis, quinimmo arguendo à contrario, his cessantibus videtur Bar. contrarium penitus sentire. accedat dictum Ang. in l. pecunia. C. de solu. quod illa gl. procedat quando mulier concurrat cum creditoribus probantibus realem dationem, secus in pari casu confessionis, & alijs modis limitatur d. gl. vt per Campeg. de dote, q. 93. ex quib. constat non esse absolute verum dictum Bar. & eius attestationem.

4 Tertiò † vltra Campeg. & eius declarationes accedat quod dictum Bar. procedit, & est verum, si processit instrumentum promissionis dotis tempore contractus matrimonij, non autem si nõ appareat nisi simplex instrumentũ confessionis dotis, vt late deducit Afflict. decis. 402. vnde sequitur, quod dicta ratio arguendo à dote confessata, non concludit, quia concurrunt simul duo vincula, s. instrumentum promissionis, & confessionis. sed in casu depositi apparet nuda tantum, & simplex confessio.

5 Quartò sine veri præiudicio dici forte posset, † quod non procedat consequentia à materia dotis, quæ est priuilegiatissima ad depositum, inferẽdo, hoc procedit in dote, ergo in deposito, iuxta no. in l. 1. ff. sol. mat.

Secundo itaque loco pro parte negatiua adduci solet illa ratio sumpta ex l. fin. C. de sponsal. quæ loquitur de vera numeratione arrarum, locum non habet in confessione arrarum.

Cui rationi colligitur responsio ex dictis Soci. cons. 3. vol. 1. quod hoc sit inductum ad tollendas fraudes, quæ passim fiebant.

6 Tertio loco adducitur ratio, † quod verba debent intelligi proprie, & simpliciter, non secundum quid doctrina Bar. in l. Luciũ, §. quæsitum. ff. de leg. 3. l. filiusfamilias, §. sed enim meminisse, ff. de dona. sed proprium depositum est, vbi interuenit numeratio, ergo, &c.

Sed huic responderi posset, quod licet proprie depositũ actuale sit depositum, non tñ sequitur quia priuilegia cõpetentia deposito actuali nõ possint extendi ad depositum confessionatum. non. n. loquimur an proprie loquendo appellatione depositi veniat confessionatum, sed an priuilegia competentia deposito actuali extendantur ad cõfessionatum, iuxta not. in l. si verò, §. de viro. ff. soluto matrimonio. Eueran. in loco a ratione legis larga.

7 Quarto loco adducitur illa ratio, dispositio l. fi. C. deposi. quæ loquitur de priuilegijs depositi, loquitur in deposito actuali, vt ibi in verbo acceperit, in verbo restituere, & est exorbitans, ergo

restringenda regula, quæ a iure communi. lib. 6.

8 Cui rationi responderi posset, † quod in exorbitantibus ex identitate rationis fit extensio ad casum similem, quando maxime dispositio est fauorabilis ex humanitate inducta, iuxta nota per glo. & alios in l. vnica. C. de his, qui ante aper. tab. Bar. in l. si constante, in 9 q. prin. ff. sol. mat. Cy. & Balc. in l. fin. C. de reuocan. donatio.

Quinto loco vltra alios posset pro hac parte adduci ista ratio:

9 procurator constitutus ad accipiendam pecuniam mutuo a Titio non obligat dominum, si re vera non accipiat, sed simpliciter confiteatur accepisse Bar. in l. si debitorem. ff de nouat in l. non abstulit C. eodem tit. Abb. Ber. & alij in c. si cautio. de fide instru-

* men. & hæc est communis opinio, testibus Ias. & Dec. in l. 2. §. fin. ff. si cer. pet. Cui responderi posset quod hic sumus in mandato, cuius fines sunt diligenter custodiendi. l. diligenter. ff. mand. & cõstabat de voluntate domini in mutuo actuali per verbu accipiendum, vnde domino præiudicare non potuit.

* Quare altera est opinio, & quidem communis, & recepta. † q

10 depositum confessionatum gaudeat priuilegijs veri depositi.

Pro qua opinione ponderatur primo loco tex. in l. in contra-

11 ctibus, §. 1. C. de non nu mera. pecu. † vbi depositum confessionatum gaudet priuilegio non numeratæ pecuniæ, & ita tenet Ias. in l. 2. in prin. ff. si cer pet. in l. 1. col 1. C. de eden. Papien. in forma hipothecar in gl. in verbo, deposito. Cur. iun. in l. bona fides, col. 2. ff. si cer. pet.

12 Circa quam rationem considerandum est, † quod si fiat depositum in specie, vel pecunia in saculo signata, textus bene procedit: si verò in pecunia numerata, tuc obstat exceptio, quia auiditas, quæ consideratur in mutuo, militat in simili deposito, vt ibi Bar. & Castrēs. annotauerut, dicentes in practica valde notandũ.

Sed Bal in dicta l. in contractibus, §. 1 q. 1. dicit standum esse verbis contractus, nisi fraus probetur de contractu ad contractũ, sequitur Fely. in cap. si cautio, in 3. fallent. sub numero 54. de fide instrument.

Secundo loco confirmatur ista communis sentẽtia hac alia ra-

13 tione, quæ est, † quod fideiussor potest agere, & repetere à principali debitore per solam confessionem creditoris. ita pul. tenet

* Bar. consil. 160. Titius promisit, cum quo est communis opinio teste Marsil in rubri. in q. de fideiussor q. 35. nu. 265. Afflict. decis. 94. Alex. consil 25 col. 2. in fine, vol. 1. Curt. iun. in l. 2. §. creditum, col. 8. ff. si cer. petat.

Circa

14 Circa † quam rationem considerandum videtur: si enim non obstante tali confessione etiam post triginta dies potest creditor assumere onus probandi pecuniam non fuisse numeratam, vt no. glo. & Doct. in l. in contractibus. C. de non numera. pecun. quomodo igitur erit consultum debitori? & ita considerauit Ias. in l. ex duobus. nu. 9. ff. de iureiurando.

15 Cui posset fortasse responderi, † quod si debitor soluit fideiussori recte soluit, cum illa confessio inducat numerationem, vt dictum est, & dicetur inferius.

Similiter ista ratio non vr̃ admodũ concludens in materia depositi, quia id in fideiussorib. receptum videtur, vt satis fecisse dicantur ẽt si interpretatione tantum satisfecerint. l. inter causas. §. abesse. ff. manda. l. qui debitorem. ff. de fideiusso. Vnde cum id in fideiussore specialiter prouisum reperiatur, non vr̃ congrua adaptatio ad depositum, de quo in aliquo non apparet super hoc specialiter prouisum praeterea confessio ad fauorem fideiussoris tendit ad liberandum, qui actus fauorabilis est: sed depositum cõfessionatum tendit ad obligãdum, vnde non vr̃ condecens illatio de vno ad aliud. l. si, de calumniatorib. l. Papinianus. ff. de minor.

16 Quare tertio loco adduci solet ista ratio, † sicut in mutuo verba prolata à principali, cõfiteor recepisse, probant numerationẽ, vt per Bal. in c. ex intimatione, de procuratorib. ita in deposito.

17 Circa quam rationem considerandum est, † quod Bal. in allegato loco contrarium sentire videtur, dicens: aut simpliciter confiteor, & non constat de mutuo naturali: aut confiteor cum hac clausula, in veritate, quae importat iuramentum; & tunc inducitur mutuum naturale per hanc confessionem, nec potest venire contra, per l. si quis maior. C. de transact.

Concludendo igitur, & ad practicam reducendo, vera conclu-
18 sio est, † quod priuilegia depositi actualis competunt deposito confessionato, vt per Bal. in l. in contractibus. §. 1. C. de non numerata pecu. cons. 326 actum fuit, vol. 3. Castrens. cons. 9. in antiquis. volum. 1. Cur. iun. in l. 2. si cert. pet. in l. bona fide, in fi. ff. depos. &
* haec est vera, & communis opinio, vt attestatur Bellon. in §. praeterea, in prin. quib. mod. re contrahitur obligatio.

Ex quibus postea in practica infertur, sicut in deposito actuali
19 non potest opponi † exceptio non numeratae pecuniae, ita nec in deposito confessionato.

Similiter sicut contra depositum actuale non potest opponi compensatio, ita nec contra depositum confessionatum, de quib. omnibus suo loco dicemus.

20 Limita † pluribus modis, qui colliguntur à Foller. in practica census, fol 429 ibi, nunquid.

Primus est casus in confessione facta in iudicio, not. in l. 1.3. no. C. de cōfes. p Bar. & alios, & dicemus infra de oblatione iudiciali.

Amplia hunc Casum, idem, si non in iudicio, mandato tamen Iudicis, Bal. in l. acceptam. q. 10. C. de vsur.

Secundus Casus est in creditore recusante, quo casu simplex cōfessio sufficit per ea quæ dicemus infra in creditore recusante.

Tertius casus est in cōfessione extraiudiciali facta per mercatorum fidem, quæ operatur etiam creditore recusante.

Limita secundo loco principaliter, vt priuilegia veri depositi competant confessionato, in dubio: secus si contrariū esset probatum, puta non fuisse factam numerationem, ita saluat Decian. cons. 33. nu. 69. vol. 1.

21 Secunda est diuisio, quod aliud est † depositum regulare, aliud irregulare. Regulare est quando deponitur aliquid, & idem venit restituendum, nec transfertur dominium, vel possessio. Irregulare est, quando egreditur terminos depositi, & transfertur dominium rei depositæ. l. dies sponsaliorum. §. 1 l. si sacculum ff. depositi. & dicitur depositum irregulare, & improprium, etiam quod partes conuenissent, vt diceretur depositum verum & reale. Dec. in l certi condictio. §. fi. col. 2. vers. & licet. ff. si cert. petat. Roma. consil. 500. col. 2. & 520. circa propositum. Flor. de in litem iuran. §. 10. nu. 31. inferens ad decretum Mediolani de bonis in solutū dandis disponens, vt pro deposito dentur bona in solutum, vt nō verificetur in tali deposito, & sic non veniat in statutis, & decretis, in quibus verba propriè accipiuntur.

Pone quod conuent, vt depositarius possit lucrari, & teneatur dare medietatem lucri, vtique est depositum irregulare, & improprium, & si librum non confecit, vel non mercaretur non iurabitur in litem, ex quo est contractus illicitus, & hæc est communis opinio. fal. consil. 174. spectabilis. col. 2. iunctis not. in cap. nauiganti. de vsuris, & tenetur de incendio, & alio casu fortuito. Doctores in l. si quis nec causam ff. si cert. pet. Dec in d. §. fin. nu. 3. & l. Lucius. ff. depositi loquitur in deposito irregulari. glos. in l. 1. §. is quoque. ff. de act. & oblig. quæ communiter tenetur. Bellon. in §. præterea. nu. 6. Instit quibus mod. re contr. obliga. licet

22 aliter senserit, lib. 1. supputation. cap. 7 sed † nunquid priuilegia depositi regularis competant deposito irregulari. & Curt. iunior in l. 1. in prin. ff. si cert. petat. tenuit quod sic. motus primo ex l. si hominem. §. quoties, cum l. sequen. ff. deposi. vbi priuilegium præ-

lationis

fationis contra nummularium decoctorem competens deposito regulari, extenditur ad depositum irregulare. sed responderi posset, quod hoc non mirũ, quia per ipsummet Iul. Clar. hoc in specie extensum apparet, quod si sui natura id competeret, Iul. Clar. id non extendisset, & si in casu, de quo agitur id tactum apparet, in odium decoctorum non debet per hoc colligi regula generalis in quolibet casu.

23 Vnde secundo loco adduci solet hæc ratio, † quod depositum irregulare appellatur depositum l. dies sponsaliorum. & l. Lucius ff. deposi. sed nec illa consequentia vera videtur: appellatur depositum, ergo competunt priuilegia depositi regularis, quia negari non potest quin lato sumpto vocabulo depositi appellatione non veniat depositum regulare, vt not. in d. l. dies sponsaliorũ. ergo priuilegia vnius speciei competunt alteri, vtique non quia ex diuersis fiat latio iuribus satis vulgaribus.

Tertio itaque loco Curt. iun. in l. bona fides, col. penult. ff de-
24 posi. mouebatur hac ratione, † quod priuilegium depositi, de quo in l. 1. §. penul. ff depos. s. quod depositum datum ad certum tempus possit quandocunque repeti, & voluntas mutari, procedit etiam in deposito irregulari. sed certe ille textus hoc non dicit, & cum verba legis proprie sint intelligenda l. non aliter. ff. de lega. 3 vtique in regulari tantum erunt intelligenda. communis tamen opinio est, vt priuilegia depositi regularis competant deposito irregulari, de qua testatur Rolan. cons. 14 nu. 6. vol. 1.

25 Sed † contrariam sententiam tenere conatus est Dec. l. certi condictio, in §. fi. ff. si cert pet ea potissimum ratione, quia pactũ contra substantiam contractus non valet l. vbi donatur. ff de donat. caus. mort. vnde si depositarius voluntate deponentis potest vti pecunia deposita, est contra naturam, & substantiam depositi, vt restituatur eadem res deposita, ergo non si depositum. sed substinendo communem fortasse responderi posset, quod natura depositi est, vt restituatur idem substantia, vt custodiatur, vt patet ex diffinitione eius, iuxta not. in l. 1. ff de testamentis.

26 Vnde † in casu, de quo agitur, nõ est contra substantiã contractus, sed bene naturalia, & hoc valet, vt no. Bar. in d. l. vbi ita donatur, per l. pacta. ff. de contr. emp. & l. pacisci. ff. de pac. & hoc patet, quia tex. in d. l. dies sponsaliorũ, in fine, appellat Iudicium depositi.

Nec obstare videtur respõsio Dec. ad d. l. Lucius, & l. dies spon
27 saliorum, † vt procedat quoad vsuras, & repeti possint Iudicio depositi, quia si actione depositi vsuræ repeti possunt, sequitur quod sit depositum, quia conueniens nõ videtur, vt actione depositi

positi petatur id, quod non est depositum, cum ex contractu obligatio, & actio ex obligatione successiuè nascatur. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procur. not. in prin. Instit. de act.

28 Recepta † tamen prima opinione, quæ communis est, reducẽdo ad practicam; Limitatur dummodo is, qui deposuit nullas vsuras receperit. Ang. in l. priuilegia. nu. 3. vers. conclude. ff. de priuileg. credit. vbi q ii ad mensas numulariorum deponunt non separantur à cæteris creditoribus, si vsuras acceperint, & ita Ang. ait esse intelligendum. l. dies sponsaliorum. §. 1 ff. depositi.

29 Et † quotidianus est iste casus istius limitationis, cum sæpe homines pecuniosi, & diuites, ne ociosas, & sine lucro pecunias teneant, cum ipsi negocia exercere nesciant, vel nolint, eas penes argentarios, vel nummularios deponunt, annuosque fructus inde percipiant, hi certè priuilegijs deposito concessis non perfruentur. Ant. Cucch dicens hoc perpetuo notandum in tract. de moratori. præscript. nu. 86.

30 Quæ † tamen intelligas excepto casu posito in l. qui nominib. §. 1 ff. de adminstr. tutor. & hoc propter duplex priuilegium, alterum scilicet ex persona, quia pupillus: alterum ex contractu, quia depositum.

Tertia est diuisio depositi, quod aliud est depositum voluntarium, aliud necessarium; voluntarium quando quis sponte fidem alicuius elegit deponendo rem suam apud eum: aliud est depositum necessarium, quando ruinæ, tumultus, vel incendij causa deponit, inter quæ ea est differentia, quod ex voluntario depositarius tenetur tantum in simplum, ex necessario in duplum. l. 1. §. 1. ff. deposit. quia facienti actum ex necessitate magis succurritur. l. cum mandato, & ibi glo. not. ff. de minor. not. in §. rei Instit. de action.

DEPOSITI NATVRA.

SVMMARIVM.

1 *Depositi contractus, an sit bonæ fidei, vel stricti iuris, & nu. 2.*
3 *Depositi dominium, & possessionem, an semper retineamus, & nu. 4.*
5 *Deponens, an possit esse non dominus.*
6 *Depositi rei meæ in contractu ex pacto per alium apposito, an & quando directa, vel vtilis mihi actio acquiratur.*
7 *Intellectus verus l. bona fides, § fi. ff deposi.*
8 *Prædo, vel fur, an possit esse depositarius.*

L. 1. § si

9 *L. 1. §. si prædo. ff. depos. quomodo procedat.*
10 *Præmium ex sua improbitate nemo consequitur.*
11 *Reus publici iudicij, an possit esse deponens.*
12 *Obligatus iuramento vel guarentigiato instrumento, vel in forma Cameræ, crimine læsæ maiestatis damnato rectè soluit.*
13 *Bannitus an possit esse deponens & nu. 14.*
15 *Depositarius, an ex se repellere possit deponentem ad fisci fauorem, si fiscus non concurrat & nu. 16.*
17 *Deponenti bannito cū bonorum confiscatione, an depositarius bonam fidem agnoscere volens soluere possit, antequam ille à fisco conueniatur.*
18 *Monachus, an possit esse deponens.*
19 *Depositum inter virum & vxorem, an esse possit.*
20 *Pupillus, an possit esse depositarius & nu. 21.*
22 *Mulier, an possit esse depositaria. & nu. 23.*
24 *Masculus fœminæ præfertur in deposito.*
25 *Filius, an deinde ex contractu depositi tenetur: & an inter patrem & filium illud consistat.*
26 *Depositum, in quibus consistat.*
27 *Depositum rei, an valeat. & nu. 28. & 29.*
30 *L. si quis conductionis, an habeat locum in contractu depositi.*
31 *L. conducti rei. C. loca. an habeat locum in contractu depositi.*
32 *L. si quis. C. depos. remedium, cum plurib. seqq.*
33 *Instrumentum de iure communi paratam habet executionem.*
34 *L. si quis C. depos. procedit, quando de deposito constaret publico instrumento, secus si per testes, qui lite iam contesta. examinandi sunt. & num. 36.*
35 *Et confessio extraiudicialis ad obligandum paratam executionem non habet.*
37 *Statuto stante quòd depositum non nisi per publicum instrumentum probari possit, si illud non reperiatur, quæ cautela adhibeatur, & nu. 40. & de huiusmodi statuti ratione, nu. 41.*
38 *Statutum quod depositum probari non possit, nisi per publicū instrumentū, & illud non reperiatur, locum non habet in clerico, & coram Iudice seculari, & quando testes examinarentur ad probandum officio Iudicis, qui recipere teneretur eo non obstante, nu. 39. Item parte non opponente, nu. 42. & si producerentur testes legalissimi, nu. 43. ac quando ex forma legis summariè procedi debeat, num. 44. ac tandem locum non habere in causa dotis, num. 46.*
45 *Depositi contractus si fiat cum iuramenti appositione, instrumento non dum confecto, licet per testes probari non possit, iuramentum tamen probabitur, vt ex eo à Iudice obseruari cogatur.*

47 *Dote depositi nomine tradita, actio depositi oritur.*
48 *Auth. incestas, C. de incest. nup. dispositio & ampliatio.*

QVAESTIO TERTIA.



VAERO, † an contractus depositi sit bonæ fidei, vel stricti iuris? & vtique bonę fidei. §. actionum, Instit. de act.

2 Quæ † conclusio vera est etiam in quatuor casibus, de quibus in l. 1. §. 1. ff. deposi. vt no. glo. in d. §. actionum, in verbo, depositi, quam ibi cæteri sequuntur, vt per Benincas. nume. 507. & ratio est in promptu, quia cum lex non distinguat, nec nos distinguere debemus. l. cũ de precio. ff. de publicia. l. 1. §. generaliter, ff. de leg. præstan.

De euentu. Cap. II.

3 REi † depositæ dominium, & possessionem retinemus. l. licet. §. 1. ff. depos. secundum Angelic. in verbo, depositum, nu. 2.

4 Fallit † in pecunia numerata deposita; nam tũc transfertur dominium in depositarium. l. Lucius. l. dies sponsaliorum, §. 1. & l. si sacculum, ff. depos. dixit in singulare Mant. sing. 84 & 333. & asserens habere in depositum ab aliquo rem aliquam, tunc in eum transfert possessionem, si præcessit contractus, vel titulus habilis ad hoc, vel ille prius possederit, alias talis assertio possessionem non transfert, Rota nouiss. 467. lib. 3. par. 3.

Caput III.

5 Videamus modo de personis deponentibus, & primo.

Tit. Si non Dominus deponat.

6 Regula est, † ex pacto apposito per alium in contractu depositi rei meæ, acquiritur mihi directa si sum hæres paciscentis, aliàs datur mihi vtilis actio. ita nota. in l. penultima. C. ad exhiben. declarat Bar. in l. quid procurator. ff. de procura. glo. in §. si quis alij. Insti. de inuti. stipul. Petr. in l. multum. C. si quis alte. vel sibi, Bar. in l. solutam, §. per liberam, in pen. oppos. ff. de pign. actio. Anch. in c. quanquam, col. 7. de vsur. in 6. Castren. in l. dam-

ni. §. si.

ni.§.fi.ff.de dam.infec.Capel.Tholos.decis.152.& hæc est communis opinio, de qua per Anto.Gabri.lib.3.de verborum oblig.conclus.1.nu.124.secus in fundatis in rigore iuris, prout in interdicto spolij vnde vi. ita declarat Menoch.in primo remed.recuperan.posses.num.119.

7 † vbi etiam ponit verum sensum litteræ in l.bona fides.§.fi.ff.depos.vt negatiue legatur ibi, quia non est ex bona fide &c.& ita legit Coras.in §.nihil commune.num.71.Franc.Con.commen.iur.Ciuil.c.4.nu.12.

Tit. Si prædo, vel fur deponat.

8 Regula est in iure receptissima, † q; si fur, vel prædo deponat; agere potest actione depos.l.1.§.si prædo.ff.depos.Tiraq. le mort Saisit.par.4.decla.3.nu.6.distinguendo tamē, vt per tex.in l.bona fides.§.incurrit.ff.eo.tit. quod si dominus cum fure, vel prædone concurrat in repet.depositi, domino, non alijs facienda est restitutio.Boss.in tit.de carcer.nu.16.vbi constito de iure veri domini restitui debet domino, non furi, vel prædoni, secus in dubio.

9 Declaratur secundo, † vt procedat ille textus in actione depositi, quæ est bonæ fidei, & in æquitate fundata.& si depositum fiat de re ablata apud dominum ignorantem, restituere non tenetur, quia hoc bona fides non patitur, ad idem.l.non à Iudice.ff.de iudic.Michael.patro.13.num.12.vbi hoc admodum commendat, Tiraq.le mort Saisit.par.4.decla.3.nu.6.

10 Et si dicatur, † quod nemo debet ex sua improbitate premium consequi.l.itaque fullo.ff.de furt.respondetur quod fur, vel prædo non consequitur actionem depositi ex suo delicto, sed contractu, vnde causa proxima, & immediata attenditur, non remota, quando prima non inducit effectum eius, sed ex secunda tantum consurgit, vt patet in mandante, & mādatario; nam mandans est causa anterior; mandatarius autem, qui contractum explicuit, est causa posterior, & quia effectus contractus in hoc posteriore includitur, & non in priore, ideo actio incipit à posteriore, & ei attribuitur actio directa, & nō à priori, cui vtilis attribuitur.l.quęcunque gerimus.ff.de actio.& obli.l.Iulianus.§.si procurator.ff.de act.empt.l.idemque.§ si quis Titio ff.mand.Bal.in c.Imperialē.§.illud.col.1.tit.de prohib.feu.alien.per Feder.vbi Card.Alexan.col.2.vers.non obstat Affli&.col.2.vers.secundo nota.Tiraq.de cau.cessan.limi.20.nu.13.

Tit. si reus publici iudicij postea deportatus deponat.

11 Utique † bona deposita per eum, qui postea capitaliter dãnatur, fisco restituenda sunt. l. bona fides. in prin. ff. depos. Ful. in littera D. nu. 32. & notandum est quod soluens ei, qui est damnatus crimine læsę maiestatis, non liberatur. l. pen. C. ad legem Iul. maiest. quam intellige, & declara quando scienter soluisset, secus si ignoranter, & antequàm fuisset de isto crimine lacessitus, vel accusatus. Gigas in tract. maiest. q. 26. Cęsar ad Afflict. decis. 147.

12 Declarã vlterius notabiliter, nisi soluens esset obligatus iurato, vel guarentigiato instrumento, vel in forma Cameræ; nam tenetur fidem seruare pulchre Aimo, cons. 6. num. 90. cum seq. latè Sar. ad Mathes. not. 5. vbi Bru. de leg. in verbo, depositum.

13 Sed † quid dicemus in bannitis nostri temporis, an possint agere actione depositi? & vtique attenta communi opinione, quod æquiparentur relegatis, & quod ea tantũ amittant, quæ sunt eius Ciuitatis, à qua sunt banniti, non verò alia à iure ciuili inducta, vt per Cur. iun. cons. 182. nu. 4. & nu. 8. depositi actionẽ retinẽbũt, cũ text. in l. bona fides, superius allegata, in deportato loquatur, nisi sit in perpetuum bannitus, qui deportato æquiparatur. Cõis opinio attestata per Emanuel Soar. in suo thesau. recep. sent. in verbo, banniti. nu. 4. post Crau. cons. 220. nu. 13. Iul. autẽ Clar. in prac. crim. q. 71. tenet bannitos nostri temporis, constituere tertiã speciem à relegatis, & deportatis, sed circa eos standum esse decisionibus Doctorum in terminis loquentium, vel consuetudini.

14 Quæ † opinio non videtur vsquequaque perfecta, cũ non prouideat in casu, in quo nec in terminis decisio Doctorum, nec consuetudo disponat.

15 Considerandũ tamen est, † quod circa casum depositi, de quo agitur, tex. in d. l. bona fides, decidere videtur quæstionem bannitorũ in verbis illis, Nam male meritos publice, vt alijs exemplo ad deterrenda maleficia sit, etiam egestate laborare debet. Quæ ratio militare videtur in bannitis nostri temporis.

Sed circa hanc quæstionem bannitorũ alia est necessaria quæstio, si fiscus non concurrat, an possit depositarius ex se repellere deponentem ad fauorem fisci? Pau. Castren. in d. l. bona fides, vi-
16 detur tenere quod sic fauore fisci, † sed ista ratio mihi admodum non satisfacit, cum fiscus in casibus à iure non expressis vtatur iure pri-

re priuati. l. item veniunt, §. priuatorum, cum glo. ff. de peti. haere di. posset tamen haec opinio alia ratione defendi, quia per condemnationem oĩs actio est in fiscũ translata. l. si debitori deportato, ff. de fideiusso. Quare Sali. in l. pen. C. depos. distinguit inter depositarium scientem, & ignorantem, vt ignorans excusetur, secus sciens, & haec opinio probabilis videtur per text. in l. fin. ff. de transact. & ff. mand. l. qui poenae.

17 Sed pone hic vnum aliud, † quod deponens sit bannitus, & bona eius confiscata, & depositarius volẽs agnoscere bonam fidem possit ei soluere antequã à fisco conueniatur? videtur quod sic, per l. 3. C. de noua. sed illa lex hoc non dicit, quia loquitur in cessionario, qui habet iura vtilia: sed fiscus habet iura directa. itẽ ibi cedenti nõ negabatur ius, sed bannito sic. Vnde potest distingui, si scienter soluit non liberatur, secus si ignoranter, argumento l. fi. ff. de transac. l. qui poenam. ff. de manumis. nam cum iura directa transeant in fiscum, constat quod scienter soluit indebitum. l. reo criminis, à contrario sensu. ff. de publi. iudi. Sar. ad Mathesila. notab. 5. nu. 6.

Tit. Si Monachus deponat.

18 Monacus exigere non potest in iudicio, sed ei sponte recte soluitur, Bar. in l. quod seruus, per illum tex. ff. depos. Bal. in rubr. C. depos. num. 2. q. 2. Bar. Ias. Dec. & alij, in l. filius. C. de pact. vbi reddunt rationem, quia ex contractu Monachi est nata obligatio, & actio. idem Bar. in l. quod seruus. ff. de solu. latè Tiraq. de rettrac. conuen. §. 5. glo. 9. nu. 5.

Tit. Si vir penès vxorem deponat, & econtra.

19 Depositum † inter virum, & vxorem valet. Bal. in l. si vxorem. nu. 8. C. de cond. inser.

Tit. Ex persona depositarij de pupillo depositario.

20 Qualiter † ex contractu depositi teneatur pupillus, & considerandi sunt tres casus. Primus, si pupillus dolo fecit, & tunc obligatur ciuiliter, & naturaliter. l. 1. §. an in pupillum. ff. depos.

21 Secundus est casus, † quãdo pupillus est effectus locupletior, &

similiter tenetur actione depositi.l.3. vbi Bar.ff.commoda.l.3.§. pupillus,ff.de neg.gest.pulchre Ang.inter cons.matrimon.13.nume.52.& 53.

Tertius est casus, qñ pupillus nõ cõmisit dolú,sed latã culpã, & similiter tenetur actione depositi,cũ veniat in eo lata culpa,vt suo loco dicemus,vt declarãt plenè Bar.Castr.& alij in l.3 ff.de susdetus.& notandũ est,quod pdicta iura,& auctoritates loquunt in pupillo doli capace,qui similiter cótraxit sine tutoris auctoritate.

Tit. Mulier depositaria.

22 Extat † statutum,prout in mea patria Todertina,quod mulier non possit contrahere sine consensu proximiorum, nunquid poterit se depositi causa obligare? & multis placuit,quod sic ea ratione,quia pupillus & furiosus,& similes personę, obligari prohibitæ,obligantur tamen, & conueniri possunt quatenus locupletiores fiunt.l.3.ff commoda sed mulier depositum non restituendo dicitur locupletior effici,quia is locupletior effici dicit, qui nullam habet retentionis causam,& restituendo nõ efficitur pauperior,vt per Bar.in d l.3.Ias in l.si me,& Titium.ff.si cer.pet.

23 Quod † verum est,si mulier habeat rem, quã restituere possit: aliàs si mulier rem depositam inutiliter corrumpit: secus dicendum est,vt per Lamberteng.in tract de contr.mulier. glo.1 num. 65.& certe cum depositum sit contractus.l.contractus, ff. de reg. iur.toto tit.ff & C.depos. statutum prohibens mulierem contrahere, vtique habebit locum si se ex depositi causa obligauerit.

24 Illud † verum est, quod in deposito masculus fœminæ præfertur.l fi.ff de fide instrumęn.& in hoc inter alia est melioris conditionis masculus.Dec in l.fœmina.num 48.ff.de reg.iu & mulier, quæ se obligauit in instrumẽto mutui, vel depositi principaliter, & maritus pro ea fideiussit,non potest in solidum conueniri, nisi probetur in sui vtilitatem versum.Bal.& Alber.in authen.si qua mulier.C.ad Velleia.

Tit. Filiusfamilias depositarius.

25 Filiusfamilias † tenetur ex contractu depositi.l.1.§.filiumfamilias ff.depos.l.tam ex cõtractibus.ff.de iudic.l.ex omni.ff.de act. & oblig.l.depositi.l.in bonæ fidei. ff. de pecul.& si filiusfamilias

con-

condemnetur, an fiat executio in peculio? dic vt per Bal. in l. Stichus, ff. de pecul. leg. in l. si filio. ff. sol. mat. in l. si finita, §. de vectigalibus. ff. de dam. infec. Spec. in tit de sentent. execu. §. sequitur, vers. quid si filius, & si filius emancipetur ipse non pater est conueniendus. l. si apud, ff. depos. & an inter patrem, & filium cōsistat depositum, duo sunt casus principales considerandi.

Primus, quando filius deponit penes patrem.

Secundus, quando pater deponit penes filium.

Primo casu conclusio sit, si filius deponat penes patrem, rem in qua pater non hēt vsumfructum, neq; administrationē, puta castrensis, vel quasi, vel in aliquib. casibus aduentitij, tenet contractus, & oritur actio, & obligatio, prout in alijs contractibus.

Vnde si in officio Aduocationis, vel in bello aliquam pecuniae quantitatem sim lucratus, si depono penes patrem meum, tenetur ad restitutionem actione depositi.

Secunda sit principalis conclusio, si filius deponit penes patrē rē profectitij peculij, oritur actio depositi quo ad creditores peculij contra patrem depositarium.

Tertia sit conclusio, si filius deponat penes patrem, rem ipsius patris, nulla oritur obligatio.

Quarta sit conclusio si pater deponat penes filium, tenetur filius & mortuo patre deducitur de peculio, Bart. in l. frater à fratre, q. 2. prin. nu. 48. de cond. indeb. vbi repetentes leuiter cū Bar. transeunt.

26 Depositum † regulariter consistit in rebus mobilibus, & se mouentibus, glo. in c. bona fides, depos. Sum. Angeli. in verbo, depositum, num. 1. possessio etiam quandoque deponitur, vt dicam in tit. de sequestro, suo loco, Moz. de deposito, col. 2.

Res aliena. Vide supra. si non dominus deponat.

Tit. Res depositarij.

27 Regula † est in iure certissima, quod depositum rei propriae non valet. l. qui rem, ff. depos. l. neque pignus, ff. de reg. iur.

28 Declaratur, † vt procedat quando ignoranter fuisset receptum depositum: secus si scienter. Cur. cons. 70. col. 6. vers. non obstat.

29 Declaratur secundo, † vt procedat quando contractus esset factus respectu proprietatis: secus si respectu possessionis quam nō habebam, ita declarat Castren. in alleg. l. qui rem. sequitur Deci. in l. neque pignus. vers. item regula. ff. de reg. iur.

Tit. De remed. l. si quis conductionis.

30 Sed hic non inutiliter quæri potest, † an in depositi contractu habeat locum dispositio l. si quis conductionis, C. loca. & Castrē. in d. l. qui rem tenuit, quod sic. idem tenuit Ang. in d. l. si quis conductionis. in fi. sequutus est Feli. in c. inter dilectos, col. 9. de fide instrumen. Dec. cons. 28. num. 3. in fi. cons. 56 col. pen. Bello lib. 4. suppu. iur. c. 6. num. 9. Paris. cons. 59. num. 31. lib. 1. Neuiz. cons. 37. num. 22. Ceph. cons. 47. num. 40. lib. 1 Contur. ad Egid. lim. 14.

31 Quid † in remed. l. conductores. C. loca. vtique sic. Castren. in l. si rem alienam, ff. de pign. act. Maran. de ord. iudic. dist. 7. nu. 41. Rimin. cons. 94. num. 6. lib. 1. Iaco. Menoc. de recuperan. posses. remed. 11. nu. 60.

Tit. De remed. l. si quis. C. depositi.

32 Depositarius † compellitur sine aliqua dilatione depositū restituere, nec potest aliquid in contrarium allegare. d. l. si quis.

33 Vnde † instrumentum de iure cōmuni habet executionē paratam. Campeg. de dot. par. 5. q. 3. ver. secundo potest, Mandos. de monito. q. 20. in fi. maxime si sit depositum iustitiæ. Asin. de exec. c. 4. qui nihil allegat.

34 Declara † hanc practicabilem legem, & eius materiam, vt procedat quando de deposito constaret publico instrumēto: secus si per testes, qui examinari debent lite iam cōtestata. ita Ang. in d. l. pen. C. depos. reputat singulare Mathesil. notab. 5 Fel. in c. sicut. num. 3. in fi. de senten. & re iud. Bar. in l. 3. q. 4. C. de pignor. Alex. in l. si cum dotem, §. eo autem tempore, num. 6. ff. sol. mat. in l. fin. C. de edic. diui Adr. tollen. Ias. in l. 1. col. 1. C. de eden. in l. 2. ff. de iureiuran. Rom. consi. 174. col. 1. Soc. in c. 1. art. 6 limi. 11. de mut. peti. cons. 167. in fine, col. 2. Rebuf. de litter. oblig. art. 6. gl. 3. n. 6.

Subdeclaratur † tamē à multis hæc declaratio, vt procedat in
35 deposito vero: secus in deposito confessionato; † quia cum sit cōfessio extraiudicialis ad obligandum, nō habet executionem paratam. l. certum, §. si quis absente, ff. de confes. Bal. cons. 181. vol. 3. & ita in specie tenet Boer. decis. 295. num. 8. & cons. 25. nume. 15. circa quam vide supra in ea q. an depositum confessionatum gaudeat priuilegijs veri, & actualis depositi, vbi de communi, de qua mate-

materia.l.si quis,ponam latius infra, & contrarium in practica ser uatur, Asin.de execu.c.3.nu.7.

36 Considera † tamen dictum Mathes. vt supra allegatum;qui parificat instrumento si de depositto constaret per testes receptos ad perpetuam rei memoriam in casibus a iure permissis.

Sed pone hic vnum in practica satis frequens,& quotidianum:

37 † extat statutum,prout in mea patria Tudertina,quod depositũ, vel aliud simile non possit probari,nisi per publicum instrumentum,quod si non reperiatur,erit ne cautela ad hoc? Vtique per quinque testes,& erit plena,& valida.Ci.in l.optimam.C.de cõtrah.& commit.stipu.allegat tex.in l.testium.C.de testib.sequitur Abb.in c.sicut consuetudo de prob.in c.cum Ioannes. de fide instrum.in recollectis Parmæ.Fel.in c.si quando.col.10.de rescrip. valde commendat in pract.Mars.sing.157.volo te docere, dicens esse dictum satis lucrosum,& habuisse in facto dum assideret in ciuitate Albiganæ,in partibus Ianuensium Io.de Arno.sing.49.

Declara secundo statutũ prædictũ,nisi quis vellet probare per confessionem aduersarij faciendo positiones, & articulos super hoc,ex quo confessio non est probatio.Fel.in rub.de proba.nu.4. Mars.in rub.de prob.nu.47.

38 Declaratur tertio, † vt tale statutum non habeat locum in clerico etiam coram Iudice seculari.ita dixit notab.Cald. in disputa.sua,incip statuto ciuitatis cauetur. sequitur Anchar.in reg. ea quæ de reg.iur.lib.6.Alex.cons.219. ponderatis his in fin. vol. 2. Marsil.singu.29.statuta,& de fideiusso.sub nume.118.Io.de Arno. problem.69.

39 Declara tertio, † quando testes examinarentur ad probandum officio Iudicis,qui recipere,& examinare tenetur,statuto nõ obstante.Spec.in tit.de proba.§.videndum.vers. sed quid si.sequitur Veronen.caut.29.dubitari potest. commendat Io.de Arno.commen 194.

40 Declaratur quarto, † vt cautela sit , vt fiat probatio per testes non ad finem,vt depositarius condẽnetur, quia hoc fieri non posset,sed ad finem,vt cogatur per testes facere instrumentum, quo confecto possit condemnari. ita singulariter dixit Sali.in l.si quis argentum.§.fi.C.de dona per illum tex. in verbo,monumentorũ. sequitur Ana.cons.64.commendat Io.de Arno.caut.45.

41 Considerandum tñ est, † quod dicit Ias ad l. certi condictio.§. quoniam. sub nu.14.ff.si cert.pet ea præcipue ratione, quia ratio statuti est timor subornationis,vt inquit Imo.in c.series.de testibus.& in c.auditis.de testi.in integ.quæ ratio militat vtroque ca-

su. Item quia fieret fraus statuto, quia per indirectum probatio fieret per testes, contra statutum contra l. non dubium. C. de legibus. sed certe nulla fraus fieri videtur statuto, sed ad illum finē tenditur, vt celebretur postea instrumentum, quo confecto sit locus dispositionis statuti, vnde non sumus in casu statuti, sed quodammodo in præparatorijs ad ipsum, & sic prima obiectio cessare videtur.

42 Declaratur quinto, † vt non procedat parte non opponente, ita dixit singulariter Bal. in l. certi condictio. §. quoniam. ff. si certum pet. vbi Alex. Castren. & cæteri sequuntur, Aret. in c. 2. col. 2. de proba. in c. cum dilectus. de rescrip. in c. cum Bertoldus. de re iud. in c. fraternitatis. de frigid. & malefi. Imo in l. inter stipulantem. §. 1. col. 2. ff. de verb. oblig. Cremens. sing. 43 & sing. 151. Ioan. de Arno. caut. 44. vnde in practica eris cautus, vt semper opponas, & protesteris.

43 Declaratur sexto, † quando quis producere vellet testes legalissimos, quia tales testes debeat admitti, non obstante prohibitionē statuti. But. in c. 2. de consuetu. sequitur Feli. late articulum examinans, in c. sicut consuetudo. nu. 14. de proba. Marsil. in rubri. de proba. nu. 40.

44 Declaratur octauo, † quando ex forma legis, vel statuti in aliqua causa deberet procedi summariè, sine strepitu, & figura iudicij, quia tunc etiam poterit fieri probatio per testes, non obstante prohibitione statuti, ita singu. dixit Ana. cons. suo 55. quia per hoc censentur reiectæ solemnitates omnes ipsius iuris ciuilis. faciunt no. per Pedem. decis. 1.

45 Nono limita singulariter, † quod si fiat contractus depositi, & apponatur iuramentum, licet non sit confectum instrumentū: isto casu, licet contractus depositi non possit probari per testes: bene tamen probabitur iuramentum, quo probato Iudex coget ad obseruantiam illius. ita notabiliter dixit Imo. in repe. c. cum contingat. 16. car. de iuretur. sequitur Castren. cons. 219. prope fin. vol. 2. commendat in practica Mars. sing. 126. in multis ciuitatibus.

46 Decimo † dictum statutum non habet locum in casu dotis, vt per Ias. in l. 1. in 3. notab. ff. sol. mat. Salic. in l. si C. de iure dot.

Alias limitationes ad hanc materiam consulto prætermitto, quas ponit Feli. in c. sicut, de proba. & Mars. in rub. de probat. nu. 37. cum multis seq. & adde quod semper opponi poterit. quòd nō sit depositum, nec reus tenebitur . . . . actori ad fundandam intentionem. Cur. iun. in l. 1. nu. 15. C. de eden.

Si dos

Tit. Si dos tradatur nomine depositi.

47 Materia † est vtillima.l.Lucius,ff.depos.si id quod ago non potest valere vt ago,sed potest valere quoquo alio modo, tunc valet, vt simulate fuit conceptum. Vnde licet cum seruo non possit contrahi matrimonium, & per consequens,nec dos, nec actio de dote,si tamē actum fuerit,vt dos tradatur nomine depositi orietur actio depositi, vt ibi notatur. illud tamē prætermittendū nō est,quod ibi notat Castren.ad materiam authē.incestas.C.de ince.nup.quod si mulier cōtrahit scienter matrimonium incestuosum cum ignorante,& tradidit dotem sub titulo depositi, & consumauit matrimonium, certe debet perdere dotem,& nedum sibi non competit actio de dote,sed nec etiā depositi,ne sit in potestate ipsius legem fraudare.

48 Vnde † sequi videtur ampliatio ad authen.incestas. C.de ince. nup.et eius dispositio,& materia procedat etiam si dos fuerit tradita nomine depositi,quæ addi fortasse possent ad ea,quæ per lōgum discursum ponit Bal. Nouel.in trac.de dot.par.11. priuil.1. vbi hoc non reperio tactum.

CAVSA I.

SVMMARIVM.

1. *Causa depositi multa.*
2. *Depositum fit causa sequestrationis.*

Tit. De causa, & modo depositi.

1 Vidimus † quid sit depositum, quotuplex, de personis deponentibus,& depositarijs, & de rebus deponi valentibus. videamus modo de causa,& modo depositi,quando sit, vel non.

2 Primo † deponitur res aliqua causa sequestrationis, vt l.5.§.i in sequest.& l.licet,ff.depos.Bar.& alij in l.interesse. ff.de acqu.poss. de qua materia, Deo dante,aliquid dicemus in tit.de sequest.vbi videtur magis locus suus.

CAVSA II.

SVMMARIVM.

1 Recipiens quid alteri tradendũ in certum euentum, puta in casum victoriæ, per actionem præscrip. verbis tradere tenetur. Et si non stetit per aduersariũ quominus vinceretur, perinde habetur, ac si vicisset. nu. 4.
2 Agere præscriptis verbis volenti, si fuit præsens, directa competit, si non fuit præsens, vtilis. num. 3.
5 Promittens tibi aliquid si me viceris, si restituam, factoq; meo conditio impediatur, pro impleta non habetur: secus si à principio recusetur. & qualiter is cui fit promissio cautus esse debeat. nu. 6.
7 Ludi regulæ ordinariæ tacito ludentium consensu receptæ, dummodo non violentur, licet eorum alter dolo cautelisq. vtatur, ad lucri restitutionem non tenetur, quod inter mercatores etiam procedit. num. 8. atque etiam inter religiosos, sanctæq; vitæ professores, nu. 9. quod tamen de ludo, seu actu licito intelligendum, nu. 10.
11 L. solent. ff. de alea lusu, sponsiones circa corporis certamina, vel libidinis causa, & similium reprobantur, non autem quæ à futuro euentu nascuntur.

Tit. Sponsio, Tuderti scommissa.

1 Pulcherrimus, † vtilis, & quotidianus est casus in l. si rem, §. fi. ff. de præscrip. verb. Recipiens rem tradendam alteri in certum euentum, puta in casum victoriæ, ille subsecuto tenetur ei tradere per actionem præscriptis verbis, d. §. fi. vbi Bar. Castren. & Ias. dicunt esse casum practicabilem, vtilem, & quotidianum.
2 Et notandum est in actu practico, † quod si ille, qui vult agere præscriptis verbis fuit præsens, competit sibi directa, quasi cũ eo præsente videatur contractum, iuxta glo. notabilem in l. consensu. ff. de act. & oblig. & in l. 1. in fi. ff. de contrahen. emp.
3 Si verò non fuit præsens, competit sibi vtilis præscriptis verbis, vt ibidem not. Pau. Castren.
4 Quid † si nõ stetit per aduersarium quominus vinceretur? certe perinde haberi debet, ac si vicisset, cum non stet per eum. glo. notab in l si oleum. in ver. præscriptis verbis, quam ibi commendat Bar. ff. de dolo, dicẽs, quod res deposita restitui debet ei, qui

vicit,

vicit, vel per eum nõ stetit quominus iudicium agitaretur. Strac. de merca. in tit. de sponsio. vers. item quæro, facta est.

5 Considerandum tamen est, † quod si promitto tibi decem, vel quid aliud, puta si me viceris, si ego restituam, & facto meo conditio impediatur, non habetur pro impleta: secus si quis à principio recusaret, quia tunc videtur stare per illum, & conditio habetur pro impleta. glo. est notab. & ab omnibus commendata, in l. in executione. §. fi. ff. de verb. oblig. Conditio igitur nõ habetur pro impleta, quando sumus in cõditione, cui licitũ est resistere, prout sunt in sponsionibus, & scommissis de vincendo in ludo, in cursu, in iaculando, & similibus: nam licitum est resistere in actu ipso, prout supra dictum fuit: & hanc glo. ad hoc propositum singularem dixit Ang in l. 1. C. de insti. & subst. Dec. in l. in iure ciuili. num 6. ff. de reg. iur. Vnde videtur reddi dubitabile dictum Bald. ad l. 1. q. 10. C. de insti. & substit. quod si sit relictum alicui aliquid si vicerit in colluctatione: si non vicit, quia non stat per eum, nõ consequetur legatum, quia hoc non est verum in conditione, de qua supra dictum est.

6 Practicando igitur † cautus sit ille, cui fit promissio, vt constare faciat quod per eum non stat, nec depositarius requisitus depositum restituere solet, nisi constito de implemento cõditionis, vel quod non steterit per eum, & citato deponente, & promissore ad dicendam causam, quare depositum exbursari non debeat.

7 Et prædicta sunt adeo vera, † vt procedant, & locum sibi vendicent etiam in foro conscientiæ. Vnde dummodo leges, & regulæ solitæ, & ordinariæ ludi non frangantur, nec violentur, quæ tacito ludentium consensu receptæ sunt, quamuis eorũ alter dolo, & cautelis vtatur, non tenetur ad lucri restitutionem in foro aĩæ, dũmodo dolus bonus sit. Couarr. in reg peccatum. par. 2. §. 4. n. 4.

8 Ampliatur secundo vltra alios, quos adhuc viderim, † vt procedat etiam inter mercatores, in quibus bona fides exuberat: si enim in foro animæ id licitum est, cur non in Curia mercatorum? nec obstare videtur, quod decidit Strac de spon. versic. illud postremo, dicens, quod repugnat bonæ fidei, vt quis nimia cautela vtatur, quia non videtur verum in dolo bono, iuxta regulas ludi, prout superius dictum est. & dum dicitur quod nihil est tam contrarium bonæ fidei, quàm fraus, nõ procedit in dolo bono, & iuxta regulas actus, qui geritur, cum dolus bonus à virtute dependat, iux. no. in l. 1. ff. de dolo. & sic videtur posse de facili defendi opinio Alcia. reg 3 præsump. 27. nume. 3. & ampliari, vt procedat etiam in Curia mercatorum.

9 Immo † & inter Religiosos, & Sanctæ vitæ professores, cum in foro animæ liceat, in quo tales profitentur. b

10 Declaratur † præsens materia in ludo, vel actu sui natura licito, secus illicito, per l. solent cum l. seq. ff. de alea lusu, & aleator. pro qua facit quod no. Bal. in l. 1. in fi. C. si quid in frau. patro. quod filij possunt reuocare vsque ad eorum legitimam amissam per patrem in ludo illicito, & non permisso, per d. l. solent.

11 Circa † cuius legis intellectum obiter notandum est, quod d. l. solent, prohibet sponsiones, quæ fiunt circa corporis certamina, nisi fiant causa virium exercendarum, vel virtutis gratia. Vnde si fiant causa libidinis, æmulationis, & similium omnino per illum textum reprobantur, non tamen reprobantur spōsiones, quæ nascuntur à futuro euentu, vt si talis Cardinalis efficiatur Pontifex, prout Romæ passim fiunt, si filius masculus nascatur: nam dubius euentus a fortuna non facit contractū illicitum, tex. & ibi Castrē. in l. in naue Saufeij. ff. loc. c. nauiganti. de vsu. l. à Titio, ff. de verb. oblig. & hæc est communis opinio attestata per Dec. cons. 115. Couarru. in reg. peccatum. par. 2. §. 4. sub nu. 2.

CAVSA III.

SVMMARIVM.

1 Deponens pecuniam, in certum euentum alteri dandam, illo non sequuto actionem præscrip. verbis habet. Et cur actio depositi sequestraria non competat, nu. 2.

Tit. In certum euentum.

1 Proxima præcedentibus, & connexa est conclusio. † Deponens pecuniam dandam alteri in certum euētum, illo non sequuto, habet actionem præscriptis verbis. l. si apud te. ff. de præscrip. verb. & ratio est in promptu, & manifesta, quia cessante causa, cessare debet ipsa datio l. 2. § fi. ff. de dona.

2 Et si dicatur, † quare non competit actio depositi sequestratoria? respondetur, quod illa competit, quando duo deponunt eandem rem penes tertium, quæ erat in litigio. l. et apud quem. §. in sequestrum. ff. depos. sed hic ab vno tantum fuit depositum in certum euentum, & sic est contractus innominatus, do, vt tradas, vel

vt mihi

ut mihi restituas. Et sciendum est, quod in contractibus regula de causa cessante procedit proprie in contractu innominato: secus in contractu nominato absolute, & de per se stante absque aliqua dependentia contractus innominati: non enim si in eum cadit causa finalis, quae deficit ea cessante cessat contractus dispositio. ita Bal. ita intelligens illum tex. in l. cum te. C. de pact. inter emp. & vendi. quod singulare dixit Alex. in l. fi. nu. 8. ff. de cōdi. ob caus. Tiraq. de cau. cess. limit. 36. & in verbo, contractus causa.

CAVSA IIII.

SVMMARIVM.

1 *Depositarij iussu si apud alium deposui. Et quae actio detur, nu. 2. Et quid si consilio. nu. 3. Et si non mandato, sed fideiussione. nu. 4.*

Tit. Si apud alium iussu tuo deposui.

1 Alter † est casus ex l. 1. §. idem Pomponius. ff. depos. ex quo colliguntur plures notabiles conclusiones in materia depositi.

2 Prima sit, † si apud alium depono tuo nomine, & tuo mādato datur mihi actio depositi contra te, sed contra illum nulla.

Secunda sit conclusio, si apud alium depono tuo mandato, sed meo nomine, datur mihi contra te actio mandati, & contra illum depositi.

3 Tertia sit conclusio, † si apud alium depono nec tuo mandato, nec tuo nomine, sed tuo consilio, nullam contra te habeo actionem, sed contra recipientem actionem depositi.

4 Quarta sit cōclusio, † si apud alium depono nec tuo mandato, nec tuo nomine, si pro eo fideiussisti teneris ex dolo, & depositario sine haerede defuncto.

CAVSA V.

SVMMARIVM.

1 *Depositum vere est, si nulla merces custodiae gratia interuenit, alias locatio dicitur, & multi recipiunt mercedem non principaliter pro custodia, & custodire tenentur, nu. 2.*

Tit. si merces interueniat.

1 Recepta † est in depositi materia conclusio quod vere depositum, & ex causa depositi aliquid factum, si nulla merces interueniat custodiæ, & seruandæ rei causa, aliàs mercede interueniente locatio dicitur, vt supra dictum est, per l. 1. §. si vestimenta. ff. depositi.

2 Considerandum tamen est, † quod multi recipiũt mercedem, non quidẽ principaliter pro custodia, & tenẽtur custodire, tamen non sunt depositarij, nec depositi nomine obligati. Vnde vẽditor recipit pretium, & quidem pro re vendita principaliter, & tamen de custodia tenetur. §. cum autem. Instit. de contrah. empt.

Similiter nauta recipit mercedem, non pro custodia principaliter, sed ad traijciendum, caupo ad hospitandum, & tamen non actione depositi, sed locati tenẽtur, l. nauta. ff. nau. caupo. stabula.

CAVSA VI.

SVMMARIVM.

1 *Dans aliquid quasi deponens, & alter quasi mutuum accipiat, nec depositum, nec mutuum est.*

2 *Pecunia vt species tradita in deposito, vel mutuo consumpta condictio datur, aliàs rei vendicatio competit.*

3 *Deponendi forma & species.*

Tit. Si dissensus interueniat.

1 Casus † est notabilis, & quotidianus, secundum Doctor. ibi ad l. si ego. vers. & si ego. ff si cert. peta. quod si dedero aliquid quasi deponens, tu quasi mutuum accipias, nec depositum, nec mutuũ est. Et considerandum est in isto casu, quod est dissensus in specie contractus, sed in translatione dominij potest esse, quod consenserint si pecunia fuit tradita vti, & tanquam quantitas: nam dominium transfertur, siue ex causa depositi, siue ex causa mutui pecunia tradatur, vt l. Lucius. ff. depos. sed si fuit facta traditio in specie, vel pecunia fuit tradita vti species in sacculo: tunc tradens

dens non habuit animum transferendi dominium, nec etiam recipiens, nec etiam in mutuo, cum in mutuo pecunia nõ tradatur tanquam species, & ita notant ibidem Castren. & Alex. Animad-
2 uertendum vlterius est, † quod consumpta pecunia datur in prædicto casu condictio: si verò non fuit consumpta competit rei vẽdicatio, quia dominium non fuit translatum, & tradens habuit animum recuperandi, & hoc prouenit ex animo vtriusq; partis, quæ tendit ad restitutionem, vt ibidem Castren. no. sub nume. 7.

Practicando tamen monet nos ibidem Bar. in fin. quod dissensus per actorem probari debet, aliàs in dubio Iudex stare debet ei, quod est verisimile, per l. quotiens in stipulationibus, & in l. inter stipulantem, §. 1. ff. de verb. oblig.

3 Vidimus † de aliquibus causis, ex quibus depositum discerni, & iudicari põt, vel non, tangamus de forma, & specie deponẽdi.

FORMA I.

SVMMARIVM.

1 *Commendans rem, deponere dicitur.*

1 Commendans † alicui rem aliquam, deponere dicitur. l. Lucius. ff. depos. l. commendare, ff. de verb signif. vnde dicit ibi Alc. qui centum tibi commendat, vsuras exigere non potest: id enim notissimos depositi terminos excederet, de quo suo loco, Deo dante, dicemus. Pute. decis. 206. lib. 3.

FORMA II.

SVMMARIVM.

1 *Deponendi forma & species si mandet quis alicui, vt rem suam ab alio acceptam custodiat.*

Si mandauero alicui, vt rem meam ab alio acceptã custodiat, vt l. 1. §. idem Pomponius, ff. depos. de qua supra, cau. 4.

FOR-

FORMA III.

SVMMARIVM.

1 *Deponendi species, si rogauero, & nisi ille recipiat, tu custodias.*
2 *Mandati contractus plenior quàm depositi esse debet, & quomodo altero ab altero discernatur. & nu. 3.*

1 Si † rogauero, vt rem meam ad aliquem perferas, qui eam seruet, & nisi ille recipiat, tu custodias. l. 1. §. si rogauero, cum §. seq. ff. depos.

2 Et notandum est, † quod contractus mandati debet esse plenior, quàm contractus depositi, nam mandatarius potest habere custodiam rei, & ad aliud mandatum potest extendi, vt si mando tibi, vt rem meam portes ad alium, & si ille nole recipere custodias, sed depositum non continet, nisi custodiam. aut ergo ab ipso principio committo custodiam tantum, & erit contractus depositi, aut committo aliud, sed ex post facto committo custodiam, & tunc est solum contractus mandati, sed habet custodiæ legẽ, idest id, quod est de natura depositi, & sic inspicitur quod plenius est, vt l. si te solum, ff. de hæred. instituen.

3 Similiter † inspicitur principium cõtractus, vt rem recipias à Titio, & sic est contractus mandati, & postquam receperis custodias, & hic depositi: sed quia primus contractus potest comprehendere etiam custodiam, non erit contractus depositi, sed mandati tantum, nisi aliud expresse dictum sit. l. idemque, § si quis Titio, ff. depos. pinguior ergo est cõtractus mãdati, quàm depositi.

FORMA IIII.

SVMMARIVM.

1 *Recipiens pecunias, me præsente, an teneatur actione depositi.*
2 *Ampliatio ad l. si procurator ff. de condi. indeb.*
3 *Intellectus ad l. fideiussor §. si de neg. gest.*

1 Casus est notabilis in l. die sponsaliorum, in prin. ff. depos. † qui me præsente res meas recipit tenetur actione depositi, & sic recipiens rem alicuius præsentis dicitur accipere in depositum, & tene-

tenetur actione depositi. quid si erat absens ille, cuius res aliquis suscipit? dicas quod suscipiens non tenetur actione depositi, nisi ratihabitione secuta, prout in mutuo, in debito, & similibus, vt tradit Bar. ad l. donationis. §. species. ff. de dona. Fulg. Ang. & alij, ad l. fideiussor. §. fi. ff. de neg. gest. & ad intellectum d. §. fi. no. Fulg. in d. l. die spōsaliorū, quod ibi nō deponebat, sed donabat tanquā procuratori: nec. n. absenti posset donari, & hoc est, qđ ibi principaliter agit, & primus quasi contractus, & iō ex eo agitur actione de neg gest. vt l. 1. §. si te rogauero. & 3 scilicet. ff. de nego. gest.

2 Ex his † postea infertur ampliatio ad l. si procurator. ff. de condit. indeb. vt procedat etiam in deposito.

3 Et si dicas † circa intellectū d. l. fideiussor. §. fi. ff. de neg. gest. ante ratihabitionem. cuiusnam erunt illæ res? vtique accipientis non, sed tradentis. declarat Bar. in l. qui donatum, col. 1. in fi. ff. de donat. per l. cum quis. §. si debitorem. ff. de sol.

FORMA V.

SVMMARIVM.

1 *Seruum in pristinum conijciens tenetur depositi.*
2 *Depositarius præstans alimenta, an recuperet.*
3 *Depositarius pro expensarum necessariarum recuperatione anterioribus creditoribus præfertur, nec earum probatio requiritur. nu. 4.*
5 *Depositario pro expensis necessariis retentio datur.*
6 *Depositarius si equum ad vecturam dederit, compensat cū expensis, quod plus fuerit refundens.*
7 *Expensas quas & quales repetat depositarius.*

1 Si quis † conijciat seruum in pristinum custodiendum, dicitur deponere, maxime si de operibus nihil est conuentum, & cibaria simpliciter præstitit. l. 1. §. si quis seruum. ff. depos.

2 Ex quo textu colligitur in practica notabilis quæstio, † nunquid depositarius rei animatæ, & se mouentis teneatur præstare alimenta? & tex. in d. §. si quis seruum, videtur tenere, quod sic, in verbis illis: si verò nihil aliud, quā cibaria præstabat. sed contrarium ibi decidit Pau. Castren. quod imò depositarius non potest vti opera rei depositæ, nec tenetur præstare cibaria, & pstando repetere potest contraria depositi actione, exemplo creditoris, qui repetit expensas in re pignorata factas per contrariā pigno-

gnoratitiam .l.si necessarias.in prin .ff.de pign.actio. Et expensæ necessariæ dicuntur illæ, quibus non factis erat peritura, vel dete rior futura.l.impensæ.ff. de verb.signifi.

3 Et † pro recuperatione talium expensarum ex quo factæ sunt conseruandæ rei gratia præferetur depositarius omnib. creditoribus etiam anterioribus, iuxta doctrinam Bar in l.interdum.C. qui potio.in pig.habeantur. faciunt no.per Bal. in f. in restituendo.C.de petit.hæred

4 Et notandum est in practica, † quod in repetitione talium expẽsarum necessariarum non requiritur aliqua probatio, sed præsumuntur.Bar.in l.cum seruus.ver.eadem ratione.ff.de verb.obli. declarando, vt ibi per Alex Imo,& alios .

5 Dabitur † etiam depositario retentio pro expensis necessarijs, iux.no.in l.si necessarias.ff.de pig.act.

6 Quid † si equum depositatum dederit ad vecturam ? Vtique compensabit cum expensis, & si plus est refundit, iux.no.per Bal. l.a.de pac.pigo.no Alex.ad l.si seruos.ff. de pig. act.

Et postquam meminimus de expensis, vtiles expensas repetit depositarius, si eas fecit de voluntate deponentis expressa, vel tacita, quę est si prosequatur impensam inchoatã à deponente, dũmodo non sit nimis onerosa , quod relinquitur arbitrio Iudicis . tex.in arg.ni fallor, not.in l si seruos.ff.de pig act. vbi Castren.declarat, nisi debitor sit post lapsus facultatibus, vt non esset verisimile, tales expensas cum prosequuturum .

FORMA VI.

SVMMARIVM.

1 *Dans vestimenta balneatori, an deponat .*

1 Si quis † vestimenta balneatori, cauponæ, & similibus dederit ad seruandum, deponere dicitur.l.1.§.si quis vestimenta.ff.depos. de quo sup.causa 5.

DE DEPOSITI RESTITVTIONE.

SVMMARIVM.

1 *Restituens depositum non domino, an excusetur .*

2 *Debitorem, vel depositarium quantitatis casus fortuitus, & iustæ credu-*

litas

litas non excusat.

3 *L. Barbarius, de offi. præt. limitatur.*

4 *Prælatus, vel officialis, an possit repetere depositum, si moueatur quæstio officij.*

5 *Tutor minus legitimus, si deposuit, an repetere possit.*

6 *Afflict. decis. 147. declaratur de restitutione depositi.*

7 *Depositarius bona fide soluens ei, qui quandoque habuit mandatum, liberatur.*

8 *Solui, an, & quando possit ei, qui statum mutat.*

9 *Soluens negociorum gestori, an, & quando liberetur.*

10 *Mandans depositario, vt soluat Titio, & Titio inhibens ne recipiat, quid facere videatur.*

11 *Depositarius, an recte soluat prædoni, bannito, procuratori, qui conditionem deteriorauit, vel minus legitimo, & nu. seqq.*

1 Quæro, † an restituens rem non domino excusetur? & vtiq; sic, si bona fide, & ignoranter, secus si sciēter. l. 1. §. si rem à seruo. ff. depos. quem tex. dixit notab. Ang. in l. si vrbana. in fi. ff. de condi. indebi. in depositarijs pecuniæ prælatorum. nā si eas restituūt * bona fide prælato intruso excusantur, & hæc est communis opinio, de qua testatur ibi Ias. col. 2. in fi. sub nu. 7.

2 Quam † limita, & declara vno notabili modo, vt procedat in debitore, vel depositario speciei: secus in debitore, vel depositario quantitatis, quem etiam casus fortuitus, multo minus iusta credulitas non excusat. arg. l. incendium. C. si cer. pet. & ita declarat glo. fi. in l. si quis vxori. §. apud Labeonem, ff de fur. quam ibi sequuntur Din. & Bar. sing. dixit Bal. in l. falsus, in fi. C. de procur. Aret. cons. 25. viso themate. Ias. post alios, in l. cum fundus, §. seruum tuum imprudens, ff. si cer. pet.

3 Ex quibus † infertur limitatio ad l. Barbarius, ff. de offic. præto. vt cōmunis error faciat ius in his, quæ publici iuris sunt, & in hoc, prout Doctores materiam declarant in debitore vero, & soluente. distingue in debitore speciei, vel quantitatis.

4 Sed pone hic in practica satis vtile: † quidam vti prælatus, vel alius administrator deposuit penes me certā pecuniarum quātitatē, & post mouet ei quæstio sui officij, vel exercitij, nunq̄d potero cogi ab eo ad soluendū depositū lite pēdente? Vtiq; sic, & no. Bal. in conductore loquens, in l. emptorem, col. 3. C. loca. reputat singu. Ias. in l. laudata. l. si vrbana. nu. 10. ff. de condictio. indebi.

5 Sed pone hic vnum aliud satis frequens, † quidam gerebat se pro tutore, & non erat, quia non fecerat solemnia, deposuit res,

& bona

& bona pupilli penes aliquem publico instrumento, in quo stipulatum fuit reddi depositum sibi, vel pupillis, si restituat isti asserto tutori, an depositarius sit liberatus? Vtique sic, respondit Afflic. decis. 147. ea ratione, quia monacho, qui mutuauit solui potest, licet actio quæsita sit monasterio, vt no. Bar. in l. filius. C. de pac. in l. cum quis, in prin ff. de solu. & in l. non ideo, ff. de dona. saluo iure recuperandi illas ab asserto tutore.

6 Declaratur † primo loco hæc Afflicti decisio, & conclusio per eum posita, vt procedat, & locum sibi vendicet in depositario, penes quē deposuit illemet, qui se pro tutore gerebat: vnde ei erat restituendum, & declarat Cæs. de Vrsil. ad hanc decis. vnde habetur prima limitatio ad l. debitores, ff. de solu. vt non procedat qñ illemet, qui se gerebat pro tali deposuisset, Anch. q 31. par. 2. vbi bene loquitur.

7 Declaratur † secundo, vt procedat quando depositarius solueret ei, qui quandoque habuit mandatum, vel administrationem: nam si ei postea reuocato bona fide soluatur, soluēs liberatur pp reliquias præcedentis mandati, secus si depositarius soluat ei, qui nunquam habuit mandatum, quia non liberatur. ita declarat Castren. ad d. l. debitores, per l. fugitiuus, ff. de solu.

8 Declaratur tertio † materiam distinguendo, aut quis mutat statum in deterius, aut in melius. primo casu mandatū censet reuocatū, nec ei solui pōt indistincte. aut in melius, & tūc si loquimur in filio iam emancipato, & ei recte soluitur. aut in seruo, & requiritur bona fides, & iusta credulitas. ita declarat Castr. in l si quis seruo. ff de sol. per l. eū qui. §. sibi. cū ibi no. ff. de verbo obligatio.

9 Addenda † est notabilis doctrina Bar. ad l. filię. ff. de sol. aut soluitur negotiorū gestori illud, quod aliàs debebatur domino absque facto sui gestoris, & nō liberatur. l. ei, qui aliena, §. quanquā. ff. de neg. gest. l. qui hominem, §. si cum nullo, ff. de sol. aut debebatur domino ex contractu celebrato cum ipso gestore, & tunc aut soluens ignorabat hoc ad dominum pertinere, & indistincte liberatur; aut sciebat, & si gestor erat soluendo liberatur, aliàs non.

10 Sed pone † hic vnum in practica admodum, ni fallor, notabile: mando depositario meo, vt soluat Titio, deinde mando Titio ne recipiat, licet depositario amplius non inhibeam ne soluat, si tamen scit inhibitionem non liberatur soluendo, nec poterit se iuuare quod semel fuit mandatum, & mandatum postea non reuocatum, quia satis inhibere videor si Titio inhibeam. ita Castren. ibi per illum tex. in l si quis seruo. in fi ff. de solu. dicens hoc perpetuo notandum, & quod vulgares aliter iudicabunt.

Quid

11 Quid † in prædone? vide supra, si prædo, vel fur deponat.

12 Quid † in damnatis, & bannitis. vide supra, si reus publici iudicij damnatus deponat.

13 Pone, † quod ego cui depositum erat restituendum, constitui procuratorem ad exigendum, qui deteriorat statum, & qualitatem, & efficitur homo malæ conditionis, vt verisimile sit dominum à principio eum non constituisse si sciuisset, an depositarius liberetur ei soluendo? Vtique si scienter hoc faciat. ita per illum tex. dicit Castren. in l. si cum Cornelius, in fi. & in l. cum quis, ff. de sol. & in l. quod seruus. ff. depos. in l. rogasti. §. si. ff. si cer. pet. dicẽs in practica perpetuo notandum.

14 Adde † vnum aliud satis frequens, & quotidianum, præsertim apud mercatores, quod si depositarius, vel alius debitor significauit tertio, quod ipse habebat mandatum, siue commissionem de soluendo illi tertio, qui iam acceptauit, licet adhuc nõ se obligasset ad tradendum, tamen mandatum reuocari non potest in illius verecundiam, qui iam dederat illi tertio fidem. ita singulariter Spec. & ibi Io. And. in addi. in tit. de depos. commendat Castren. in l. si cum Cornelius. ff. de sol. dicens passim apud mercatores occurrere, qui consueuerunt hoc scribere in libris eorum; nam sufficit si ad notitiam tertij deuenerit, & acceptauerit.

SI VNI EX HAEREDIBVS,

SVMMARIVM.

1 *Hæredi deponentis, vel parti hæredum, quando valeat restitutio depositi.*

2 *Depositum rei diuiduæ, an sit integraliter restituendum, si maior pars hæredum repetat. Et quid si non sit certum, quis sit hæres. num. 3.*

4 *Depositum apud ædes sacras, quid sit.*

5 *Sequester solum officium deponens cui restituat.*

6 *Depositarius simplex, an inuito deponente statim restituere possit.*

7 *Depositario an expensæ reficiantur, si curauerit citari deponentem ad depositum recipiendum.*

8 *Depositum factum, quia creditor recipere volebat, an depositarius creditore irrequisito restituat.*

9 *Depositum iudicis authoritate factum, quando restituens liberetur, & ad interesse teneatur.*

10 *Depositarius nunquid depositum ad deponẽtis domum portare teneatur.*
11 *Depositarius negotians si putans se teneri, depositum cum lucro restituant, an tale lucrum repetat. Et quid in depositario Ecclesiæ. nu. 12.*
13 *Depositam pecuniam si quis stipuletur reddi cuicunque portanti suas litteras, depositarius ad vnius litteras illam restituens, an liberetur. & quomodo sibi caueat. nu. 14.*
15 *Depositarius nuncio domini consueto, vel cum signo domini noto accedenti restituens, an & quando excusetur. & nu. 16.*

1 Pulcher est casus, & menti tenẽdus secundũ Bar. † si deponens decedat relictis pluribus hæredibus, quorum aliqui repetũt depositum, an eis sit indistinctè restituendum: & si res est diuidua solutione, vt pecunia & similes, & pro rata ei restituenda est: si verò res est indiuidua, tunc cum interuentu iudicis restitutio facienda est, præstita idonea cautione per hæredem recipientẽ de indemnitate quoad alios cohæredes; aliàs non tenetur restituere, & casu, quo depositarius nolit amplius retinere, deponetur apud ædem sacram, vel alium idoneum probum virum. l. si stipulatus sum mihi, §. 1. ff. de solu. vbi Bar. dicit esse casum notabilem, & menti tenendum. Sed pone quod pecunia, vel alia res diuidua sit deposita in sacculo signato, & vnus ex hæredibus repetat, quid agendum? vtilis practica est, vt aperiatur sacculus coram iudice, vel honestis viris, & fiat restitutio pro rata, & postmodum resignetur cum sigillo Iudicis, vel honestarum personarũ, & retineatur per depositarium, vel in ædem sacram deponatur. l. 1. §. si pecunia. ff. depos.

2 Pone † quod maior pars hæredum repetat depositum rei diuiduæ, erit ne restituendum integraliter? vtique sic, data cautione indemnitatis quoad absentes. l. si plures. vbi no. ff. depos.

3 Quid † si non erat certum quis esset hæres, sed erat cõtentio inter plures? quid agendum sit, distinguitur: nam si depositarius volebat rem restituere, nec amplius tenere in custodiã, restituet ei, qui faciet fidem se esse hæredem, & cauerit de indemnitate. si verò depositarius non curabat rem restituere, tunc si vnus ex hæredibus ageret, posset impediri per alium, ne fiat præiudicium petitioni hæreditatis etiam si petens offerret cautionem indemnitatis, vt l. 1. §. apud Iulianum. vbi Castren. declarat, ff. depos. & de petit. hæredit. l. in bonæ fidei. vbi limitatur, nisi periculum esset in mora. & petens esset in possessione hæreditatis, & petens depositum, vt hæres, debet probare se hæredem. Mannel. cons. 3. nu. 13. Ioseph. concl. 14. illat. 179. Caputaq. pulchre, decis. 117. par. 2.

Et quo-

4 Et quoniam in allegatis iuribus fit mentio, † quod deponebatur apud ædes sacras, sciendum est, quid antiqui illi pecunias, aliasq; res suas, aut de quibus controuersia erat, & quas deponi necesse erat in ædes sacras deponere solebant, vt habetur in l. acceptam. C. de vsur. in l. si reus paratus. ff. de proc. in l. ait prætor. ver. sed hodie. ff. de mino. In l. cæterum. §. vlt cum l. seq. ff. famil. ercisc. in l. cum hæres. in prin. ff. de stat. lib. in l. divi. ff. ad l. Iul. pecul. vnde æditùus, & ædilimus sacrarum ædium custos, & præfectus, vt in l. locum. ff. de tab. exhiben. in l. 1. §. si autem socius. C. commu. vtriusque iud. in l. litibus. C. de agric. & cens. lib. 10 l. cum pater. §. donationis. ff. de leg 2. l. vltima. §. fi. C. de bon. aut. iud. possid. latè Tiraq. de retrac. conuen. §. 4. gl. 7. nu. 12. vbi etiam ex humanioribus litteris quamplures autoritates congerit, & allegat.

Si sequester suum officium velit deponere, cui restituat?

5 De † hac materia ponitur in l. 5. §. fi. ff. depos. & ponam, Deo dante, in tractatu de sequestro, vbi reseruo dicendum.

6 Sed † quid dicemus in simplici depositario, an possit statim restituere depositum inuito deponente? Videtur quod non, quia videtur quædam collusio. Contrarium determinat Castren. in d. §. fi. quia depositarius obligatur ad rem restituendam, non retinendam vltra quam velit. Vnde poterit statim compellere deponentem ad recipiendum, nisi fidem falleret, vt quia deponēs erat recessurus, & si ille non recepisset depositum habebat alium amicum, qui recepisset, & in præsenti fortasse non habet, & tunc cogitur retinere quousque sit impleta conditio deponentis, vt ibi considerat Castren.

7 Sed pone hic vnum, † quod depositarius, qui volebat restituere depositum curauerit citari deponentem ad recipiendum depositum, fecerit aliquas impensas, an sint ei reficiendæ. Vtique sic tenuit Bal. in auth. dos data. C. de don. ante nupt. cum quo in hoc

* est communis opinio, teste Alex. in addi. ad Bar. in l. si stipulatus. §. si lancem ff. de sol. Bene verum est, quod si reus in prima comparitione confiteatur, & offerat se paratum, non condemnatur in expensis, secundum Bal. in auth. contra, qui propriam. C. de non num. pecu. in l. non ignorat. C. de fruc. & li. expen.

8 Pone vnum, † quod sit factum aliquod depositum ex causa,

C 2 quia

quia creditor volebat recipere, an poterit depositarius restituere deponenti irrequisito creditore, cuius contemplatione fuit factum depositum. Vtique sic, tenuit Bar dicens hoc perpetuo notandum in l. acceptam, nu. 5. & ibi sequitur Bal. C. de vsur. de quo dubitauit Mantua, sing. 405.

9 Declara, † nisi depositum sit factum authoritate Iudicis, quia restituens non liberatur, quinimò ad interesse tenetur si recipiens sit effectus non soluendo, secundum Castren. in d. l. acceptam, nume. 3. clarius Rom. cons. 287. faciunt no. per Bal. in l. fi. C. de bon. aut. iud possiden. licet contrarium sentire videatur Sal. in l. 1. C. qui potio. in pigno. habeantur.

10 Sed † nunquid depositarius teneatur portare depositū ad domū deponentis? Vtique non, sed restituere debet in loco, in quo recepit. Sal. dicens, secus in commodatario ad l. acceptā. in 3. oppo. C. de vsur. sentit gl. in l. si, in Asia. §. 1. in 1. gl. ff. deposi.

11 Pone, † quod depositarius sit negociatus cum pecunia deposita, & putans se teneri restituerit depositum cum lucro, an tale lucrum repetere poterit depositarius. Vtique non, nisi soluerit per errorem facti, putans procuratorem suum ita promisisse. Bal. in l. n. q. 10. C. pro soc. commendat Alex. in l. si non sortem. in princ. ff. de cond. indeb. Mill. in verbo.

12 Quid † dicendum in depositario ecclesiæ? Vtique curare debet, vt conuertatur in vtilitatem ecclesiæ. Inno. in c. grauis. de depos sequitur Bal. in auth. hoc ius porrectum. num. 8. C. de sacros. eccles. vbi idem dicit in mutuo, in venditione rei ecclesiæ pro debito, & similibus. Cautus igitur erit talis depositarius, vt non restituat, nisi sibi consulatur quod redundet in ecclesię vtilitatem.

13 Sed quæritur hic vnum satis quotidianum: † deposui penes te pecuniam, & stipulatus sum reddi cuicunque portanti litteras meas si vnus portat litteras meas, si ei restituatur, an depositarius sit liberatus? Vtique sic, quia depositum, sicut alij contractus ex conuentione legem accipit. l. 1. §. si conuenerit ff. depos. l. contractus. ff. de reg. iur. & ita post Pet tenet Ci. in l. ad probationem. 1. in fi. C. de prob. Bene verum est, quod portanti nulla queritur actio nisi stipulatio sit concepta de certa, & specificata persona. ita declarando sequitur Castren. in l. Publia. in fi. ff. deposi. Ias. in l. certi condictio. §. quoniam. col. 2 sub nume. 3. ff. si cert. pet. dicens, quod non est bona consequentia, liberatur depositarius soluendo, ergo portanti litteras competit actio, quia vnum stare potest sine alio, quid si fuerit dictum, restitue cuicunque nomine meo petenti? Vtique non tenetur restituere, nisi petēs doceat

dele-

de legitimo mandato.l.si quis vxori,§.apud Labeonem.ff.de fur. quem summopere commendat Petrasancta, sing.87.

14 Cautus † igitur erit in vtroque casu depositarius,& alius quilibet debitor,vt conseruet litteras transmissas, & faciat legitime registrari mandatum,vt in practica docet Boer. decis.281. col.6. & nu.6.in fi.

15 Notandum tamen est vlterius in hac practicabili materia,† q si ad depositarium,vel similes debitores accedat nuncius consuetus alicuius domini, vel cum aliquo signo noto domini, quod restituens excusatur.ita no.per Bar.in d.§ apud Labeonem, loquens in bidello restituente rem existẽtem apud eum alicui nuncio consueto scholaris. Ang.in l.1.ff.de eo, per quem fac.erit,loquens,quando conuentum est de certo signo transmittendo.Bal. in l.si is cui,vers.quæro nunquid.C.de fur. probatur in l.argẽtum. ff.commo.in c.significante.& ibi Abb.de pig.

16 Declaratur prædicta conclusio, † vt procedat in his, quæ sunt leuis præiudicij,secus in rebus magni ponderis,nisi cum hoc concurrat aliqua demonstratio loci,vel rei,vel transmittens esset solitus vti talibus signis, vel esset consuetudo loci,vt per Abb.in c. significauit de appella.vbi declarat,nisi esset præsumptio contra nuncium quod abstulerit signum,arg l.1.§.ille autẽ. C. de lat. liber.tollen. vbi etiam Dec sequitur, dicens casum euenire quotidie,& occurr sse in facto in ciuitate Lucæ in quodam hospite, & ibi etiam subdit,quod restituens in prædictis casibus excusatur à dolo,non culpa,per no.per Fulgo.quem sequitur Alex.in l.Polla. C.de his,quib.vt indig.& limitat etiam in debitore alicuius rei in specie: secus in debitore generis,ad quem periculum omnino spectat,& aliàs supra dictum fuit,vel famulus esset fidelis,vel consuetus talia facere,& erat debitor in specie certa,secus in quantitate,vel genere.Ant.Gom.de contrac.tomo 2.c.6.col.6.

De reliquis, quibus restituendũ sit depositum, videbimus suo loco,dum tractabitur, quibus datur actio depositi.

Tit Si depositarius rem deteriorem restituat.

SVMMARIVM.

1 *Depositarij restituentis rem deteriorem plures casus,cum declarationibus & ampliationibus, vt nu. seqq.*

1 Circa † materiam illam, quando deficit aliquod ius in rem materiam assumendo aliquantulum a longe considerandi sunt plures casus.

2 Primus est casus, † quando quis soluit partem quotam, puta dimidiam, vel tertiam, & sic deficit alia pars, vel quota, & agitur ad illam tãtum, quæ deficit, quia in illa durat obligatio, & actio. l. si stipulatus sum, §. 1. vbi Bar. ff. de sol.

3 Secundus est casus, † quando deficit pars integralis, puta vsusfructus, & similiter agitur ad illum tantum, quamuis in toto duret obligatio. l. si stipulatus fuero, si Titius, §. 1. in fi. & ibi Docto. ff. de verb. oblig. l. si non sortem, §. fi. vbi no. ff. de cond. ĩndeb. l. si marito, §. fi. vbi no. ff. sol. mat. Bar. & alij in l. eum qui ita, §. fi. ff. de verb. oblig.

4 Tertius est casus materiæ, † de qua agimus, puta quando deficit qualitas, vel bonitas intrinseca, quæ diminuit de soluto, quia traditur res deteriorata, vel vulnerata, vel traditur cum seruitute, cum deberet tradi libera, & tunc si tradens tenebatur contractu bonæ fidei, prout depositi, potest conueniri prima actione, vt tradat perinde, ac si non tradidisset, vt consequatur illud, quod deficit. l. 3. §. si reddita, vbi Bar. Castren. & alij, ff. commoda. l. mulieris, §. res abesse. vbi Alc. no. ff. de verbo. signifi. l. qui tabulas. vbi Odofr. & alij. ff. ad l. Aquil.

5 Declara hoc, † vt procedat quando commodans, vel deponens ignoranter recepisset, & erat vitium latens: secus si scienter, glo. quã ibi Doct. sequuntur in l. in hac, in verbo, liberari, ff. de condi. triticar. vlot. de in litem iurag. §. 10. num. 4.

6 Ampliatur iste tertius casus, † quando actio non esset bonæ fidei, sed ad instar bonæ fidei, prout est actio ex testamento. l. huiusmodi, §. ædes, ff. de leg. 1. iuncta l. in minorum. C. in quib. cau. in integ. rest. Bar. in l. si hæres ff. de eo, quod cer. loco.

7 Ampliatur secundo, † vt procedat etiam si actio esset arbitraria ratione loci. l. 3. §. idem Iulianus. ff. de eo, quod cer. lo.

Extra illos casus non agitur actione ex contractu, sed actione de dolo, vel in factũ l. exhibitionis. vbi Cy. no. C. ad exhib. l. in hac. vbi Castren. no ff. de triticar. gl. magistral. in l. eleganter, §. non solũ, ff de eo, quod cer. loco Bar in l qui tibi. §. 1 ff. de solut.

8 Quartus casus est, † quando deficit aliquod ius extra rem traditam, puta cautio de euictione, & tunc peti potest tota res ad effectum, vt cautio præstetur. l. Iulianus. §. qui fundum. ff. de verbo. oblig vbi Alex. Ias. & alij dant formam conclusionis talis libelli, vt petatur res cum expressione, vt præstetur cautio de euictione.

Decla-

9 Declaratur, vt procedat † quando deterioratio secuta sit dolo, vel culpa, alias non. Sum. Ang. in vers. depositum. nu. 7.

10 Declaratur secundo, † vt si depositarius velit restituere rē depositam, & pretium deteriorationis, quod cogi poterit deponēs recipere. Ang. in l. eleganter. §. non solum. ff. de dolo. commendat pro notabili Ias. in l. 2. §. mutui datio. lim. 20. ff. si cert. pet. & sic est vnus casus, in quo creditor inuitus aliud accipit pro alio.

11 Quintus est casus, † quando deficit aliquod ius, per quod tota res auocari potest, vt quia sit alteri hipothecata, vel obligata, & tunc si ex contractu stricti iuris, & agitur perinde, ac si datio, vel traditio facta non fuisset. l. si rem meam. ff. de sol. aut ex contractu bonæ fidei, vt emptionis: & tunc aut vult agere ex capite euictionis, & non potest nisi euictione actualiter sequuta, quando cautio est præstita. l. habere licere. ff. de euict. alias posset agere non ad duplum, sed actione ex contractu principali. l. ex his prædijs. l. qui rem, vbi bona gl. C. de euict. l. non tamen. & l. si cui. ff. de euict. Ias. post Alex. & alios in l. Iulianus. §. qui fundū. ff. de ver. obl.

Tit. Si depositarius aliam rem, quam accepit, restituat.

SVMMARIVM.

1 *Depositarius pecuniam numeratam, quomodo restituere debeat.*

2 *Depositum, an mutuum sit, si mercatori pecunia ad numerum consignetur. & nu. 3. & 4.*

5 *Depositarius mercator, cui ad numerum pecunia consignata fuit, de casu fortuito an teneatur. & nu. 6.*

1 Depositarius † recipiens pecuniam non in sacculo, neq; obsignatam, sed numeratam, tenetur ad restitutionem pecuniæ tantundem in genere, non illiusmet receptæ. l. in naue Saufeli. §. idē iuris. ff. loca.

Et per hunc tex. ab alijs in locis ordinarijs, prout ego viderim
2 non allegatum, deciditur quæstio: † Si pecunia fuerit tradita, & consignata ad numerum mercatori, an faciat contractum mutui, vel depositi. & quod sit depositum, tenuit glo. in l. die sponsaliorum. §. 1. ff. depos. in verbo, condemnatus. Bal. in l. incendium. in fi. C. si cert. pet. in l. in contractibus. §. 1. C. de non nu. pec. Iaco.

Butrig. Castren. & alij in l. Lucius. ff. depos. Dec. & alij ad l. cum quid. col. pen. ff. si cer. pet. & hęc est communis opinio Eman. Costę in l. si ex cautione. limi. 2. nu. 4. C. de non num. pecu. vbi subdit ex hoc non admittere exceptionem non numeratæ pecuniæ: est communis opi. Ema. Soar. littera D. nu. 56.

3 Declaratur † primo loco pręsens conclusio, vt procedat, quando numeratur pecunia personæ non indigenti, quia tunc cēsetur mutuum. ita declarat Bald. cons. 355. lib. 3. Dec. ad l. cum quid. vbi Purpu. nu. 136. Paris. cons. 131. vol. 4.

4 Declaratur † secundò, vt dicatur depositum, sed irregulare, ex quo transfertur dominium ita Castren. Butrig. & alij ad d. l. dies sponsaliorum. Bal. in l. fi. C. depos. in l. talis scriptura. ff. de lega. 1. Bar. Ias. & alij in l. eius qui in prouincia. §. quod si stipulatus. ff. si cert. peta.

Et notandum est, quod eo ipso quod pecunia numeratur, censetur tacite data facultas vtendi, dummodo pecunia in eodē genere restituatur, vt no. in d. l. Lucius. & in d. l. dies sponsaliorum. Menoch. cons. 37. nu. 27. lib. 1. vbi commendat.

5 Vtilitas huius indagationis videtur magna, † an depositarius in quæstione proposita teneatur de casu fortuito. & vtique sic. Rom. cons. 500. summarium. col. 2. & 520. circa propositū. in prin. Dec. cons. 645. in l. contractus. col. 3. ff. de reg. iur. Bal. cons. 236. vol. 5. in l. etiam. C. de fideius. & hæc est communis opinio, vt testatur Cur. iun. cons. 8. Roma. cons. 238. Alexan. in l. cum quid. ff. si cer. pet. Ias. in l. si quis nec causam. col. fi. ff. si cer. pet.

Additur etiam prædictis id, quod concludit Sal. ad l. incendiū. 6 C. si cer. pet. dum ponit quæstionem, † si pecunia sit consignata mercatori, & apotheca sit combusta, an teneatur mercator restituere pecuniam receptam. concludit quod si depositum sit factū gratia deponentis, vel depositarius fuerit mercator, vel aliàs opulentus, & deponens sit vir tenuis, & pauper, quia censetur gratia deponentis depositum recipere ex casu liberatur. Si autem opulentus, & æqualis conditionis non liberatur propter casum. sequitur Castren. in l. cum quid. in fi. verbis. ff. si cer. pet. refert Ant. Gab. lib. 3. de reb. cred. conclu. 2.

Dices, quid si non apparet, an pecunia sit data in sacculo, vel ad numerum, quid præsumendum in dubio? vtique præsumetur depositum. Alex. cons. 28. & cons. 184. col. 2. vol. 7.

Tit. Si depositarius non aliter quam nummis acceptis restituat.

SVMMARIVM.

1 *Depositarius, an possit petere mercedem.*

1 Solet † in materia depositi, quandoque contingere quod depositarius non vult depositum restituere, nisi soluta sibi cōpetenti mercede, quo casu si sibi aliquid soluatur, potest ab eo repeti, tam actione depositi, quàm condictione ob turpem causam. l. fi. ff. depos. l. fi. ff. de cond. ob turpem causam. vbi Ias. post alios rationem reddit, quia in actione depositi, cum sit bonæ fidei, venit etiam id, de quo nec est actum, neque cogitatum. l. quia tantundem. ff. de neg. gest. Et si res depositæ pereant etiam casu fortuito eo quia depositarius recusauerit restituere, nisi soluatur aliquid pro mercede tenetur etiam de casu fortuito. l. fi. vbi no. ff. de condi. ob tur. cau.

Concurrit igitur condictio ob turpem causam cum actione depositi.

Tit. Si quasi de suo dat pro libertate serui.

SVMMARIVM.

1 *Depositum factum per seruum, quid operetur.*
2 *Depositum reddere non videtur, quasi de suo soluens: & quasi de suo soluere, quando dicatur.*

Contingit in materia depositi id, quod no. ad l. 1. §. eleganter.
1 ff. depos. & est aliud de contingentibus in materia depositi. † si pecuniam seruus deposuit, quæ erat domini sui, & sic statim est domino quæsita actio depositi pro manumissione serui, si tradidi domino, & ipse manumisit, an sit liberatus depositarius per talem restitutionem? vtique sic, si dominū certiorauit, aliàs non, quia soluendo ignoranti videtur de suo soluere, & sic remanet obligatus actione depositi, & hoc si pecunia esset cōsumpta, aliàs

si extat

si extat, liberatur depositarius actione depositi: seruo verò aliter non manumisso facta certioratione, siue pecunia extet, siue non, est liberatus depositarius, vt per d.§.eleganter. iunctis suppletionibus Bar. Castren. Odofredi & aliorum.

Vnde ibi colligitur in practica notabili dictum in materia de-
2 positi, † qui quasi de suo soluit non vr depositū reddere, & dicitur quasi de suo soluere si sit depositū factum cū aliqua reseruatione, & solutio fit per depositarium non certiorando aliter recipiētem de reseruatione in exbursatione depositi, & si dicatur, vr quod possit repeti depositum iam solutum, nec bona fides, cuius est cōtractus depositi hoc pati videtur, vt bis idē exigatur. l. bona fides. ff. 1
de reg. iur. respondetur cum Bar. quod eo casu pecunia erat deposita, & numerata. sed si hęc ratio est vera, datur nimia restrictio, & decisionis ratio in eo se principaliter fundare videtur, quia depositarius soluit de suo. vnde melior ratio fortasse videtur, quia fuit consumpta pecunia, & soluta ignoranti, vt ex textu met colligi vr.

Tit. Si non in loco, quo debet restituat.

S V M M A R I V M.

1 *Depositarius an teneatur restituere in loco, vel tempore conuento?*

1 Est aliud contingens in materia depositi, † quod depositarius tenetur restituere depositum in loco conuento; & si appareat alternatiue conuentum de pluribus locis, electio est ipsius, & nulla loci specificatione facta ad Iudicem recurritur, vt locum deputet. l. 5. in sequestrum. ff. depos.

Tit. si non debito tempore.

S V M M A R I V M.

1 *Depositum, si non debito tempore reddatur.*

1 Contingit etiam, † quod depositum debito tempore non reddatur. de hoc videbimus infra, quando detur actio depositi.

Vidimus de aliquibus contingentibus circa depositum, videamus modo causas propter quas datur actio depositi.

CAV-

CAVSA I.

Tit, Actionis depositi implementum.

SVMMARIVM.

Depositarius tenetur seruare pacta.

Depositarius † tenetur seruare legem à partibus, vel à deponẽte traditam. l. is penes quem. C. depos. vbi Bar distinguẽdo dicit, aut depositum fit a pluribus de re litigiosa, & competit actio sequestraria. l. si in alia, § cum sequestro, ff. commod. aut fit ab vno de re non litigiosa, cum aliquo pacto, & competit actio præscriptis verbis. l. si apud te. in fi. vbi Ias no. ff. de pręscrip. verb. cõtractus enim ex conuentione legem accipiunt. l. 1. §. si conuenerit, 1 vbi loquitur in deposito. ff. depos. l. contractus. vbi no ff. de reg. iur. Anch. cons. 81. 331. & 402 Castren. cons. 162. par. 1. Barba consil. 40. col. antepen. vol. 1. & cons 77. col 4 vol 4 Soc. cons. 67. col. 2 li. 1. & cons 97 col. pen eod. vol late Dec. ad l. cum proponas, la seconda, col. 1. in fi. C. de pac Rim 1. in l. legem. C. eo. tit. in l. procurator, col fi. vbi etiam Dec. C de pact. Dec. cons. 140. in fi. 265. col. 3 & melius, cons. 312. Fran. de Cur. in repeti. l. vnicę, col. pen. C. de prohibi. sequest. Fell. in c si diligenti, de foro comp. Ripa in repe. l fi. q 54. C. de reuocan dona.

Declaratur vno notabili modo, nisi pactum sit contra substantiam contractus, per l cum precario ff. de precar. nisi conuentio posset in aliam dispositionem transire, quia tũc valebit, & meliori modo, quo valere potest. l. vbi ita donatur. & ibi Bar. ff. de dona quando verba co uenimnt, de quo latè Bal. ad l. ad exactionẽ, C. de do promis. ad l si pater, in 2. lect ff. de adop. vbi habes quando aliquid dicatur fieri contra naturam contractus. Anton Rub. ad l. non solum, §. morte no. 357 ff. de noui ope. nunci. Fernan ad l pacta conuenta. ff. de contrahẽ emp. c. 1. num. 60. Forcatul. Necromant. iur. dialo 3. num. 2. Iaco Menoc. de arbit. iud. lib. 1. q. 60. num. 21.

CAVSA II.

Tit. Vsus.

SVMMARIVM.

1 *Depositarius vtens re deposita committit furtum, & quando procedat. nu.2. & quando non, nu.3. & vide nu.9.*

4 *Depositarij iuramento non statur, dicenti se credere dominum permissurum se deposito vti posse.*

5 *Depositum simpliciter negans, an dominum sua possessione priuare dicatur, seu furtum committat. & nu.6.*

7 *Depositarius contracti depositum, quando non cõmittat furtum. & qualis cautela pro deponente dari soleat, nu.8.*

1 Depositarius† vtens re deposita committit furtum.l.qui furtũ. ff.de cód.fur.l.qui sacculũ.ff.depos.l.3.C.depos.Tholos.deci 168. vide infra, de in lit.iuran.concl.5.Ioseph.Ro.Luc.21. num.51.

2 Declara,† vt procedat in specialibus depositis,vt vestibus,gẽmis, & similibus: in pecunia verò distingui solet,vt procedat in pecunia non numerata, puta in sacculo signato,secus in pecunia numerata,cum ex ea transferatur dominium, & possessio, vt dictum est,& ita declarat glo.in d.l.3.C.depos.& in alleg.l qui sacculum.Plot.de in litem iuran §.10.nu.18. cum seq. Tholos. decis. 168.Negus.de pig.in 3.memb.par.5.num.13. Brun.de cess.bono. in 4 par.q.20 num.5. Et pecunia si alicui numerata, & non obsi-
* gnata tradatur,in dubio mutuum est,non depositum est communis opinio Alex.in l.2.nume.6.Alc.nume.21.Purp. num 74. in §. mutui datio.ff.si cer pet.Ripa in l.si venter §.in boni.num.2.ff.de priuil.cred.secus nisi expressim, vel per coniecturã appareat vo-
* luisse dominium transferri. est communis opinio Alex in d.l.2. nu.13 Soc.nu.36.Purp nu.139. Rip.nu.24.

3 Declaratur secundo, † vt non procedat,quando credebat dominum permissurum l.qui re, vbi no.ff.de fur.§.placuit. Instit.de oblig quæ ex delic.

4 Nec in hoc statur iuramento ipsius depositarij dicentis se credere dominum permissurum,cum nemo præsumatur iactare suũ. l cum de indebito.ff.de prob.nisi ostendat aliqua verisimilia,per quæ credendum sit dominum promissurum, & ita limitatur glo.

nota-

notabilis, & quotidiana, in §. alia. Insti. de actio. vt non procedat, quando est præsumptio iuris contra iurare volentem. Bar. in l. inter omnes. §. recte. ff. de fur. quam doctrinam dixit singularem Ias. in §. sed istæ. nu. 92. Insti. de act. Gemin. in c. eos qui. de tempo. ordin. Dec. post Feli. in c. cognoscentes. nu. 18. de consti. Alex. cons. 72. lib. 1. Felin. in c. 2. de excep. Marf. cons. 7. nu. 7. & late cons. 9. nu. 36. Rum. cons. 13. nu. 4. lib. 5. Aug. ad Ang. in verbo, & vestem cœlestem, sub nu. 36. Anch. q. 36. nu. 3. par. 1. Menoch. de recoper. posses. remed. 16. nu. 36. & latius de arb. iud. casu 186. sub nu. 7. Sum. Ang. in vers. depositum. nu. 12.

Declaratur tertio, vt non procedat in simplici inficiatione, vel denegatione depositi, quia ex hoc tantum non committitur furtum, nisi contrectatio concurrat. l. inficiando, ff. de fur. vbi etiam Iurisconsultus declarare videtur, quod contrectare videtur, qui dat in pignus vti rem propriam. Bossi. in tit. de fur. nu. 45.

5 Sed † nunquid ex hoc dicetur dominum priuare sua possessione. Iura videntur inuicem pugnantia sub eodem tit. 5. in l. 3. §. si rē. ff. de acq poss. & Cuma. Alex. & alij in d. §. si rem, dicunt quod non priuatur dominus ex simplici negatione rei depositæ, sua possessione, per d. l. si quis rem, & l. colonos. & l. cum fundus. ff. de vi, & vi arma. & in §. si quis rem. non fuit negata restitutio rei depositæ, quia non fuit petita, sed habuit animum denegandi. Imo. verò in d. l. si quis rē, distinguebat, aut res erat in p̄sentia, aut non: primo casu per denegationem priuatur dñs sua possessione: secūdo verò casu non priuatur, ita vt procedat dispositio §. si rem, & quatuor casus considerat Ripa in l. rem, quæ nobis. nu. 14. ff. de acq. pos.

6 Ego verò † non reprobando aliorum opiniones, præsertim antiquorum, putarem fortasse sic dici posse. Negans depositum cū causa, nec furtum committit, nec dominum priuat possessione sua, vt habetur clare in d. l. inficiando, & in d. l. si quis rem, puta propter impensas, pro quibus retentio datur, vt l. creditoris. §. fi. ff. de fur. & l. si is, qui rem commodatam. l. in rebus. §. fina. ff. commod. & arg. ff. depos. l. 1. §. est autem. & §. apud. Secunda sit conclusio, negans depositum simpliciter sine causa, sed non contrectans rem depositam, furtum non committit. l. inficiando, superius allegata, nec dominum priuat eius possessione, & ita loquitur. §. si rem. vnde necessaria videtur contrectatio, nec sufficere putarem cum Cuma. Alex. & alijs, vt sit denegatum depositū petenti, nisi concurrat contrectatio, nec etiam necessaria videtur cum Imo. & alijs præsentia non concurrente contrectatione, & hoc inquit, ni fallor, expresse tex. in d. §. si rem. ibi, sed & si cum loco non

eo non moueris, quod est contrectare etiam si inficiandi, &c. & in l. inficiando. ibi, sed si possessionem eius interuertendi causa adipiscatur.

Sed quid si contrectat simpliciter, nec apparet de negatione, puta vti propterea mouet de loco, vel dat creditori in pignus? vtique furtum committere videtur, & dominum sua possessione priuare, ex l. inficiando, superius allegata ibi, sed si, &c. quæ præcedentibus aduersari videtur, & in §. item. ibi, loco non moueris etiam si inficiando animum, &c. arguendo à contrario sensu.

7 Declaratur quarto, † stante decreto Mediolani, quo casu contrectans depositum non committit furtum, vt per Boss. in titu. de decre. Mediola. num. 3. Vnde habes cautelam, vt quotiescunque in aliquo loco sit statutum, decretum, bannimentum, vt non procedatur criminaliter quando res habet originem à contractu, isto casu depositarius etiam contrectans furtum non committit, licet admodum non videatur excusatus, quia facit contra naturam depositi.

Notandum est etiam quod sufficit, vt contrectatio fiat vere, vel interpretatiue. l. falsus. §. si 18. ff. de fur. Ang. in tract. malefi. in glo. nec non ad querelam. in rub. an quilibet possit accusare.

8 Cautela † tamen dari solet ad fauorem deponentis, vt deponens probet rem depositam in tali loco, & deinde imploret officium Iudicis ad perquirendum, an fuerit amota res, vt per Boss. in tit. de fur. sub nu. 45. vbi etiã subdit, quod excusans se quod non contrectauit animo furandi: si tamen prius negasset depositum, non audiretur, vel saltem esset magna præsumptio contra eum. Veronen. cons. crim. 16. col. 3. in fi. vers. item quod fuerit.

9 Declara vlterius, † aut fit oblatio, & depositio tantum, aut cõcurrit etiam obsignatio, primo casu potest vti, & transfertur dominium: secundo verò casu non transfertur dominium, & vtendo committitur furtum, vt deducit Negusan. de pig. in 3. memb. 5. par. nu. 8.

CAVSA III.

Tit. mutuum.

SVMMARIVM.

1 *Depositarius an mutuare possit rem depositam.*
2 *Regula, res inter alios acta, limitatur.*

Si depo-

1 Si depositarius mutuauerit † alteri pecuniam penes eum depositam, actio depositi competit deponenti contra depositarium, vel eius hæredem, non contra singularem successorem, cōtra quē datur rei vendicatio si nummi extant. l. desiderium, & l. fi. C. depos. & notabilis in se videtur decisio illius legis, quia videbatur depositarius excusatus, si forte iusta causa fuit motus, quia fortasse habebat se absentare, depositum trāstulit in alium, cum pacto vt deponenti restitueret, ex quo pacto acquiritur deponenti actio, vt l. pen. ff. ad exhiben. & l. si cum venderet. ff. de pign. act. vnde videbatur quod deponens agere deberet contra tertium, cui fuit mutuatum. sed contrarium est verius, quia fuit in culpa eo ipso, quod in alium transtulit, nisi necessitas vrgeret.

2 Et per illum textum infertur † limitatio ad regulam, res inter alios acta, & ad regulam, quod confessio facta absente parte probet. l. certum, §. si quis absente, ff de confess. vt non procedat in confessione extraiudiciali facta in publico instrumento, quæ ad fauorem tertij probat saltem semiplene, & erit locus iuramento suppletorio, quem textum summopere commendat ibi Bal. & Salic. Castren. cons. 84. vol. 2. Mars. in rub. de proba. num. 101. dicens perpetuo menti tenendum. Ias. in repeti. l. admonendi, num. 157. ff. de iureiuran. vbi post multa dicit ideo procedere, quia ibi vtraque pars confitebatur instrumentum Ruin. cons. 40. col. 2. vol. 4. Cremen. sing. 104 Anto. Gab. in tit. de confes. concl. 1. nu. 69. adde etiam Fel in c fi. post But. & alios, de iureiuran. in c fi. de test. in c. examinatē. col. 2. vers. inquantum dicitur. de iud. magna sanè est Bal. & sequacium authoritas, sed in hoc textu nihil cū tertio contēdebatur, sed depositarius excusabat se cum deponente, dicendo non habere depositum, quia bona fide alij mutuauit, & constabat publico instrumento. & depositarius mutuans committit furtum. Aimo, cons. 106. num. 7.

CAVSA IIII.

Tit. Publicatio.

SVMMARIVM.

1 *Depositarius reuelans depositum secretum, ad quid teneatur.*

2 *Depositarius iurans secretum, quod scit, non reuelare, an in testem inductus absque periurij incursu propalare teneatur. & nunquid si littera*

teræ monitoriales publicentur, denunciare teneatur: num.3.
4 *L.1.§.si quis instrumenta.de fals.ampliatur.*
5 *Reuelare non tenetur, qui probare non potest, vt Sacerdos in confessione.*

1 Depositarius, † qui secreta penes se deposita publicauerit, interleuerit, corruperit, pluribus actionibus tenetur. primo depositi.l.1.§.si quis tabulas.secundo iniuriarum: tertio in factum. l.si quis,§.& si quis.ff.ad l.Aquil.item ad exhibendum. & l. Aquiliæ. & l.qui tabulas.ff.ad l.Aquil.l.exhibitionis,C.ad exhiben.distinguendo tamē cum Doct.ibi, aut est mutata forma, & datur actio ad exhibendum, quia ex hoc non videtur reddita: aut forma non est mutata, & non datur actio ad exhibēdum, sed in factum. similiter datur actio l. Aquiliæ, vna cum actione in factum, si culpa est commissa in faciendo, & agens erat dominus rei petitæ datur actio l.Aquiliæ: si verò culpa est commissa in negligēdo, datur solum actio in factum. datur etiam actio de dolo.l. si quis tabulas.ff.de dolo, & hoc intelligitur quādo hæres erat institutus sub conditione in testamento, in quo erant relicta plura legata, & p suppressionem, vel cancellationem hæres implere non potuit conditionem. Vnde legata etiam sunt in suspenso, vt ibi glo. & Bar.declarant, & sic conciliari videtur iura omnia prædicta, & adde ad ea, quæ superius diximus, quando res deposita fuit reddita deterior. Punitur etiam publicans secretum depositum, vel restituens alicui pœna l.Corneliæ, de fal.vt l.1.§.si quis viui.& §.instrumenta.ff.ad l.Corne.de fal.

2 Sed pone hic vnum in materia secreti.† Depositarius, vel alius scit aliquid in secreto, & iurauit non reuelare, si inducatur in testē, an teneat propalare absq; incursu periurij? Bal. in l.nullū.C. de testib.tenuit, ꝙ non, & testificando repellitur, quia aut dicit falsum, aut est periurus. allegat Io.And.in c.litteras.de præsump.Cōtrarium est verius, quia tale iuramentum non obligat testē, nec ad hoc se extēdit, ergo non est periurus. ita tenet Inno.in c.qualiter, il primo, de accus.vbi ēt Sicul. & alij, in c.intimauit, in c.constitutus, de test.in c.omnis vtriusque sexus.de penitē. & remis.Fel.in c nouit, col.pen in ver.iuramentum, de iud. Capel.Tholos. & ibi addit.decis.240.Ang.in ver.confessio.vltimo, num.22. vbi dicit esse exceptum hunc casum, si inducatur in testem.

Et sic videtur inferri limitatio ad iura allegata, & quammaxime ad l.1.§.si quis, & §.instrumenta, ff.de fal.

3 Pone † ēt vnum aliud, quod publicentur litteræ monitoriales, vt

let, vt qui scit, vel quid simile, sub pœna excommunicationis teneatur propalare. si quis hēt aliquid in secreto, an tenebitur denunciare? Vtiq; non, quia nemo tenetur denūciare id, q̄ probare non pōt gl. in c. Sacerdos, de pęnit. dist 6. Soc. cons. 102 vol. 1. Henric. Boic. in c. qui cū fure, de fur. Fel. in c de cętero, col. fi. de re iudi. nu. 17. vbi subdit, q̄ reuelare teneatur solū illi, qui sciunt, & legitime probare possunt: dicens ita fuisse iudicatū a quodā summo, & celebri pęnitentiario. accedat, q̄ notabiliter voluit Rip in q de facto, in materia depositi. Męuius peregre profecturus deposuit certā pecuniaru summam penes Titiu amicū suum, cui fecit apocham, per quā constabat, q̄ si Męuius moreretur, q̄ illam pecuniam donabit Titio: mortuo Męuio in peregrinatione Titius ostēdit apochā Sempronio amico suo in secreto si fiat monitorium ecclesiasticū ad instantiā venientiū ab intestato non tenetur Sempronius reuelare, quia nemo tenetur reuelare, q̄ probare non pōt. Card. Alex in c. nerui. distin. 13. subdens ēt, q̄ monitoria ecclesiastica contra detinentes intelliguntur iniuste. Vnde si scio aliquem rem aliquam iuste detinere, nō teneor reuelare, quæ iustitia sufficit, vt sit valida in foro poli, licet in foro ciuili nō subsisteret. Vnde qui habet voluntatem defuncti pro se, licet non solenné, potest sibi relicta retinere, nec modo aliquo reuelare potest, nec de se, nec de alio, secundum Inno. & Cano. in c. plerique, de immu. eccle. sequuntur Bal. Alex. Ias. & alij in l. nemo potest, ff. de leg. 1. Ang. in verbo, confessio, vltimo, sub nu. 33. clarius, & latius in verbo, denunciatio in fi. sub nu. 13 vbi distinguit, aut Episcopus habet informatum aliquem de aliquo, & quia nō bene ꝓbat, admonet, vt qui scit dicat: tunc indistincte tenetur deponere quicquid scit, quia illo casu venit tanquam testis: si autem nō extat infamia contra aliquem, sed in genere inquirit quis fecerit tale quid, prout fit communiter, tum reuelare non tenetur, si probare non potest, dicens in practica quotidie occurrere, & euenire. idem in §. furtum, num. 41. in verbo, familia. num. 8. in verbo, excommunicatio 4 §. 20. Rosel. in ver. excommunicatio. 2. § 16. Siluestr. in verbo, excommunicatio. 2. § 4. & 8. dicens in practica esse valde notandum. Dec. in l culpa caret, sub num 9 ff de reg. iur. Soc. cons. 275. in causa fratris, vol. 1. Alber. in 2. par. stat. q 175. Diu Thom. in 4 sent. dist. 19. problem. 1. art 16. addent ad Alex. cons 55. num 4, lib. 4. Silu nupt. lib. 3 in materia monitorialium, ampl 5 sub nu. 46 Ripa in tract. de peste de remed. ad curā. pest. num 121. cum multis sequentib. vbi loquitur in terminis de deposito secreto facti, & ex hoc inferunt communiter contra Bart.

in l.verum.ff.de parricid.vt in crimine læsæ maiestatis non teneatur quis denunciare, quod probare non potest. & hæc opinio cōtra Bar. est communis, vt per Ias. in l. vt vim, col. fi. ff. de iusti. & iure. salua tamen, & distingue, vt post alios per Cagn. in l. culpa caret. col. fi. ff. de reg. iur. omitto, quia extra materiam.

4 Et sic † infertur ad iura allegata, & maxime ad l. 1. §. si quis, & §. instrumenta. ampliatur, vt procedat etiam si fierent monitoriales, vt qui sciret tale quid, debeat propalare: nam qui scit aliquē detinere iusto tit. etiam nō solemni solemnitate iuris ciuilis, sed saltem in foro poli, reuelare non tenetur.

5 Secunda sit ampliatio, † vt nemo teneatur reuelare, quod probare non potest. solet etiam poni, vt quis non teneatur reuelare, vt Sacerdos in confessione, & quia non est materia nostra, remitto me ad Summistas. ponit Aret. in tract. malefi. in ver. *che hai tradito.* num. 18.

Posset etiam declarari id, quod dicit Greg. homil. 25. vel 26. de qua in cano. sententia pastoris, 2. q. 3. sententia Pastoris, siue iusta, siue iniusta timenda est. hoc non procedit in multis: primo in eo, quod quis scit, sed probare non potest: secundo non procedit si sententia Pastoris constringeret me ad propalandū illud, quod ego scio possideri per alium iusto titulo, saltem in foro poli: tertio sententia Pastoris non cogit Sacerdotem ad reuelandum illud, quod in legitima confessione dictum est, saluo iudicio sanctę Matris Ecclesiæ, cui me subijcio.

CAVSA VI.

Tit. Deterioratio.

De qua vidimus supra, dum egimus de restitutione depositi. c. si depositarius rem deteriorem reddat.

CAVSA VII.

Si depositum nō restituit, vel amisit, vel perijt, de quo inferius dicemus, dum de dolo, & culpa agemus.

CAVSA VIII.

Si depositum restituit, sed non vt debet, vide supra si non debito loco, & tempore.

Tit. De dolo depositarij.

SVMMARIVM.

1 *Depositarius de solo dolo tenetur.*
2 *Pactum, ne depositarius de dolo teneatur, non valet, etiam si verbis generalibus remissio sit concepta. nu. 3.*
4 *Dolus futurus remitti non potest, sed dolus de præterito sic. & de differentia doli de futuro veri, a præsumpto. nu. 5. & 6.*
7 *Dolus futurus an tacitè remitti possit. & nu. 8.*
9 *Dolus præsumptus, an possit remitti tacite.*
10 *Pactum, ne depositi agatur, ratione culpæ, vel doli de præterito intelligitur.*

1 Recepta est conclusio, † quod regulariter depositarius de solo dolo tenetur. l. 1. §. in conducto. in verbo, dolum. ff. depos. l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commod. ibi, solum dolum in deposito. §. præterea. Insti. quib. mod. re contr. oblig. vbi Por. duplicē assignat rationem. s. quia depositarius eligitur à deponente, & sibi imputet, qui negligenti amico rem custodiendam dedit, & depositum regulariter fit gratia deponentis, ita vt depositarius nullam percipiat vtilitatem, nō mirū si de solo dumtaxat dolo tenetur, & non solum venit dolus præteritus, sed futurus, idest qui venit post litē contestatam. vt l. 1. §. non tantum. ff. depos.

2 Quid † si fiat pactum ne teneatur de dolo? vtique non valet, quia hoc bonæ fidei iudicio contrarium est, vt dicit tex. in l. contractus. ff. de reg. iu. & ne detur materia delinquendi. l. conuenire. ff. de pac. dot. Bal. in l. si cū antea C. de arb. in l. si. C. de contr. emp.

3 Ampliatur, † vt procedat etiam si remissio esset concepta verbis generalibus, quia adhuc non intelligitur remissus dolus. l. nō solum. la 2. §. si. l. Aurelio. §. Caius. ff. de liber. legat. l. si seruus ve-

titus.ff.de leg.1.l.quidam decedens.ff de admin.tuto. Alex. cons. 62.serenissimus.lib.4.& cons.164.præsupposito primo.lib.5. Ang. cons.144.reuocatur in dubium.& cons.184.Filius Hugonis.Bald. cons.50.in causa præsenti.lib.1.Fulg. cons.103. nobilis vir.

4 Declaratur, † vt dolus futurus remitti non possit, secus in dolo de præterito, quia remitti potest.d.l.si vnus.§.illud. vbi Docto.ff. de pact.Bal.in l.quidam decedens.ff de admini.tut. in l.cum necessitatem.C.de fideicom Dec in l.contractus.nu.44.ff.de reg.iu. & hæc est communis opinio, Gome.de testa.c.fi.nu. pen. Soar.in suo thesau.littera D.nu.105.

5 Subdeclaratur † in dolo de futuro vero, secus in dolo de futuro præsumpto, qui consistat in non faciendo, vel omittendo, quia talis bene remitti potest Bur.in c.fraternitatis vbi F. in.col.4 circa med de test.dicens esse declarationem valentem ad multa, subdens ex hoc, quod testes examinati post didicita testificata super eisdem, vel directo contrarijs parte non opponente prol ãt, quia est dolus præsumptus subornationis, & sic remitti potest, & hæc

* est communis opinio, vt testatur Anto Gab.de test.conclu.21.nu. 76.li.nu.24.idem etiam tenet Dec.cons.178.col 3. circa med. inferens ex hoc, quod testator potest legare liberationem tutori ne reddat rationem, nec conficiat inuentarium cum legato de omni eo, quod contingere potest tutorem condemnari, quia si in aliquo defecit omittendo excusabitur, quia est dolus præsumptus in omittendo, qui remitti potest Castren.cons.86 dub.11. vol.1. Paris.cons.25.nu.55.vol.2.Ferra caut.51.Crau.cons.193.nu.9.vol. 1.Iacõ Borgni.de tut.& curat.car 207. & hæc opinio est æqua, &

* communis Alc.reg.1.præsump.6.Segur.in l.si ex legati causa. nu. 98.ff de verb.oblig.Villalob.opi.92.

6 Similiter † hanc opinionem de dolo præsumpto tenuit Areti. Insti.de vsufruc.in prin.inferens ex hoc, quod vsufructuarius percipiens fructus ante præstitam cautionem patiente, & sciẽte proprietario facit fructus suos. late Ant.Gab.de vsufruc. concl.1.nu-

* mero 11.& hæc est communis opin.Borgnin.de vsufruct.nu.149. Eandem etiam opinionem tenuit Plot.de in lit.iuran.§.50.nu.31. vbi tenendo contra dolum præsumptum non iurari in litem, declarat dolum præsumptum dici, quando quis non facit id, quod scit, vel scire debet se teneri ratione officij sibi iniuncti, prout in tutore non conficiente inuentarium dictum est. similiter si quis non vult restituere, vel soluere id, quod potest, vel scire debet se teneri ad restituendum, prout in depositario considerari potest,

[illegible] vel si

vel si depositarius relinquat depositum nocte in via, vel in loco, vbi infiniti transeunt, Sfor. de resti. in integ. q. 83. nu. 6.

7 Subdeclara, † vt dolus futurus remitti non possit, tacitè verò remitti potest, secundum glo. in d. §. illud. & in l. iurisgentium, §. si quis, paciscatur, ff. de pact. sed contrarium tenent ibi Castren. & Ias. per illud verbū, nulla, quę est vniuersalis negatiua, & militat eadem ratio ne detur materia delinquendi. Deci. contradicit in d. l. contractus, per dictionem quamuis, quæ videtur aduersatiua præcedentis, vers. vnde in eodem casu intelligitur, & sic in dolo de futuro, vt bene aduertetur, & maxime, quia multa possunt fieri tacite, quæ expresse prohibentur, & pactum tacitum non est proprie pactum, vt per eum in rub. C. de pact.

8 Verior † mihi dici posse videtur declaratio Castren. & Ias. primo ratio eadem militat. s. ne detur materia delinquendi, & quia illa dictio vniuersalis negatiua. s. nulla pactione, sunt magnæ potētiæ, & adimunt penitus omnem potestatem, vt per glo. in c. Romana, §. sententia, de appella. in 6. c. Romana, §. in vniuersitate, de sen. excommu. lib. 6. & inficiunt actum ipso iure, glo. sing. in auth. si qua mulier. C. ad Vellei. Card. in clem. super litteris, de rescript. in clem. hi, qui. de æta. & qualit.

9 Declara etiam, † vt dolus præsumptus remitti possit tacite, nō expresse Bal in l. 1. in fi C. de vsufruc. Alc. in l. actione, vers. specialiter. C. de transac. Marsi. sing. 89.

Adde etiam aliud notabile, quod sicut dolus futurus remitti non potest, ita nec præteritus habens radices in futurum, ita sing. apostil. ad Ias. in d. §. illud, ex doctrina Bal.

10 Redeundo igitur ad materiam depositi, de qua tractatur, † si paciscar ne depositi agam, intelligitur ratione culpæ, vel doli de præterito, res tamen deposita restitui debet. l. si cui. ff. de lib. leg. & per glo. Castren. & alios in d. §. illud. vbi etiam simpliciter remittendo videtur remisisse dolum, cum regulariter ipse depositarius de solo dolo teneatur, ne verba sint frustratoria, per l. si quādo, ff. de leg. 1. & relinquens depositum noctu in via, dicitur in dolo præsumpto. Sfor. de restitut. in integrum, quæstio. 83. artic. 1. numero. 6.

Tit. De culpa depositarij.

SVMMARIVM.

1 Depositarius, quando de culpa teneatur. & nu. 3.
2 Dictio taxatiua non exclud. casus similes. & nu. 5.
4 Statutum per dictionem taxatiuam, inducta à iure communi non ex con fuet. excludit.
6 Statuto si permittantur opponi certa exceptiones tantum, & non alia, de dissimilibus, non autem similibus intelligitur.
7 L. Balista. ad Treb. declaratur.
8 Depositarius de lata culpa nō tenetur, si custodia commissa arbitrio suo, faciat prout in suis.
9 Volo, verbum, licet liberam importet voluntatem, tamē de regulata, & discreta intelligitur.
10 Culpa dolo proxima, dupliciter dicitur.
11 Culpa lata in contractibus, an & quando dolo aequiparetur.
12 Depositarius vltro se offerens deposito de dolo, culpa, & custodia, non autem de casu fortuito tenetur.
13 Testis offerens se ad testimonium, an probet.
14 Impedimentum quando probetur iuramento. & nu. 15.
16 Offerens se alteri, quando sit suspectus.
17 Depositarius, quando depositum eius gratia factum est, de dolo, lata, leui, & leuissima culpa tenetur.
18 Depositum, quando dicatur gratia recipientis.
19 Depositarius mercedem recipiendo, de culpa qua conductor, & locator tenetur.
20 Culpa etiam leuissima venit in rebus, quae de facili franguntur.
21 Culpa leuissima tenetur asserens se peritum.
22 Custos animalium, vel similium, ad quid teneatur.
23 Dolum alleganti onus probandi incumbit.
24 Custos carceris de leuissima culpa, & carcerato aufugiente capitis poena tenetur, si in nimia fuerit negligentia, num. 25. & carceratus pro capitali detentus sit. nu. 26. si autem pro debito ciuili, creditori satisfacere tenetur. num. 27.
28 Custos carceris ad sui defensionem non potest vti hac exceptione, quòd carceratus, qui aufugit non erat debitor, & hoc probaturum offerat: secus si notorie constaret, non esse debitorem, num. 29.
30 L. quoties, C. de exac. tribut. declaratur.
31 Custos carceris alium sui loco adhibens si carceratus illius substituti negligen-

gligentia aufugiat, tenetur.

32 Custos excusatur si iuxta solitum custodiat, & istud solitum, quomodo deducatur, & articuletur. nu. 33.

34 Consueta faciens, quando, & quomodo excusetur, & quid si ratione vna causa maior diligentia adhiberi debeat. nu. 36.

35 L. vel vniuersorum. ff. de pig. act. declaratur.

37 Custos carcerum non tenetur si carceratus aufugiens erat nobilis vir, & bona conditionis, & fama, imò si bona fama tantum nu. 38.

39 Custos non tenetur si cum carcerato aufugiat alter custos socius.

40 Depositarius de leuissima culpa tenetur. si ita conuentum est. Item si portauerit rem per loca periculosa. nu. 41. Item mora præcedente. nu. 42.

43 Depositarius quando constituatur in mora.

44 Depositi in actione contraria culpa leuissima venit etiam si depositarius per verba simpliciter enunciatiua interpelletur. nu. 45. sufficitque vnica tantum extraiudicialis interpellatio. nume. 46. congruo tamen loco, & tempore facta. num. 47. & aliquo tempore post eam transacto. numero 48.

49 Depositario semel interpellato, & ex interuallo temporis iterum, nunquid prima mora purgata, vel potius geminata sit.

50 Actore dicente interpellasse, reo verò negante, cui magis credendum.

51 Regula præsumptionem habens pro se, transfert onus probandi in aduersarium.

52 L. qui accusare. C. de eden. declaratur.

53 L. quidam Hiberus. ff. de seru. rust. præd. declaratur.

54 Depositarius, an constituatur etiam in mora per litis contestationem, & numero 55.

56 Depositarius quatuor casibus de leui leuissimaque culpa tenetur.

1 Prima sit conclusio, † Depositarius tenetur de lata culpa, quæ est non intelligere, quod omnes intelligunt. l. 1. C. depos. vbi secundum Bar. ibidem est melior tex. qui sit in corpore iuris, ad id probandum no. in §. præterea. Insti. quib. mod. re cont. oblig. in l. 5. §. nunc videndum. ff. commoda. in l. si fine. in l. quod Nerua. ff. * depos. & vltra tex. in terminis sup. adductum, hæc est communis opinio, vt attestatur addi. ad Dec. in l. contractus. in 1. addi. littera A. ff. de reg. iur. eandem communem dicit Viui. in verbo, depositum. nu. 1. & opin. 70. par. 1. quicquid subtilius tenuerit Igneus ad d. l. 3. §. si quicquam. col. 5, cum seq. ff. ad Silla. ratio verò ea assignatur à I.C. in d. §. nunc videndum, quia nulla versatur vtilitas eius, apud quem deponitur: meritò igitur solus dolus, & lata culpa versatur. vnde si merces interuenerit, tunc de leui culpa tene-

tur, quia gratia vtriusque isto casu depositum factum videtur, vt inferius tractabitur.

Ex quib. infertur limitatio ad regulam l. 2. C. de patr. qui fil. distrax. & l. ob æs. C. de prædiis min. † quod in taxatiuis nõ fit extẽsio.
2

3 Declaratur † primo notabiliter ex superius adductis, nisi gratia contrarietatis euitandæ aliud suppleatur, prout in casu nostro euidentissime apparet: nam licet in §. præterea. & in l. contractus. ponatur specifice in depositi contractu solum dolum venire, suppletur, & in lata culpa, ne contingat corruptio legum expresse volentium latam culpam venire, prout in l. 1. C. depos. idẽ tenet Bart. in l. 1. num. 2. ff. si quis ius dicen. non obtemp. vbi Ias. num. 11. latẽ comprobat Alex. ad l. si constante. num. 6. ff. solu. matrimonio. Imo. in l. si vero. §. de viro. ff. soluto matrim. Anchara. in commen. cap. canonum statuta. columna 8. quæst. 4. de consti. Bar. in l. 3. §. cum Titio. ff. de adimen. lega. vbi alleg. l. contractus. Ias. valde ex hoc commendans doctrinam Bar. in d. §. cum Titio. ad l. 1. nu. 48. ff. de offi. eius.

4 Subdeclaratur † ex doctrina Bar. in materia statuti ad l. viros. C. de diuer. offi. li. 12. vbi statutum per dictionem taxatiuam excludit ea, quæ sunt inducta à iure communi: secus si ex consuetudine alleg. no. in c. 1 de consti. in 6. sequitur, & commendat Rom. cons. 114. reputat valde notab. Euerar. in loco à dictionibus taxatiuis. nu. 5 & pondera, quia Barto. ibidem præferre videtur consuetudinem legi, & potius inducatur correctio consuetudinis, quàm legis.

5 Declaratur secundo, & infertur ex prædictis, † vt dictio taxatiua non excludat casus similes, vel similem rationem habentes, prout in casu nostro, quia est eadem ratio, & lata culpa dolo æquiparatur, meritò lata culpa non censetur exclusa. l. ob æs. & ibi Salic. C. de præd. mino. & in l. ita nobis pudor. & ibi Ci. Ang. & alij. C. ad leg. Iul. de adult. Bar post glo. in l. serui electione. ff. de vsucap. glo. vulg. & ibi omnes in l. illud. C. de sacrosan. eccles. vbi Castren. declarat post Bar. num. 4. quod hoc procedit in materia fauorabili, secus odiosa: & subdit notabiliter, quod etiam si statutum, vel alia dispositio, non solum loqueretur per dictiones taxatiuas, sed expresse prohiberet extensionem ad alios casus, tamen intelligitur dissimiles, non autem similes, vbi militat eadem, vel maior ratio, dicens hoc in practica esse perpetuo notandum, &

* hæc est communis opinio, vt per Rip. nu. 86. Io. Crot. nu. 56. ad l. si constante. ff. sol. matr. Gom. de testa. c. 1. nu. 12. Soar. littera T. nu. 2. in suo thesau. communium.

Hinc

6 Hinc post infertur ad vnum, in practica satis frequens, † quod si ex forma statuti permittantur opponi certæ exceptiones tantum, & non aliæ, intelligitur de dissimilibus, secus de similio. Ang. in l. sciendum. ff. de euict. in l. si hominem. §. in ædilitijs, ff. de ædil. actio. in l. ita nobis pudor. vbi et Cy. & Salic. C. ad leg. Iul. de adul. Bar. in l. 1. §. 1. ff. quod vi, aut clam. Pano. Dec. & alij, in c. ex parte. il 2. de offi. iud. deleg. vbi Dec. nu. 29. intelligit sano modo, quãdo talis similis exceptio sit legitima, & rationabilis, non friuola. Ias. in l. 1. nu. 7. C. de bonor. poss. contra tab. in materia doli, & culpæ. in l. si mora nu. 5. ff. sol. matr. vbi subdeclarat, quod etiam in materia pœnali, & odiosa fit extensio in taxatiuis, per aliam legem.

Ampliatur vlterius singulariter, vt procedat etiam si statutum, vel alia dispositio loquatur per verba taxatiua geminata. Alexan. cons. 150. col. 3. in prin. num. 8. lib. 4. vbi rationem reddit, quia talis geminatio facta videtur ad maiorem declarationem, non ad exclusionem similem, & ponderandus videtur ibi Alex. loquens, quando ex tali exclusione similium induceretur correctio legis.

7 Ex quibus obiter † per modum correlarij infertur declaratio ad l. Balista. ff. ad Treb. vt non procedat in exclusione casuum similium ad correctionem legis.

Redeundo igitur ad principalem materiam depositi, firma est
8 in iuribus adductis cõclusio, & cõiter recepta, † quod depositarius tenetur nedũ de dolo tantum, & duntaxat, sed etiã de lata culpa.

Declaratur vno notabili modo, nisi custodia sit commissa arbitrio depositarij, quo casu non tenetur de lata si faciat, prout in suis tantum etiam si minus diligenter faceret. ita dixit in practica notandum Bar. quem ibi sequitur Castren. & dicit valde singulare in l. 1. num. 5. ff. de sol. vbi etiam And. Barba. in apostil. reputat valde notandum. Bald. in l. 1. in 2. oppos. C. de his, quæ pœnæ nom. in l. 1. vbi etiam Salic. C. de solu. Alex. consulendo consil. 47. circa primum. nu. 11. vol. 1. vbi adducit gl. in l. cæterum. in verbo, dictum est ff. de sol. idem in l. si constante § si maritus. in princ. ff. sol. mat. vbi reputat hoc perpetuo notandum. Rom. sing. 262. depositarius. Cagno. ad leg. contractus. nu. 38. ff. de reg. iur.

Et ponderanda est Bar. decisio, quia nedum deseruit in depositario ad excusandum eum à lata culpa, de qua regulariter, vt dictum est tenetur, sed in locato, & conducto, commodato, & similibus contractibus, vt per ista verba, arbitrio tuo, excusentur huiusmodi personæ ab ea culpa, de qua regulariter tenentur. vnde per hæc verba excusatur commodatarius a leui, & leuissima, & sic limitari posset. l. si vt certo. § nunc videndũ. ff. cõmo. vt sentit Alex.

ad Bar.

ad Bar. in d. l. 1. ff. de sol. & tex. in § item is. Inst. quib. mod. re cont. obl. similiter conductor à lata, & leui, & sic limitatur l. in iudicio. ff. loca. §. qui pro vsu. vbi glo. Insti. loca. & tota materia, l. contractus. ff. de reg. iur.

Sed considerandum est, quod prædicta decisio mihi videtur aliquantulum dubia. nam si in l. 1. ff. de sol. arbitriū importat, prout in proprijs etiam si minus diligenter faciat, hoc prouenit in odium negligentis debitoris, non diligentis, in quem casum voluerit esse factam solutionem, quæ ratio cessat in alijs casibus supra adductis. Vnde non videtur bona illatio ad istos, vbi tale odium, & negligentia considerari non potest.

Considerandum est etiam vlterius circa intellectum d. l. 1. ff.
9 de sol. in qua se fundant allegati Doct. † quod licet verbum, volo liberam importet voluntatem, ex tex. in l. cum quidam. de leg. 2. & ex l. fideicommissaria libertas. ff. de fideicommiss. liber. cum late congestis per Geor. Nat. in clem. sæpe. §. non sic tamen. col. 10. vers. verbum, volo. de verb. signif. & ibi Zabarel. col. 2. vers. secundo quæro. Felin. in c. 1. nu. 51. vers. & si dicatur, committimus voluntati tuæ. & ibi And. ab Exea, nu. 196. de consti. Menoc. de arbi. iud. q. 7. in prin. tamen in dubio intelligi debet de voluntate regulata, rationabili, & discreta, iuxta illud, Omnia quæcūque vultis vt faciant vobis homines, eadem & vos facite illis. Matt. 7. cano. 1. dist. 1. vbi gl. in verbo, vultis, idest velle debetis. & allegat ita intelligendam l. 1. ff. de sol. vbi etiam Bal. in l. 1. C. de sol. allegat d. l. fundatam in dicto præcepto, quod præceptum ita exponit Dion. Carthus. in Euang. Mat. c. 7. art. 15. col. 8. circa med. vnde dum dicitur, quod verbum, volo, sapit libertatem, intelligitur à iure positiuo, & ita intelliguntur iura superius adducta: non autem sapit libertatem à iure naturali, vel diuino, vel gentiū. & ita declarat Ant. de Sancto Geor. in d. cano. 1. dist. 1. per glo. ibi, in verbo, vultis, per tex. in l. 1. iuncta l. diuus. ff. de testa. mili. vbi militi permittitur relinquere cui vult, & sic deportato inhabili de iure ciuili, secus de iure gentium facit c. pastoralis. de re iud. nam licet Imperator sit solutus legibus, tamen quia fecit quadā contra naturalem æquitatē, sententia eius cassatur. facit tex. l. creditor. §. Lucius. ff. man. d. quib. accedit, quod tex. in d. l. 1. vtitur verbo, arbitrio, qđ in dubio importat arbitrium boni viri. l. hæc venditio. ff. de cōt. emp. & hæc tetigisse volui ad intellectum d. l. 1. ff. de sol.

10 Declaratur secundo † hoc modo distinguendo, quod culpa dolo proxima, & similis, dicitur duobus modis, aut quia præsumptam in se fraudem continet, vt cum non eam diligentiam in re-

bus

tiis alienis quis adhibuit, quàm in suis. aut quia tam supina, & inexcusabilis culpa est, vt tametsi non præsumatur fraus: parũ tamen ab ea distat. l. si procuratorem, in fi. ff. manda. & de vtraque tenetur depositarius, qui de dolo dumtaxat regulariter tenetur, vt superius dictum est. & sentit Alc. ad l. latæ. ff. de verb. signif. quã culpam latam, supinam, & inexcusabilem latiorem Bart. appellauit, ad l. quod Nerua, ff depos.

Et considerandum est in proposito, quod minima negligentia pro nulla reputatur, quam si depositarius adhibeat ad nihilum tenetur, sed magna neglĩgẽtia dumtaxat: sed si summa, vel mediocris, vel minima diligentia prætermissa sit, culpa est, & hoc est, q̃ sentire, ni fallor, vĩ Iurisc. in l. magna. ff. de verb. signif. vbi magna negligentia culpa est, ergo minima negligentia culpa nõ est, ergo cũ nõ sit culpa, depositarius de ea nequaquã tenebitur: lata verò culpa est, quæ minimæ diligentiæ repugnat. Vnde si depositarius minimã diligentiã non adhibuit, in lata culpa esse dr̃, & hæc doli proxima est, vt hr̃ in l. quod Nerua. ff. depos. ibi, eum qui minimã diligentiã non adhibuit fraude non carere, in l. 1. ff. si men. fal. mo. dix. in l si fideius. ff. mand. in l. quæsitum, §. 3. ff. de prætor. in quib. iuribus videtur comprehendi, quod si mensor, vel fideiussor, & similes imperite agãt excusantur omnino, si negligenter pari modo: sed si scienter negligant, tunc tenentur, & dicuntur esse in dolo, vt aperte demonstrat d. l. si fideius.

Illud non prætermittam, quod subtiliter posuit Zas. in suis singularis intellectibus, prout eum refert, & sequitur Cagno. ad l. 21 contractus, nume. 6. ff. de reg. iur. † quod lata culpa æquiparatur dolo in contractibus. quod hoc sit verum, & procedat in lata culpa versutiæ, & malitiæ, quæ eorum est, qui ex versuto, & malo proposito, animoque perfido alienas res, vel negotia affectata quadã improuidentia maligni, vel negligunt, vel dissimulant, cum in rebus suis sint prouidi, & diligentes, & qui versutiam sub negligentiæ pallio, ita subinuoluunt, vt manifesti quidem doli crimen colore, velamineq; desidiæ à se amoueant, doli tamen machinatione, fraudeque non careant. secus est in lata culpa ignauiæ, quæ sub nomine desidiæ, & negligentiæ cadit, vt quæ supinam negligentiam referat, aut vitium naturæ parum perspicacis, vel ex praua educitate contractam, cui culpa ascribi poterit supina securitas improuida, immo nulla gerendarum rerum cura reprehensa erroris facilitas, & ita intelligere videtur tex. in l. latæ. ff. de verb. signif. quæ est non intelligere id, quod omnes intelligunt, quæ opinio videtur posse comprobari ex allegata l. si fideiussor, vbi dicit non

ctit non teneri de simplici negligentia, nisi sciens neglexerit, & diuersitate, & malitiose. idem sentit l. 1. ff. si mésor fal. mo. vbi distinguit imperitiam, ac etiam simplicem negligentiã à lata culpa; & hæc culpa ignauiæ sit illa, quam Bar. latiorem appellat in l. quod Nerua. ff. depos. nam ibi comparatiuus ponitur pro positiuo, vt ibi Accur. animaduertit, & apud Virgilium alibi.

Tristior, & lacrimis oculos suffusa nitentes

12 Secunda sit conclusio, † Depositarius vltro se offerens deposito tenetur de dolo, culpa, & custodia, non tamen ad casus fortuitos. l. 1. §. sæpe euenit, ff. commoda. vbi Bart. & Castren. exponunt * culpam. s. leuem, & custodiam. s. culpam leuissimam, & hæc est cõmunis opinio, Barb. in c. bona fides, depos. Soar. littera D, nu. 58. nec teneri de casibus fortuitis, nisi culpa præcedat casum, & licet Doct. quos ego viderim aliter non dicant; ratio decisionis videtur in promptu, quia vltro se offerens actui præsumitur suspectus, l. quæ omnia, §. fi. ff. de proc. l. scire oportet, §. fi. ff de tuto & cura. da. ab his. & culpa est immiscere si rei ad se non pertinenti. l. cul- * pa. ff. de reg. iur. c. non est sine culpa, eodem tit. lib. 6. & hæc est cõmu. opi. Seraph. de iuram. priu. 18. sub nu. 16.

13 Hinc testis † offerens se ad testimonium. s. nec à Iudice, nec à parte vocatus, redditur suspectus. Bar. per illum tex. in alleg. l. quę omnia, clarius materiam distinguendo in l. post legatum, §. his verò. ff. de his, quibus vt indig. Bal. in auth. sed nouo iure, col. 1. C. si cer. pet. Iaco. de Beluisio in §. si verò ignoti, per illum tex. in Auth. de testib. Spec. & Io. And. in tit. de test. § qualiter, vers. volens ergo. Ias. in l. ait prætor, la 2. num. 7. ff. de iureiuran. Boss. in trac. de test. in prin. nu. 9. vbi videtur sentire facere contra se indicium ad torturam. late limitat Feli. in c. 1. nu. 23. de testib.

14 Hinc etiã facit opinio cõis, & recepta scribentiũ sñia, † q. qñ sumus in cã parua, & non ardua, & impedimentũ fuerit in loco longinquo, & solitario, & persona sit bonæ famę impedimentũ proba- ** tur iuro, & hæc est magis communis opinio attestata per Alex. in l. 3. §. quod diximus, nu. 2. ff. si quis cau. Ant. Pet. in l. 2. nu. 348. de iureiuran. Iaco. Meno. de arb. iud. lib. 2. cent. 2. casu 118.

15 Quæ † in proposito declaratur, si à parte, vel Iudice deferatur, secus si sponte se impeditus offerat, & iuret. Ias. post alios in l. ait prætor. la 2. in 1. notab ff. de iureiuran. vt ibi latè per eum.

Similiter infertur ad intellectum c. vltra tertiam, de testibus. vbi dicitur, quod quarta productio nõ est danda, nisi præstito iuramento per petentem, quia hoc est intelligẽdum si à Iudice, vel à parte deferatur: secus si iuret nõ interpellatus, ita ex mẽte Bar. decla-

declarat Iaf. in l. ait prætor. nu. 5. de iureiurando.

16 Notandum tamẽ est, † ꝙ licet vltro se offerens, & ingerens alicui actui præsumatur suspectus, vt dictum est: tñ non est præsumptio iuris, & de iure, & sic contrarium probari potest de legalitate, & bona fama personę. ita per illum tex. Bar. dicit perpetuo mẽti tenendum, & ibi eum sequitur Castren. ad l. vxori. §. 1. ff. de fal.

17 Reddi etiam solet † ratio clarior, quod in prædicto casu depositum dicitur factum gratia recipientis, vnde tenetur depositarius de dolo, lata, leui, & leuissima culpa, vt habetur in l. si quis * nec causam. ff. si cert. pet. & ita se habet communis opinio, vt ibi Iaf. attestatur, sub num. 25. Dec. sub nu. 5. col. 3. in prin. hanc eandem dicit communem Barb. in c. bona fides nu. 3. ext. de deposi. Purp. in l. rogasti. num. 7. ff. si cert. peta. Viui. in verbo, depositum, num. 2. Eman. Soar. littera D. num. 57. & ad practicam inferendo,
18 sentiunt Doct. † tunc depositum fieri gratia recipiẽtis, si recipiẽs rogauerit. per l. rogasti. ff. si cer. pet. & licet in consequentiam resultet vtilitas dantis, quia forte habebat necessitatẽ proficiscendi: tamen non attenditur, quod principaliter agitur, vt ibi clare deciditur. Vnde vidi quandoque practicari, quod in instrumento, quando fit, constat aliquo modo, quod depositarius vltro se obtulit, & requisiuit deponentem, vt penes eum deponeret, & si talia, vel similia verba non apponantur, bonus Iudex, & diligens Aduocatus colliget ex serie facti, prout magistraliter monet Iurisconsul. ad d. l. si quis nec causam. Vnde si deposui penes te, vt si quid faceres, quod tui vtilitatem respiciat, est depositum gratia tui finis igitur & principalis intentio attenditur: si verò constaret depositarium, qui vltro se obtulit deposito nullam recepere vtilitatem, tunc de leui tantum, & non leuissima tenetur, per tex. in c. 2. de depos. vbi æquiparat ista duo, recipere mercedẽ, quo casu de leui tantum tenetur, vt dictum est: & vltro se offerre, & cũ depositarius nullam recipiat mercedem, vel vtilitatem, nõ debet ex sua liberalitate periclitari. l. sed & si quis. ff. quemadm. testam. aperiantur. tradit Dec. ad l. contractus. & ibi in addit. num. 4. ff. de reg. iur. vbi declaratur opi. Barb. ad d. c. 2.

Vltimo loco circa præsentem conclusionem notatur ex iuribus supra adductis, præcipue ex l. 1. § sæpe. ff. depos. & d. l. si quis nec causam, in materia depositi, culpa simpliciter prolata intelligitur de leui custodia, de leuissima: similiter periculum de leuissima culpa intelligitur ad intellectum iurium, statutorum, & instrumentorum de deposito loquentium.

19 Tertia sit conclusio, † Depositarius recipiẽdo mercedem pro

depo-

deposito, tenetur de ea culpa, de qua conductor, & locator, quibus æquiparãtur. l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commod. l. rogasti. §. 1 ff. de præscrip. verb. not. in l. 1. & in l. pen. C. depos. vnde venit dolus, lata, & leuis culpa. l. contractus. ff. de reg. iur. l. qui iudicio. C. loc. §. pen. Insti. eodem tit. Cepo. cons. 740. nu. 26. lib. 5. &
* est commu. opin. Barbat. in c. bona fides. nu. 3. depos. Soar. littera D. numero 59.
20 Declaratur, † vt non procedat in rebus quæ de facili franguntur, quia tunc venit etiã leuissima culpa. l. si merces. §. qui columnam. vbi gl. ff. loc. Alc. in l. magna negligentia. ff. de verb. signifi. &
* hæc est magis communis opin. teste Port. in §. fi. Insti. loc. vbi rationem reddit, quia in frangibilibus vertitur maius periculum, ob id cautius est agendum. c. vbi periculum. de elect. lib. 6.
21 Subdeclaratur, † & intelligitur in eo, qui se asserit peritũ, quia ex hoc tenetur de leuissima culpa, vt declarat Castren. in d. §. qui per columnam. Aret. in d. §. fi. Insti. loca. Cagno. ad l. contractus. nu. 45. ff. de reg. iur.
Et in materia depositi, quod de leui teneatur, est tex. in l. 1. §. si vestimenta. ff. depos. no. in l. nauta ff. nau. caupo. stab.
22 Quarta sit conclusio proxima, † & soror præcedentibus. Depositarius, qui ratione officij priuati, vel publici tenetur principaliter ad custodiam, & pro ea recipit mercedem, tenetur ad periculum, & sic ad exactissimam diligentiam, & consequenter de leuissima culpa, vti factum depositum gratia principaliter ipsius. l. qui mercedem. ff. loc. vnde caprarius, & similes animalium custodes tenentur probare non culpam. l. cum ita. §. species. vbi Bal. & Castren. in specie id notant, quod non sufficit deferre pelles, nisi probet bestias mortuas sine ipsius culpa, & in l. si quis fundum §. Imperator. ff. loc. Alex. pulchre, & clare, cons. 158. lib. 2. Albert in 2. par. statut. q. 15. Io. And. in c. auditis. de præscript. Ias. Dec. & alij in l. si pascenda vbi Ias. nu. 4. C de pact. in l. quod te. num. 21. ff. si cer. pet. in l. si res obligata. col. 16. de leg. 1 Mars. in practica. in §. attingam. num. 51. & hæc est verior opi. Bar. decis. 21. & com-
* muniter recepta. Bars cons. 52 nu. 32. vol. 1 quæ optime probatur ex verbis d. l. qui mercedem. allegat etiam Boer. in argumentum similem tex. in authen. hodie C. de repud. & in cap. in præsentia. de sponsal. vbi vxor tenetur expectare virum, donec per certum nuncium de eius mortẽ docuerit. Ioseph. de Ludoui. decis. Luca. 51. numero 17.
Considerandum tamen est, [vt veritas appareat huius practicabilis articuli, quod Corn. cons. 136. vol. 1. tenet expresse contrarium
rium

23 eium, motus, † quia alleganti dolum siue agendo, siue excipiendo incumbit onus probandi eum. l. quotiés, §. qui dolo, vbi gloss. idem dicit in culpa. ff. de prob. similiter creditor tenetur custodire pignus, & tamen debitori incumbit onus probandi dolum, vel culpam, vt no. in l. si creditori. C. de pigno. act. & ad glo. in §. species, respondet, quod probando casum sufficit ad exclusioné doli, & culpę, & probando simpliciter mortem dicitur probatus casus, quia mors connumeratur inter casus fortuitos. l. contractus. in fi. ff. de reg. iur.

Sed communis opinio mihi verior videtur: licet enim regula sit, quod alleganti dolum incumbat onus probandi, dico hoc nō procedere in custode, qui tenetur ad exactissimam diligentiam, & sentit glo. in d. §. qui dolum, vt dolus præsumatur, quandoquę admissus, & debet probari abfuisse per eum, contra quem præsumitur, prout in procuratore alleg. l. qui procuratorem, §. dolo. ff. mand. & dum dicit Corn. quòd creditor etiam custodit rem sibi pignoratā, respondetur, quod non est bona consequentia: arguit .n. a secundū quid, ad simpliciter: custodit .n. creditor pignus, sed non est sibi datum pignus principaliter ad custodiā, sed pro securitate sui crediti, in cuius consequentiā venit custodia: nam venditor ét tenetur custodire, sed non principaliter. declarat glo. in l. nauta. ff. nau. caup. stab. & diximus supra latius, causa quinta. sed in casu nostro sumus in casu, in quo principaliter tractatur de custodiendo, & propter custodiam principaliter recipitur merces, vnde non videtur bona, nec concludens illatio.

Secundo loco non videtur bonus intellectus ille, quem applicat Corne. ad glo. in d. §. species, quod velit, vt probādo quis simpliciter mortem dicatur eo ipso probatum sine eius dolo, & fraude mortuum, quia primo verba glo. in fi. repugnant, dum formaliter inquit, in fine: Nam probare debet non suo dolo illum occisum, quem custodiebat: si enim glo. voluisset, non addidisset illa verba, non suo dolo. secundo repugnat ratio alleg. per glo. dū inquit, sed speciale est in argentario, cuius officium est custodire, & ponererationem: & licet subiūgat, vt teneatur probare casum, tamen hoc, quomodo procedat, declarant verba immediate sequētia, absque eius dolo, &c.

Addit Corn. quòd probando quis simpliciter mortem, dicitur probare casum. respondetur quod contraria opinio est hodie verior, de qua Emil. cons. 203. num. 6. & seq. & vltra eum optime, ni fallor, suaderi potest, ex l. cōtractus, in fi. ff. de reg. iur. dum posuit hæc formalia verba.

Anima-

Animalium verò casus, mortesq́;, quæ sine culpa accidunt, vnde euidentissime demõstrat Iurisconsu. quod casus, & mortes animaliũ possunt euenire cũ culpa, & sine culpa. Vnde non sequitur, est probata mors, vel interitus, ergo casus fortuitus. vnde verior vr̃ cõis opinio supra adducta, quod custos teneatur probare nõ culpam. Nec te decipiat candide lector, prout decipiebat quendã Gubernatorem, qui postquam stetisset in pluribus officijs, venit in ciuitatem Tudertinã, vbi stetit per duos annos 1582. & 1583. sibi durum videbatur, quod custos animalium cum debita mercede teneretur de leuissima culpa, quia videbatur sibi, quod talis custodia redũdaret etiam vtilitati dantis, quia hoc non dẽt attendi tamquam proueniens in consequentiam, vt in terminis considerauit Iurisco. ad l. si quis nec causam. ff. si cer. pet. in eo, qui hẽt necessitatẽ proficiscendi, & tñ talis necessitas non consideratur, quia venit in consequentiam: prudenter tamen fecit, & subtiliter se gessit Corn. quia defendebat custodem infelicem à pęna mortis, & talionis, vnde summa laude dignus est.

Excusari tamen solet ab hoc rigoroso probandi onere custos animalium iustificando fecisse consueta, quibus probatis cessat culpa. Bal. in l. nemo deinceps. in fi. C. de sacrosan. eccles. cõs. 201. vol. 1 Silu. cons. 26 nu. 5. Anch cons. 348. Sadol. ad l. quod te, num. 16. cum seq ff. si cer. pet. Grat. cons. 89 vol 2. Bertran. consil. 197. vol. 1. Euerar. in loco à solit nu. 6.

24 Quinta sit conclusio.† Custos carceris tenetur de leuissima culpa, & si carceratus aufugiat, capitis pœna punitur. l. ad commentariensem. cum sua glo. ff. de custo. reorum, si tali pœna carceratus erat puniendus, & ibi no Bar. & Bald nume 3 Alberic. in fi. legis, Gram voto 29. nu. 13. pract. Corra. tit de carce. num. 21. Iac. in epito delic. c. 26. num. 4 in fi Menoc de arb. casu 302. num. 2. & hæc est commu. opi. Anto. Gom. var. reso tomo 3. c. 10. rub. de captu. reor. num. 11. Bossi. tit. de carce. num. 9. latè materiam prosequendo. Prosp. Farin. q. 31.

25 Declaratur, † vt puniatur custos pęna capitali, & non mitiori quando fuit in nimia neglig̃etia, & sic in lata culpa, vt sentit clare tex. in l milites, in verbo, si culpa eorum nimia, & ibi etiam glo. in verbo, nimia. ff. de custo. reorum Bar. in tract. de carce. quæro vlterius, &c. num. 27. Gram. voto 29. vbi ad propositum materiæ depositi, de qua Deo fauente agimus, dicit, quod depositarius dicitur custos carcerum, alleg. notab. consilium Castren. consil 42. Arg. l. 1. & l. Lucius. ff. depos. vbi depositum est, quod custodiẽdum alicui datum est, & tenetur de leuissima culpa, & in eo omne com-

prehen-

prehensibile est culpa, & si carceratus fugiat punitur, vt sup. Afflic. in const. Neap. de offi. Castella. nu. 7. vers. ideo nota. Marſ. in l. lege Cornelia, ff. de sica. nu. 22. Bonif. de Vital. in trac. de crimine. tit. de carcer priua. num. 7. Io. And. in c. a nobis. & ibi Io. And. * vers. quod autem si carceratus, de apostat. & hæc est cōmunis opinio. Boer. late decis. 217. nu. 5. Verius tamen est, vt carcerum custos non puniatur capitaliter, sed leuiter arbitrio iudicis, vt bene notauit Albert. in l fi. nu. 3. de custo. reor. sed bene ciuiliter actione l. Aquiliæ ad damna & interesse, creditoribus resarcienda ob fugam carcerati. Capra concl. 5. nume. 26. & tangam inferius. vnde in se negligentia in hoc casu leuiter punitur criminaliter, nisi alia concurrant, quæ per discursum inferius apparebunt.

26 Declaratur secundo, † quando carceratus detinebatur pro crimine capitali, secus si pro crimine non capitali, quia tunc puni* tur arbitrio iudicis. Bossi. in tit. de carcer num. 21. & hæc est communis opi. teste Iulio Claro in pract. §. fi. q. 68. vers. custos carcerum, quæ commu. opi. probatur optime, 3. Regum, c. 20. Hæc dicit Dominus, quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima illius & sic vnus est casus, in quo lata culpa capitaliter punitur.

27 Declaratur tertio, † quia si carceratus pro debito ciuili aufugiat, custos tenetur solū creditori satisfacere, & agitur cōtra custodē conditione ex l. quotiens. C. de exac. tribu. lib. 10. vbi Dulcius de Galbano, ita ibi tenuit, quē refert, & sequitur Bar. in trac. de carce. nu. 27 Bal. consi. 117. in ista captura, lib. 1. Ias. consi. 27. nu. 1. li. 3. Bal. in l. addictos. C. de epis. aud. Ang. in § pœnales, vers. adde, quod eximens. Inst. de act. reputat casum valde notabilem. Roma. in l. admonendi, col. 12. de iureiuran. Bar. Cap. consi. 14. nu. 4. vbi similiter dicit, & attestatur esse casum valde notabilem.

28 Et hæc conclusio reputatur adeo vera, † vt nō possit custos vti hac exceptione ad sui defensionem, quòd carceratus, qui aufugit non erat debitor, & hoc probaturum offerat ita dixit in practica notandum, Ang. in l. sed eximen. §. item si quis, in fi. ff. ne quis cū, summopere commendat Marſ. in sua praxi. in §. attingam, nu. 48. Io. de Ana. consi. 55. in fi. Ias. in alleg. consi. 27. nu. 1. lib. 3. Iac. Meno. hoc summopere commendans, de arb. iud. lib. 2. centu. 4. casu 301. nu. 23. & casu 302. nu. 2.

29 Declaratur tamen, † vt non procedat, nec locum sibi vendicet in eo, quem notorie constaret non esse debitorem. Paris in tract. de sing. in §. carcerem, quem est sequutus Ripa in l. admonendi. nu. 171. ff. de iureiurā. & sentit Bar. in trac. de carcer. nu. 17. Alex.

solitus erat, & hoc probet, non per hoc excusatur: potest n. esse, q̃ dñs erat negligens, & licet negligentia in domino rei propriæ sit reprehendenda, tamen in alijs est punienda, vnde debet probari, quod nedum erat solitus dñs hoc facere, sed homines etiam diligentes, vt docent nos, Bar. Castren. & alij in alleg. l. si negocia. & dixi latius in tract. locati, & conducti, vbi videre placeat.

34 Considerandum est vlterius ad id, quod superius dictum est, † q̃ faciendo consueta quis excusatur: hoc intelligitur de cõsuetis ordinarie, & vt plurimũ, secus si extraordinarie, vel de raro, vnde custos animaliũ non excusabitur faciendo ea, quæ non sunt consueta, vt plurimum, & ordinarie, nec depositarius, nec alij de alijs rebus. ita no. per illum tex. declarat Bar in l. Seio § medico. nu. 3 ff. de annu leg. per l. fistulas. § frumenta ff de contr. empt. Ias late in l. 2. §. quæsitu n. 34. ff. si quis cau. Alex magistraliter, cõs 38. vol. 1. Ener. summopere in pract. cõmendans in loco ab vsitato, vel a solitis, sub nu. 63. cum seq. Similiter considerandũ est circa consuetudinem vniuersalẽ, vt custos, vel depositarius faciendo id, quod publice fieri solet, vel a maiori parte excusetur, per l. pignus. C. de pig. act. vbi Bar in materia nostra depositi dicit, quod deponens pecuniam ad mercatorem, vbi alij ẽt deponere solẽt, q̃ excusetur; quia hoc intelligi debet, dummodo melius, & tutius facere non potuerint, vt sentit gl. ibi, in ver. horreis, quã sing. in pract. dixit Bar. Veronen. in l. si quis fugitiuus. §. apud Labeonẽ. sub nu. 2 ff. de ædi. edic. inferens notab. in materia nostra depositi, quod si tutor pecuniam minoris deposuerit apud vnũ publicum cassorem, qui postea decoxit, vel rupit, quod tutor deponens non sit excusandus, quãuis publice ibi aliæ personæ deponerent, cum in tutiori loco potuisset deponere, per tex. expressum in l. si respublica. in ver. celeberrimus, & sic in superlatiuo. ff. de adminis. tut. dicens hoc esse notatu dignum, & frequentissime in prac. contingere. Io. Lup. in c. per vestras. §. 7. nu. 10. vbi testator in facti cõtingentia liberari Potestatem, qui custodiæ præposuit hominẽ fidelẽ; & in illo officio approbatũ si carceratus aufugiat Neg. in. de pign. memb. 3 par. 5 a no. 26. Pet. de Vbal. de duob. frat par 8 in prin. nu. 4. Decis. Perus. 67. nu 10. vnde in pract. erit accuratus articulans, & excipiens: nã non sufficit articulare alicuius particularis personæ, quia reus excipere poterit de persona diligentiori, & loco tutiori, nec sufficit articulare, quod ita publice factum fuit, vel a maiori parte hominum, si melius reperire poterat, nec sufficit allegare solitum alicuius, nisi sit solitum ordinarie, & vt plurimum contingens.

35 Ex his † postea infertur limitatio ad l. vel vniuersorũ. ff. de pig.

& Pote statum.cōmendat ét Roma.sing.731.Io de Arno. proble. 33.& 24.dicés esse perpetuo notandū pro Castellanis,& alijs custodib. Tiraq.latissime,de nobilitate,c.20.nu.20,Arzer. Granaté. in tract.nobilita.c.vlt.par.5.princ.nu.7.ver.ité nobiles sunt. Cor. in verbo,carceres,vbi strictissime limitat in eo, qui vere nobilis est,& hét merū,& mistū imperiū ex priuilegio, vel consuetudine non tirannica,ex doctrina Bal.quam singularé appellat,cōs.129. col.1.in fi.lib.2.idem Catellia.hoc pro memorabili ponit in verbo,nobilitas,vbi refert illud celebre dictum Io.And.de illo præfecto arcis,qui loco sui substituerat nobilé virū,quē non erat verisimile arcem inimicis proditurum, q̄ fuit valde periculosum, & temporibus nostris periculosissimum,iuxta illud Virg. Aen.3.

Quid non mortalia pectora cogis,
Auri sacra fames?

Et ideo clarius exclamat diuus Laurentius apud Prudentium.

Pudor per aurum soluitur.
Violatur auro integritas,
Pax occidit, fides perit,
Leges ipsæ intercidunt.

Et illud celebre dictum relatū à doctissimo Osascho in proœ. suarum decis.sub num.5.

Munera Pontifices subuertunt,munera Reges,
Munera ius statuunt, destituuntq. simul.
Munera peruertunt leges, decreta refellunt:
Euacuant patrum iura rigore sui.
Munera iudicij libram moderantur & ipsam
Protinus inflectunt, qua data pensa ruunt.
Omnia vincit amor, sed amorem munera vincunt:
Excæcant oculos, præcipitantq. gradus.
Munera si cessent, cessabunt iurgia, lites,
Mars cadet, & Veneris nullus amicus erit.
Munera si cessent miseris mortalibus vllus
Clamor, nec luctus, nec dolor vllus erit.

Vnde Boer.circa præsentem limitationem dicebat, aliquando in Curia Burdegalensi iudicatum contrarium, vnde dicit cautū esse hoc remitti Iudicis arbitrio,qui ob suam prudentiā arbitrabitur,iuxta qualitatem rei,& conditionem personæ,an sit verisimiliter credendum eum fugam arrepturum,vel non,comprobat, & sequitur Iac.Meno.de arb.iud.li.2.cét.4.casu 301.nu.10.& 11.

38 Et † considerari posset ad excusationem custodū, Castellanorū,& similiū,quod tex.in l.si à bonæ fidei.ff.de rei vēd. in quo se

fundant omnes super hac limitatione nõ requirit præcisè, quod sit nobilis, sed bene quod sit integræ, bonæque opinionis, & famæ: loquitur enim in seruo custodiendo, qui ex bona eius fama non fuit custoditus, si aufugerit excusatur possessor. Vnde crederem, quod licet quis non sit nobilis, & potens, dummodo sit bonæ opinionis, & famæ, quod custos veniat excusandus: videmus enim in simili, quod consanguineo non creditur pro alio consanguineo, tamen si sit vir honestæ vitæ, & summæ religionis, quod sibi creditur etiam si non sit aliter nobilis. Ias. dicens hoc sing. in l. admonendi, col. 74. vers. limita multum singulariter. ff. de iureiurando. latè Ant. Gab. de test. concl. 13. num. 3. sic in fratre pro fratre, quando sit spectatę fidei, & summę religionis, etiam quod nõ sit nobilis. Ias. in l. iubemus, col. 3. vers. facit. C. de iudi. Alber. de test. num. 10. sic in paupere probatæ vitæ, dixit Spec. in tit. de test. §. 1. num. 61. vnde videtur sequi, quod dummodo sit vitæ integritas cõcurrente arbitrio Iudicis, custos excusetur. Limita in nobili, qui aliàs aufugit. Bal. in l. lege Cornelia. ff. ad Silla. in l. 1. C. de ser. fugit. Seraph. priu. 1. num. 36.

39 Declaratur septimo notabiliter, † vt custos non teneatur si cũ carcerato aufugiat alter custos socius ipsius custodis. l. fin. in verbo, interdum. ff. de custo. reorum, vbi Alex. in apostil. ad Bart. inquit esse textum singularissimum pro castellanis, qui sæpe sunt proditi a socijs, vt non teneantur de facto sociorum, dicens esse valde menti tenendum. singulare commendat Rom. cons. 395. vt res. vers. secundũ Doc. in d. l. fi. & in sing. suis, sing. 30. Bal. in l. filio exhæredato, §. eius qui, ff de mili. testam. Areti. in trac. malefi. in ver. fama publica præcedente, nu. 91. dicens perpetuo notandũ, dicẽs habuisse de facto in ciuitate Castelli. & ibi ẽt August. in addi. sub nu 92. summopere cõmẽdat in actu practico. Cremẽ. sing. 100. dicens adscribo casui fortuito, ex quo socius debebat confidere de altero socio. Paris de Put. in trac. sind. ver. licet dicatur, ꝙ carceratus, nu. 3. & in verbo, pone quod carceratus aufugit, circa prin. Mars. in rub. de fideiuss. q. 27. vbi ampliat illũ textum, vt si culpa' Iudicis, vel cõfideiussoris reus aufugiat, ꝙ alter fideiussor erit liberatus, nec tenebitur amplius repræsentare, dicens esse valde notandum argumento illius tex. Amad. in tract. sind. vers. item in eo, quod dicti socij milites, nu 98. in fi. quem placeat videre. Marsil. in sua pract. § attingam, nu. 73. dicens hoc esse summopere notandum pro Castellanis, & custodibus.

Subdeclaratur, & sane recte, vt procedat in socio electo, & deputato a Principe, vel Iudice: secus si ab ipsomet custode, cũ mala ele-

la electio sit in culpa. Bar. in l. ad commentariensem. ff. de custo. reorū. l. si vt certo. §. si de me petijsses, vbi Bar. Bal. Albe. & alij. ff. commod. Mart. Lauden. in tract. de castella. §. 10. Boer. decis. 217. limi. 2. nu. 8 vbi dicit non liberari exhibendo eos. Menoc. in alleg. cas. declarat. 2. Gram. voto 29 nu. 10. cum multis seq.

Et si socij deputati ad custodiam castri diuiserint inter eos custodiam, circa distributionem temporis, quod alter in tempore non suo, non tenebitur de culpa, vel negligentia alterius in tempore suo. Alber. in 2. par. stat. q. 157. Petrasan. in singularibus suis, sing. 138.

Declaratur octauo notabiliter, quando carceratus erat de proximo absoluendus, & in casu absolutionis: tunc enim non debet ita diligenter custodiri, quia non est verisimile, quod in statu absolutionis aufugisset. ita tenet glo. notab. in l. pecuniam. §. sed si acceperit, vbi Bar. num. 6. Castren. num. 3. Alex. nume. 5. Ias. nu. 4. dicunt summopere menti tenendum ad fauorem custodum carcerum. Rom. sing. 496. accusatus de crimine capitali, vbi dicit esse reum in casu absolutionis, publicato processu, per textum, quē dicit singularem in l. nullus. & ibi hoc no. Bald. C. de exhib. reis, & in l. sed & si. ff. de in ius vocan. Ias. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 109. ff de acq. pos. Alex. cons. 180. in causa. num. 9. lib. 2. Hippo in rub. de fideius. q. 31. & in pract. in §. attingam. nu. 16. vbi dicit publicato processu cognosci, an sit in casu absolutionis, & sing. 381, licet, cons. 94. nu 17. dicēs se pluries practicasse, & obtinuisse, vt etiam fideiussoribus relaxetur.

Quod limitatur, nisi in casu absolutionis aliās aufugisset. ita dixit Rom. in l. lege Cornelia. ff. ad Silla. iuxta declarationem Alexand. in d. §. sed si susceperit. Reliqua studiosè Criminalistis relinquo.

40 Sexta sit conclusio, † Depositarius tenetur de leuissima culpa si ita conuentum est. l. 1. §. sæpe. ff. depos. glo. in §. præterea. in verbo, dolo. Insti. de oblig. quæ re cont. contractus enim ex conuentione legem accipiunt, regula, contractus. lib. 6.

Ex quibus infertur, depositarium nō teneri de leuissima culpa, est de naturalibus contractus non substantialibus, quia alias tale pactum non valeret. l. cum precario. ff. de præcar. Bello. lib. 1. suppu. c. 5. Sum. Ang. in vers. depositum. 3.

41 Septima conclusio. † Depositarius tenetur de leuissima culpa si portauit rem per loca periculosa. ita gl. in d. §. præterea. per l. in rebus. §. 1. & l. si vt certo. §. interdum. ff. commod. & licet iura prædicta loquantur in commodato: tamen in hoc non videtur diffe-

 rentia,

rentia, quia culpa in faciendo etiam leuissima æquiparatur leui, & latæ in non faciendo. Bar. in l. quod Nerua. col. fina. q. 1. ... ff. deposi. Alex. post glo. in l. si maritus. ff. sol. matrimo. & declarat Bello. in d. §. præterea. nu. 11. quando depositarius portauit per loca periculosa ex lata culpa: puta quia omnes sciebant hostes eo transire, & conuersari, & sic procedat lata culpa ad culpam leuissimã. Et depositarius, qui assumit periculum in se, tenetur de leuissima culpa, & de casu fortuito, nec liberatur cedendo actionem contra alium depositarium Roman. cons. 309. Neuiza. cons. 48. nu. 10. late Bursa. cons. 112. nu. 6 vol. 1.

42 Octaua sit conclusio. * Depositarius tenetur de leuissima culpa, mora præcedente l. si in Asia. § si vbi notant omnes. ff. depos.

43 Et † depositarius constitutus primo loco in mora per interpellationem extraiudicialem, vt per gl. in l. qui Romæ. §. cohæredes. in verbo, testator. vbi Ias. num. 10 ff. de verb. oblig. glo. in l. fideiussor obligari. §. fi. in verbo, reus. ff. de fideius. Bar. Bald. & Ang. in l. cum postulassem ff. de dam. infec. Alber. in l. mora. col. 7. nu. 26. de vsur. Salic. in l. sed si alia. ff. de consti. pec. in l. si pacto, C. de pac. Alex. in l. si insulam. col. fi. ff. de verb. oblig, cons. 88. visis diligenter. col. fi. lib. 6. Corn. cons. 196. licet in hac. col. 2. vers. videndum est lib. 4. Ias. in l. 1. col. 5. vers. alia differentia. ff. de iurisd. om. iud. in l. quod te. col. 7. vers. & sufficit. ff. si cert. peta. in §. superest. nu. 64. & in §. sic itaque. num. 42. Insti. de act. Tiraq. latè de retract. conuen. §. 4. glo. 6. num. 19. & hæc est vera, & communis opinio, vt testatur Pedemon. decis. 51. num. 1. Eman. Soar in verbo, mora. nu. 212. & littera I. in verbo, interpellatio. nu. 161. Boer. iun. in l. quod te. nu. 28. cum seq. ff. si cer. pet.

44 Nona sit conclusio. † In actione depositi contraria venit leuissima culpa Soc. reputans hoc valde sing. in l. si seruus. §. quod verò. nu. 3. ff. de fur.

45 Ampliatur ista conclusio, † vt procedat etiam si depositarius interpellaretur per verba simpliciter enunciatiua: puta, scio te habere discretionem de illa re, vel sic, indigeo, vel indigerem de illa re: per hæc enim verba, dicitur constitutus in mora. Bar. in l. 2. in prin. ver. tertio dixi. ff. de no. ope. nun. & in l. si quis mihi bona. §. si quis mandante ff. de acq. hæred. vbi Alex. nu. 10. dicit hanc esse veriorem, & magis commu. opi. idem testatur Ias. in l. vinum. nu. 15. ff. si cer. pet. in l. si ex legati causa. num. 16. ff. de verb. oblig. Eman. Soar. littera I. in vers. interpellatio. nu. 161. & littera M. in ver. mora nu. 213. & sic videtur posse inferri limitatio ad regulam de verbis enunciatiuis, vt non probent, quia hoc locum sibi non

vendi-

ven licat ad constituendum in mora debitorem, per interpellationem extraiudicialem.

46 Ampliatur secundo, † quod vnica tantum extraiudicialis interpellatio sufficiat. Barto in l. Titio Seio. §. vsuras. de leg 3. & hęc * est communis opinio, de qua attestatur Alex. ad l. qui Romæ. §. cohæredes. nu. 2. ff. de ver. obl. Fel. in c. ex litteris. nu. 8 de côst. Purpu. in l. vnic. n. nu. 42. ff. si cer. pet. Coras. lib. 2. Miscel. c. 6. nu. 4.

47 Declaratur tamen, † vt talis interpellatio fieri debeat côgruo loco, & tempore. l. mora ff. de vsur. iuxta declarationem Bart. ad * l. cum filiusfam. §. fi. nu 2. ff. de verbo. oblig. quam communiter recéptam asserit Eman. Soar. in suo thesau. recep. sent. littera M. nu. 215 vnde dicebat Bal. ad l. item illa. colum. 1. in princip. ff. de consititu. pecu. quod cum volumus constituere aliquem debitorem in mora per interpellationem, debet ea interpellatio fieri ad personam eius, cui fit, & si is non reperitur, fieri debet ad domû ipsius, per l. si dictum. §. fi. ff. de euict. sequitur late Tiraq. de retrac. lignagier. §. 6 glo. 3. nu. 6. in fi.

48 Declaratur secundo, † quia post interpellationem necesse est transeat tempus aliquod arbitrio Iudicis. gl. notab. in l. Emilius. in verbo, restitui. ff. de mino. quam singularem dixit Bal. in c. 1. in princ. de noua for. fidelitatis. Alex. in l. 1. §. si ita quis. nu. 9. ad leg. Falcid Ripa in l. si insulam. nu. 35. vbi Bart. numero 3. Ang. in repetit. nu. 50. Iacob. Niger, num. 100. Alcia. nu. 15. de verbor. oblig. Ias. in §. in bonæ fidei. num. 82. Instit. de act. cons. 9. in princip. numero 7. cons. 82. col 2 in fi lib. 1. in l 2. nu 84. C. de iu. emph. Dec. in auth. qui rem. num. 9. versic. & quod hinc C. de sacrosan. eccles. cons. 138 num. 6. & 146 columna 2. Paris. cons. 138. num. 44. lib. 1. Tiraquel. ad l. si vnquam. in verbo, omnia, vel partem, nume. 31. C. de reuocan. donat. Mars. in l. quæstionis. num. 59. de quęstionib. * Bero. in cap. potuit. nu. 141. de loca. & hæc est communis opinio, vt testatur Iaco Menoc. de arb. iud. cent. 1. casu 7. nu. 13. Emanuel in suo thesau. in verbo, mora. num. 216. & considerabit inter alia bonus, & æquus Iudex, quod agitur de deposito, quod etiam de iure communi habet executionem paratam, & nulla potest opponi exceptio, prout latius in l. fin. C. depos. & latius suo loco Deo dante dicemus.

49 Pone hic vnum satis quotidianû, † si fuit interpellatus depositarius semel, & sic in mora constitutus, post aliquod tpis spatium iterum interpellatur, nunquid prima mora sit purgata, vel potius geminata? Bar. in l. Emilius Largianus, multum nota. dixit, quod per secundâ interpellationem cêsetur reuocata prima mora, per tex.

in d.

in d.l. Emilius. vbi Bar. col. 1. & sequuntur aliqui ex nouissimis ad l. vinum, in materia moræ. ff. si cer. pet. ad l. si ex legati causa. ff. de verbor. oblig. sed fortasse posset contrarium sustineri: nam vltima derogant prioribus, & secunda primis, quando eis sint cõtraria. immo cum primis incompatibilia, vt in materia pacti tradũt omnes ad l. pacta nouissima. C. de pactis. in materia testamenti. in § posteriore. Inst. quib. mod. testam. infirmentur. in l. si mihi. de leg. 1. in c. cum Marthæ. de cele. miss. & in legibus traditur in l. non dubium. C. de legib. in c. 1. vbi glo. in verbo, priorem. de consti. lib. 6. vnde in casu nostro secunda interpellatio est compatibilis cum prima, & tendit ad eundem effectum, & finem, ad quẽ prima. ergo nedum eam reuocare, quinimmo confirmare dicendum videtur. Secundo loco mouet me recepta scribẽtium sententia in materia geminationis: namque aut volumus talem geminatã interpellationem fuisse factam ex interuallo, aut incontinenti: si ex interuallo, tunc vere geminatio operatur effectum suum: si verò sit geminatio in instanti, nullo dato temporis interuallo, & tunc non datur reuocatio primi actus immediate præcedentis, sed reputatur vnicus actus tãtum simultaneus, vt post alios per eum adductos considerat Euerar. in loco à vi geminatio. nu. 16. ergo in quocunque modo, vel casu consideremus non inducitur reuocatio actus immediate præcedentis, immo vel confirmat si fiat ex interuallo, vel vnitur, & dat nouum robur per vnionem cum primo, vt sit actus simultaneus. sed in casu de quo agimus secunda interpellatio, vel est facta incontinenti post primã, & dicitur eadem, & vnita cum prima: si est eadem, ergo nõ reuocat: si vnitur, ergo dat nouum robur, multo magis ex interuallo, vt supra dictũ fuit, & hæc opinio, ni fallor, videtur comprobari posse ex allegata l. Emilius, in qua se fundat Bar. tenendo hanc opinionem: nam ibi petitio pretij non se compatitur cum resolutione contractus, meritò ibi mora, & interpellatio incompatibilis est cum noua interpellatione, meritò receditur a prima. vnde cessante tali incõpatibilitate, secunda interpellatio non reuocat primam, imò morã ratificat, & confirmat. ex quib. sequitur primum correlarium, quod secunda interpellatio reuocat primam sibi compatibilem.

Sequitur secundum correlarium, scilicet limitatio ad l. Balista. ff. ad Trebellia. vt non procedat in geminatione actuum incompatibilium.

50 Sed pulchra, quotidiana, & vtilis est inspectio, † contendunt adinuicem actor, & reus, quia dicit actor interpellasse, reus verò negat: cui magis est credendum? respõdetur, quod actori, & reo

negati

neganti incumbit onus probandi contrarium.l.in fideicommiss. in prin.ver.tametsi non facile,vbi etiam Bart hoc tangit, ff.de vsur.quem textum dixit ad hoc singularem,& notabilem,Roman. sing 402.quis debet.Feli.in c.nouit,in fi.verb.in c. quoniam contra,num.15.de prob.Barba.in c.si quis Ep.scopus,col.2.de prob. Mars.hoc valde commendans,ad l.1.in prin.legis,num.27. & in §. si quis dicatur,num.32.& in l.patre,vel marito,sub num 44 ff.de quæstionibus.

Ex quibus videtur posse per modum corrolarij inferri ad plu-
51 ra,& primo ampliatio ad reg. quod præsumptionem habens pro se, transfert onus probandi contrarium, vt per Bar in l.in illa,in fi.ff.de verb.obl Mars.sing.451.decreui.Cepo.cons.33.Iate Addic. ad Alcia.in tract.præsump.in prin.littera B. quia hoc ampliat, vt procedat ét si ex aduerso esset probanda negatiua,quæ sui natura, regulariter est improbabilis, quod videtur satis notandum.

52 Secundo infertur ad regulam vulgatam, † quod actori incumbit onus probandi.l.qui accusare.C.de eden.l.ei qui.ff. de proba. tamen hoc fallit in eo, qui a communiter accidentibus hét præsumptionem pro se, prout in petente expensas, qui licet probare debeat monitionem extraiudicialem,tamen facta præsumitur,& semper expensas petere poterit.

53 Tertio habetur, † quod monitio,seu interpellatio, de qua in l. quidam Iberos,ff.de serui.vrb.præd & in l.debitores,vbi Bar.Bal. & alij.C.de pigno.& in l.2.vbi glo. & notabilius Bal. C. de obsequijs,a communiter accidentibus semper facta præsumitur,de cuius materia,& intellectu,Roma.sing 401. alio sero. Ias. in l. certi conditio.num.4 ff.si cer.pet.Castren. in l. si reus paratus, num.4. ff.de proc.Bauer.in repeti.l.si ex legati causa,nu 26. ff.de verbor. oblig.nouissime ad l.sciendum,ff eod.

54 Constituitur † etiá in mora depositarius per litis contestationem,vt post alios no.Bello.in §.præterea, sub num.12. Insti. quibus mod.re cont.oblig sed pone hic vnum, quod in facto sæpius occurrit depositarius cupiens liberari a deposito interpellat deponentem,vel alium interesse prætẽdentem pro restitutione depositi,qui recusat,si postea interpellatur, an ad constituẽdum in mora requiratur litis contestatio? Sal. tenuit, quod sic,per illum tex.quem ad hoc reputat valde singulare in l.sed & si alia,ff de cõst.pecu.vbi constituens se soluturum,quod alius debet offerat,& creditor recusat recipere,tunc requiritur litis contestatio.ita tenet idem in l si pacto quo pœnam C.de pact. Contrarium tenuit Alex.ad l.si insulam,col.fi.in l.qui Romæ,§. cohæredes, num.22.

de verb.

de verbo.oblig. in l.vnum.vbi Dec.col.6.sub num.14. ff.si certum petatur.

55 Ego † putarem fortasse dici posse, opinionem Salic. esse veriorem hac ratione:nam culpa cum culpa compensatur, & negligentia cum negligentia.l.si ambo.in prin.ff.de compensa.& maxime quando culpę,& negligétiæ sunt pares, & in pari statu, & gradu. l.viro vbi no.ff.sol.mat.l.in arenam.vbi Ias.C.de inoffi. testamen. Nil enim Iudæus Iudæo,nil Catilina Cethego.l.quoniá.C.de hæreticis.Corn.cons.51. col.2.vol.2. Crauet.in cons.pro genero.nume.8. vnde si creditor primo loco fuit in mora,quia recusauit accipere oblatum debitum per interpellationem, & oblationem extraiudicialem,si postea interpellet debitorem, & depositariú similiter extraiudicialiter, quis sit in mora,hæc non erit attendenda, sed compensabitur cum prima ipsius creditoris, cum sint in pari gradu,& extraiudicialiter factæ. vnde videbitur necessarius actus,& interpellatio fortior,& validior, prout est litis contestatio,& illo casu præiudicabit, nec dabitur aliquo modo compensatio,cum non simus amplius in pari gradu,prout culpa lata cum leui non compensatur, quia vna præponderat alteri,& leuis præfertur.l.quod Nerua.vbi Bar.no. ff.depos.nec leuis cum leuissima quæ vti potentior attenditur.l.1.§.non autem,ff si quis testam.liber esse ius.fue.nec leuissima in faciédo cum leuissima in omittédo.l.si mora ff.sol.mat.Tinda.in trac.de cõpen.art 5 nu.30.Boer. in addi.ad Di.in reg.in pari,nu.6 Abb.in c.intelleximus,num.5. post glo & Inno.in verbo, paria de adult.in cap.1.nu.1.de iniur. Soc.reg 86 Sebast.Med.de compen.par.1.quæst.35.& 36.

Et si dicatur, prout Alex.& Dec.quod vltima mora nocet, respondetur, quod hoc in casu nostro non videtur posse adaptari, quia si quis debitor.interpelletur extraiudicialiter, est mora non considerabilis,quia tollitur per aliam parem moram, & similem. Vnde vt vltima mora adiciat, requiritur,quod stet in robore,prout leuissima culpa præponderat leui,& leuis latæ, & sic requiritur mora contracta per litis contestationem, & sibi imputet creditor, qui dedit causam edicto.

56 Decima sit conclusio. † Depositarius in quatuor casibus, qui ponũtur in l.1.§.1.ff.depos. puta tumultus,incendij,ruinæ,& naufragij tenetur de leui,& leuissima culpa ita Ias.sub dubio tamen, in addi.ad Port.ad §.præterea, Insti.quib.mod.re cont. oblig.littera B ea ratione, quia cessat ratio, de qua in d.text. quia non ex volontate deponens eligit amicum, sed coacte.

Sed hæc conclusio videtur dubitabilis, quia succurritur alia via de-

uis deponenti, puta quia depositarius tenetur in duplũ, vnde pœna non est multiplicanda, quando lege non reperitur cautum, prout in caso nostro.

Tit. de casu.

SVMMARIVM.

1 *Depositarius, an & quando teneatur de casu, & quid in foro conscientiæ nu. 2. & 4.*
3 *L. & si plures §. 1 ff. depos. declaratur.*
5 *Mora contra depositarium duo operatur.*
6 *Dolus & lata culpa, quando non æquiparentur.*
7 *L. si plures §. fi. materia, quomodo ad praxim reducatur.*
8 *Interitu naturali probato, qualis iuris præsumptio resultet.*
9 *Deponens auditur, & quomodo probare debeat si dicat, si restituissem ante moram, vtique alienassem ante interitum.*
10 *Reg. inspiciendum est quod euenire potest, quomodo intelligatur. & n. 11.*
12 *Depositarius iustam causam litigandi habens, excusatur.*
13 *Depositarius cum ex mora de leui, leuissimaque culpa, ac interitu teneatur, rem absque dilatione restituere debet.*
14 *Speciale, an sufficiat allegare in deposito.*
15 *Depositarius, an opponere possit compensationis exceptionem, & quid si ab vtraque parte esset depositum nu. 16 et quid in deposito confessionato num 17 & in irregulari nu 18. et an contra hæredem opponi possit. nume. 19 et in pro expensis in re deposita factis. nu. 20. detur tamen reconuentio nu. 21.*
22 *Statutum, quod instrumenta vallata habeant executionem paratam, an comprehendat depositum.*
23 *Lex generaliter loquens, an comprehendat casus priuilegiatos. et numero 24.*
25 *Statutum intelligi debet, vt aliquid vltra ius commune addat.*
26 *Dispositio generalis ad terminos habiles restringitur.*
27 *Depositarius, an possit opponere exceptionem spolij.*
28 *Depositario, an competat remedium canonis, redintegranda. et numero 29.*
30 *Can. redintegranda, an de Episcopis tantum intelligatur, et ipsius remedium, quomodo competat. nu. 31.*
32 *Depositario, an competat exceptio non numeratæ pecuniæ. et num. 33. et 34.*

Reus

Vidimus per aliquas conclusiones, quando depositarius teneatur de dolo, lata culpa, leui, & leuissima: videamus quando teneatur de casibus, & quomodo.

1 Prima sit conclusio. † Depositarius tenetur de casu, si mora praecesserit. l. si in Asia. § fi. depos.

2 Declara, † vt si constaret, quod eodem modo species deposita esset peritura apud deponentem, tunc depositarius non tenetur de casu, per l. si plures, §. 1. ff. depos. & considerandum est, quod scribentes ad l. quod te. ff. si cer. pet. multũ laborant ad hunc tex. an procedat nedum in deposito, sed in quocunque debitore speciei, tamen hodie haec est verior, & magis communis opinio, vt procedat nedum in deposito, sed in quocunque debitore speciei, vt ea post moram perempta, ita demum teneatur ad interitus periculum, si apud creditorem non esset eo modo interitura, alias secus. ita extẽdunt, & ampliant Fulg. in d. l. quod te, col. 1. Aret. col. pen. Ias. num. 28, Dec. lect. 2. num. 50. Ripa. num. 29. Curt. iun. num.

num.34. Summa Angel. in ver. mora. 2. Siluest. in ver. restitutio 7. ad fi. Palat. Rubi. in repe. cap. per vestras, fol. 70. num. 10. de dona. inter vir. & vxo. Dida. Couar. in reg. peccatum, 2. par. §. 6. num. 14. de reg. iur. lib. 6. qui cum Paluda. in 4. dist. 15. q. 2. concl. 4. in foro conscientiæ recipiendum asserit, Soar. in thesau. littera D, nu. 91. & 92. vbi late, & æquior etiam videtur ista opinio, cũ text. in d. l. si plures, §. 1. se fundet in naturali æquitate, quæ cum alijs debitoribus specierum considerari, & adaptari potest.

3 Ex quibus † postea infertur correlarie ampliatio ad l. si plures. §. 1. ff. depos. vt procedat etiam in alijs debitoribus etiam non ex causa depositi.

4 Ampliatur secundo, † vt procedat etiam in foro conscientiæ ex iam deductis.

5 Tertio † habemus duo, quæ operatur mora contra depositariũ, scilicet, vt teneatur de leui, & leuissima culpa, & de casu. habemus etiam tertium, quod depositarius morosus efficitur infamis. l. 1. §. furti. ff. de his, qui no. infam. vbi glo. declarat id esse verũ, si dolo id fecerit depositarius, secus si culpa, quæ depositariũ non infamat, & bene facit tex. in §. suspectus. vbi glo. Por. & alij, inst. de suspec. tuto. ampliant hoc procedere etiam si ob dolum, & culpã simul quis damnetur, quia attenditur culpa, quæ non infamat.

6 Ex quibus † postea infertur limitatio ad regulam, quod dolus, & lata culpa æquiparantur, quia fallit, & locum nõ habet, vbi tractatur de irrogando infamiam per alicuius Iudicis sententiam, non ipso facto. l. liberorum, §. notatur, ff. de infamib.

Practicando tamen quæri posset circa præsentem conclusionẽ, 7 † ac etiam ad intellectum septimæ cõclusionis supra positæ in materia culpæ leuissimæ, quomodo reducetur ad practicam materia l. si plures, § fi. ff. depos. Respõdetur quod ille tex. loquitur de naturali interitu ibi, natura, &c & interitus an sit naturalis, nec ne, stabitur iudicio peritorum. l. qui semel. C. de re milit. lib. 12. cap. proposuisti. de testib. & naturalis interitus præsumitur euenturus penes quemcunque, d. l. si plures, §. fi. in fi. & no. in l. merito, ff. de vi, & vi arm. vnde ille sapiens per modum dialogi dicebat, Morieris: respondet alter, ista est hominis natura, non pœna. Morieris: hac conditione intraui, vt exirem: Morieris. Iurisgẽtium est, quod acceperis reddere. Morieris, ad hoc veni, ad hoc ago, huc me singuli dies adducunt. Morieris, hic est humani officij finis.

8 Probato † igitur naturali interitu resultat iuris præsumptio esse interiturum penes quemcunque, & vlterius mors animaliũ depositatorum gregatim pascentium probatur, quod communiter

In illa regione perijsse constiterit. Bar. in l. 3. C. de muri leg. li. 11. Seb. Med. in tract. mors omnia soluit, in prin. nu. 78.

9 Et † si replicatur per deponentem, si restituisses ante moram, vtique alienassem ante interitũ, & consequenter nõ essem in hoc damno, quia res non perijsset penes me, vtique auditur, sed probare debet habere emptores in promptu l. in ementis C. de contrahen empt. l. 2. ff. de proba. Ripa in l. quod te, nu. 13. ff. si cer. pet.

10 Ex quibus sequitur correlarium ad regulam, † quod inspicien dum est, quod euenire potest in pœnam morosi, quod notab. reputauit Castren. ad l. cum res, §. fi. ff. de leg. 1.

11 Quod † verũ est, qñ illud, ꝙ euenire põt, est contingens secundũ naturã, & legis dispositionẽ, & quidẽ iuris cõis, non specialis, prout in casu proposito de potuisse vendere. l. sicut C. de act. & oblig. late Bar in l. inter stipulantẽ, § sacrã, nu. 7. ff. de verb. oblig. * vbi Ias. nu 28. attestatur hanc esse communem opinionẽ. Adde tñ, ꝙ allegans illud, quod esse potest, probare dẽt, aliàs nõ auditur, vt dictum est. Vnde si deponens dicat, si habuisset, vendidisset, debet hoc probare, aliàs non auditur, vt dictum est.

12 Illud etiam non prætermittam, † quod si depositarius habuit iustam causam litigandi excusatur sentit glo. in d. l. cum res, §. fi. in glo. fi. & dicit veram Rip. in d. l. quod te. sub nu. 31.

13 Cum † igitur depositarius ex mora teneatur de leui, & leuissima culpa, ac etiam de interitu, prout supra dictum, sequitur necessario celebris, & famosa dispositio, & regula. l. si qs C. depos. scilicet depositarius tenetur sine aliqua dilatione, vel mora depositum restituere, nec potest aliquid in contrariũ allegare, & sic depositi contractus de iure communi habet executionem paratam. d. l. fi. circa cuius materiam paulũ insistemus, quia vtilis, frequens, & quotidiana, arg. l legaui. ff. de lib. leg.

Repetitio ad l. si quis. C. depos.

14 Primo igitur quæro, † allegatur aliquid in materia depositi, nec occurrit aliqua responsio, an sit conueniens responsio dicere, * est speciale in deposito. Videbatur dicendum quod sic, sicut in simili videtur in dote: nam si ab ea arguatur, nec occurrat alia responsio, satis est dicere, speciale est in dote, vtt sui natura priuilegiata. ita nos docet Castren. ad l. 1. num. 2 ff sol. mat & ita tenuit glo. ad l. quod te. ff. si cer. pet. quam sequutus est Bart. ad l nemo, §. 1. ff de verborum obligat. Contrarium tenent scribentes ad l. * quod te. vbi Ias. sub num. 28 & Rip num. 30. dicit hanc esse commu. opi. & sic assignari debet ratio specialitatis in deposito: & sic

F in de-

in deposito procedit dictum Accursij ad l. filium quem habentẽ. C.fam.erciscun.vt allegare speciale sit refugium miserorum, nisi ratio specialitatis assignetur, Sar.ad Mathesilanũ, notab.5. nu.3.

15 Secundo quæro, † an deposito possit opponi exceptio compensationis, vel deductionis. & tex.in d.l.si quis, in verbo, compensationem, tenuit quod non. Et hoc verum est siue sit factum depositum in specie, siue in quantitate, quia restitui debet in forma specifica ad voluntatem deponentis.l.si C.de compensa. Tinda.in tract de compen.ar.5.nu.32.Rom.sing.128.Bar. singu.160.

16 Ampliatur, † etiam si ab vtraque parte esset depositum: nam ab vtraque parte est restituendum sine aliqua exceptione. Tinda. in d.art.5.num.43 Din.in §.in bonæ fidei, num.9. Instit.de actio. ratio poni videtur in c.fi.ext.depos ibi, sanè depositori licuit pro voluntate sua depositum reuocare, contra quod compensationi, vel deductioni locus non fuit, vt contractus, qui ex bona fide oritur ad perfidiam minime reuocetur Aliam affert rationem Zas. in d.§.in bonæ fidei, in ver cõpensatur, quia ea quæ proprie restituenda sunt, non compensatur, sed tantum ea, quæ solui debent. Ias.in d §.in bonæ fidei, nu.10.vbi etiam Ang.num.8. Pet.nu.14. Mising.num.3.Cruce.nu 2.de actio

17 Ampliatur † secundo in deposito confessionato, vt supra de communi posui, cap.2.vbi placeat videre.Pap.in for.hipot.in ver. in deposito, num.3.

18 Ampliatur † tertio in deposito irregulari, q non amittit priuilegia depositi irregularis, prout supra vidimus in.prin.c.3. Vnde si pecunia deposita consumpta est, iux l.Lucius, & l.de sponsaliorũ, ff.depos loco ipsius altera dari põt, nulla aliter apposita exceptione cõpẽsationis.Sebast.Med.in trac.de cõpen par 1.q.15.n.4.

19 Ampliatur quarto, † vt nec contra hæredem opponi possit.Puteo.decis.277 num 7.lib.1.

20 Declaratur † vt non procedat pro expensis factis in re deposita, prout etiam tetigimus supra, & est glo.in l.si plures, in prin.in ver.rem iudicatam, in fi ff.depos.vbi tenet Accur.esse iustam causam in depositario velle retinere depositum pro expensis, & si pereat non tenetur de interitu, & hæc est communis opinio, vt ibidem per Fulgo Villalob. in suis recollectis, littera C. nume.110. Eman.Soar in suo thesau opi.148.

21 Declaratur secundo, † quod licet depositum non compensetur, prout supra dictum est, tamen datur reconuentio, in qua non retardatur liquidum, propter non liquidum, sed quod probandum est reseruatur, Bal.in l.si quis.C.depos.Curt.iun. in l.cũ fundus

dus.§.seruus.nu.21.ff.si cer.pet.Ias.in §.in bonæ fidei.num.10.vbi Coras.& Hotoma.nu.12.Nicas.nu.8.Insti.de actio. vnde si depositarius in re deposita laborem aliquem,vel incommodū sustulisset,compensatio,vel retentio non videtur denegāda ex doctrina Alex.ad l.1 §.sed & si.ff.de varijs.& extraor.cognitio.cōpēsatio.n. operarum cum quātitate debita fieri debet. Bal.in l.fi.C.de cōpē.

22 Tertio principaliter quæro circa l. fi.C. depos. † pone quod sit statutum in loco,quod nullum instrumentum habeat executionē paratam, nunquid comprehendet instrumentum depositi? Vtique non, tenuit glo.in l.prætextu. C.commoda.Azo.in summa C. de compen nu.10.Aret.in §.in bonæ fidei.nu.2.vbi Faber, nu.19. Insti.de act.per l.si hominem.ff.depos.Abb.in c.significasti.nu.11. de elect.in c.2.nu.22.de ord.cognitio.in c.1.nu.14.de mut. peti. Bar.in l.cum his.§.fideiussor.nu.4.ff.de cond. appos.in l.fi.num.9. C.de compen.vbi Castren.nu.2.Io.Coras.in l.qui liberos.nu.258. ff.de ritu nup.Hier.Buttigel.in l.cum fundus.§.seruum.nu.51.ff. si cer.pet.Bal.Nouel.in repet.l.1.nu.232.ff.sol.mat.

Sed considerandum est, quod contra hanc decisionem facere videtur id, quod no.Ias.in l.1.in 1.lectu.in 3.notab.& in l.si con-

23 stante,in prin.ff.sol.mat. † quod statutum,vel lex generaliter loquens,comprehendit causam dotis,vel aliās priuilegiatam,ex doctrina Salic.in l.fi.in prin.in 4.notab.C.de dot.promis.ex auctoritate etiam Bald.cons.322.vol.1.vbi vult, quod dispositio l. omnes,& l.bene à Zenone.C.de quadr præscript. non habeat locum in rebus dotalibus venditis,etiam quod illæ leges generaliter, & indistincte loquantur.idem tenet Soci.cons.46.nu.25. versic. sexto responde.vol.4.vbi Francis Pepus,inter cons.eiusdem Socin.in eodem vol.cons.76. nu.8.Bal. Nouel.in tract.dot. par.6 priuileg.

* 47.in fi.& hæc est communis opinio,Negus. de pignor. par.8. in primo memb.num.24.late Hercu.de negat.proban. in prin. nu.3. Luc.de communi attestans in tit.de execu. instrumen. dotal. nume.16.Corne.in compromis.loquens,cons.137.vol.4.Anto. Gab. de magis communi,de legi.conclu.1.Mant.sing.107. Menoch. de præsump.lib.4.præsump.83. nume. 39. Contrarium tamen in hoc tenuit Dec.late,cons.5.& cons.301.in causa,quæ Ferrariæ agitur, in cap.sedes.col.5.num.35.de rescrip.dicens, quod generalis dispositio comprehendit casum etiam priuilegiatum, nisi in eo casu, de quo agitur,repertatur specialiter priuilegiatus. Vnde respondet ad auctoritatem Salic.in l.fin.C de dot. promis. dum inquit quod statutum generaliter disponens,quod instrumenta publica non probent,nisi fuerint registrata,non comprehendit cau-

sam dotis. & ratio videtur esse, quia specialiter in tali casu dos reperitur priuilegiata, quia in d. l. fi. vbi se fundat Salic. expresse, & specifice dicitur quod causa dotis non debet insinuari: secus ergo est si causa dotis non est expresse priuilegiata, quia comprehendetur sub generali regula dicens, ita Florentiæ iud. catum. idem latius prosequ.tur in l. 1. num. 9. ff. de reg. iur. & in l. 2. nu. 6. C. vnde lib. vbi etiam recenset dictum Bald. in l. in fraudem. §. si quis se scribat ff de testam. mihi quod Notarius prohibitus exercere officium suum, nec rogari de instrumentis, non potest etiam facere ad pias causas, quod reputat valde notandum, quod fortasse verum esse posset si prohiberetur ex aliquo defectu, quia pia causa supplere non potest defectum scribentis, ut ibi Bal. considerauit, secus fortasse esset si ex aliqua rationabili causa, quia sit notarius clericus effectus: nam licet ad singularia negotia, ad pias tamen causas vidi instrumenta conficere. idem tenet Rip. in repetit. l. fi. C. de reuocan. dona. q. 51 inferens ex hoc, quod dos tradita mulieri reuocata censeatur, propter ingratitudinem ipsius mulieris, nec talis casus reperitur in hoc expresse priuilegiatus, & clarius hoc firmat idem Ripa ad l. 1. num. 14. ff solu. matr. Crot. ad l. si constante, col. 4. in fi. ff. solu. matr. Papien. ad l. hæres absens. ad finem. ff. de iud. dicentes contrariam opinionem erroneam, quia ex hoc confunderentur multa priuilegia dotibus concessa, super quibus priuilegijs tantopere laborauerunt, & laborant Doctores, & hanc eandem opinionem dicit veriorem Cagn. ad l. 1. sub num. 27. ff de reg. iur. Luc. Pet. in pract. lib. 3. c. 4. nume. 16. Pau. de Cittad. de iure patrona. in versic. fundatio. nu. 62. vnde sequitur, quod cum in deposito reperiatur specialiter prouisum, quod de iure communi habeat executionem paratam, prout in hac l si quis, sequitur, quod non comprehendetur sub prohibitione statuti generaliter loquentis, & hanc eandem Decij opinionem secutus est Ant. Pinel auth. nisi tricennale. col. 4. in fin. C. de bon. matr. & in rub. de rescin vend. par. 2 c 1. nume. 15. Vius. opin. 221. lib. 1. Strac. de merca. pag 476. num. 5. Soar. in thesau. recept. senten. littera G num 16 dicentes hanc Decij opinionem esse optimam, & multum rationabilem Crau. in tract. de mora præscript. nu. 77. Rolan. de luc. dot. q. 104. nu. 5.

24 Et hæc opinio † mihi videtur de iure verior hac ratione; aut. n. talis statuti dispositio, de qua supra, corrigit ius commune, aut reducit nos ad ius commune, cum vniuersaliter loquatur: si corrigit, vtique debet intelligi quanto minus sit possibile c. cum dilectus. de consuet. d. not. in l. 2. C. de noxalib. ergo non corrigit

casum

casum depositi de iure communi priuilegiatum, si reducit nos ad ius commune: ergo similiter habetur intentum, quia de iure communi depositum habet executionẽ paratam, per d. l. si quis. Et certe de iure communi instrumenta nõ habent executionem paratam, l. minor 25. annis, cui per fideicommissum, vbi Scribentes notant. ff. de mino. Castren. cons. 71. par. 1. Alex. in l. si cum dotem, §. eo autem. ff. sol. mat.

25 Et si dicatur, † statutum debet intelligi, vt aliquid addat vltra ius commune, vnde derogabit ad casum depositi: vt nec etiam ipsum habeat executionem paratam, quia hoc debet intelligi, nisi ex hoc correctio iuris communis induceretur, prout in casu nostro contingeret.

26 Præterea † generalis dispositio restringitur ad terminos habiles. l. vt gradatim, §. 1. ff. de muner. & honor. nec se extendit ad ea, de quibus specialiter disponi non posset. l. 1. & ibi gl. & Bart. C. quæ res pig. oblig. pos. l. si in specie, & ibi Bar. eod. tit. l. obligatione generali, cum l. seq. ff. de pign. in hac tamen materia, an dispositio generalis comprehendat casum priuilegiatum, distingue cum Neuiz. conciliante opiniones, cons. 77. nu. 16. aut sumus in materia odiosa, aut fauorabili, aut indifferenti, primo casu non comprehendit: secundo, & tertio casu sic, sentit Tiraq. late de retract. lignagier, §. 1. glo. 14. nu. 91. cum seq. per discursum, Put. decis. 135. par. 1. Grat. consil. 130. nu. 9. vol. 1. Pedemon. deci. 135. nu. 3. Rot. Perus. 95. nu. 15. par. 1. Borgni. attestans ita iudicatum, decis. 5. num. 22.

27 Quarto principaliter quæro ad materiã huius l. si quis, an possit opponi exceptio spolij agenti ad depositum, & vtiq; cũ nõ possit opponi exceptio compensationis, vt dictũ est, minus & spolij. Contrarium est verius, vt per glo. in c. cum dilectus, in verbo exceptiones, de ord. cognit. vbi Io. And. rõnem reddit quare possit opponi exceptio spolij, & non cõpensationis, & sequitur ibi Abb. col. 7. & Imola, col. antepe. in fi. Franc. in cap. frequens, §. ad hoc, col. 6. in fine, de rest. spoliat. in sexto, & hæc est communis opinio, vt attestatur Ant. Gabr. de resti. spol. conclu. 2. num. 1.

28 Sed nunquid depositario spoliato competit remedium Cano. reintegranda, vtiq; sic, tenuit Io. And. ad Spec. in titu. de petit. & possess. in pri. quos sequutus est Soc. in l. rẽ quæ nobis, nu. 6. ff. de acquiren. posse. vbi Rip. sub nu. 21. dicit hanc esse communẽ opinionem. Soc. consi. 37. colum. fin. vers. secundum remedium, lib. 3. Boaer. in suis singular. in tit. de petitor. & posse. nu. 10. depositarius &c. Hieron. de Monte, q. 23. nume. 3. Plot. de in lit. iuran. §. 3.

nu.1. Ant. Gabr. de restitut. spoliat. conclu. 5. nu. 4 Conrard. ad l. vnicam, de mom. pos. limit. 21. nu. 21. vbi reprehendit Alex parū fuisse caute locutum ad l. 1 nu. 66. ff de acquir. pos. quod spoliatis detentatoribus succurratur per interdictum, vnde vi, & cum eo etiam Gomes. q. 57. nu 2. de annal. Cassador. etiam decis. 14. nu. 8. super regul. cancellar. Iacob. de S. Georg. in l. manifestissimi, §. 1. in fine. C. de fur. vbi monet, vt sit cautus depositarius, & quilibet detentator, qui eijcitur, vel spoliatur, vt recurrat non ad interdictū, vnde vi, sed ad hoc, vel officium Iudicis, ex quibus de facili confirmatur, quod superius adductum est, vt depositario conuerto competat exceptio spolij, sed sibi in spolio fauetur nedū excipiendo, sed agendo, vnde subintrat Iuris regula, quod cui damus actionē, multo magis exceptionē. Animaduertendū tñ est, ꝙ contrarium tenuit Ripa in c. sæpe, nu. 2. de restit. spol. Ceph. cons. 100. nu. 17. lib. 1. ea rōne, quia depositarius non possidet. l. rei commodatæ, ff. commodati l. licet, §. rei. ff. deposi. vnde non possunt dici spoliati si non possident, & sequitur Iacob. Menoc. in 15. remed. recuperan. poss. q. 8. num. 53. sed defendendo cōem videtur posse responderi, quod licet depositarius, & similes detentores veri non possideant, restituuntur tamen ad priuatam detentationem, prout pluries restituit Rota. in vna Segobien. Archidiaconatus, in alia Calaguritana Abbatiæ delogregno, prout refert Gomes. q. 57. nume. 2. de annal. vnde non restituuntur ad possessionem, quam non habent, sed detentationem, & similiter competet exceptio spolij non ratione possessionis, sed ipsius, quam habent detentationis, prout dictum extitit. Tiraq. le mort. Saisit. par. 4. declarat 3. nu. 6. Ad quorum confirmationē accedat recepta conclusio, quod remedium Cano. reintegranda, datur pro sola detentatione, Sarn. in reg. de annal. q. 57. num. 2. Afflict. super constitu. fol. 183. de pœna contuma. ad constitutionem, contumacē, nu. 5. Ruin. cons 12. colu fin. vol. 4. & hæc est communis opinio. Anton. Gabr. de restit spoliat. conclu. 5. nu. 7. in fine.

29 Nec obstare etiam videtur, † quod distinguēdo videtur sentire Gomes. in allegata quæstione, quia depositarius non est asininus, vt dicitur, & meri facti detētator, prout ille, qui retinet post resignatum beneficium, licet ipse tandem in fine illius quæstionis concludat illum etiam de stilo Curiæ restitui, licet non loquatur etiam in terminis spolij, de quo agimus.

Nec obstare videtur id, quod post citatū ab eo Ripam tenuit
30 Iacob. Menoch. in allegata q. 8. ꝙ textus in Cano. † reintegranda, loquatur in Episcopis, ergo in habētibus titulum, prout non

habent

habent, & rebus proprijs spoliatis, quia si stricto iure verba illius Cano. inspiciamus, vtique tale remedium personis secularib. non competeret, cum specificet de Episcopis, & cum loquatur praecise de Episcopis, similiter nec alijs competeret, & Doctores passim admittunt esse remedium pro alijs, ac licet concedat restitutione in spoliatis rebus proprijs, non per hoc fauor spolij debet denegari detentatoribus sua detentatione de facto spoliatis.

31 Declara, † vt tale remediũ competat contra tertium, non contra auctorem. Rot. in antiq. decis. 1. late Pont. de spol. lib. 1. n. 126. Nisi nouum ius postea superueniat, Dul. decis. 206. lib. 3.

Declara secundo, vt ad illud tantum detentationis restituatur, in quo erat prius, & non ad plus. Roma. in l. rem quae nobis, in §. vbi Socin. q. 2. Cassad. in reg. decis. 14 nu. 8.

Declara tertio, vt fiat restitutio ad eam detentationem, quae non habeat resistentiam, aut notorium obstaculum. Alex. in l. 1. nu 65. de acq. poss. Pontan. de spol. nu. 126. lib. 1. & num. 94. lib. 2.

Et haec vtilia vltra Menoch. plene profitentem in 15. reme. recup. posses. qui in hoc, sicco pede pertransire, ni fallor, videtur.

32 Quinto quaero principaliter ad materiã l. si quis. C. depositi, an possit opponi exceptio non num. pecu. contra depositum confessionatum ? & vtique non, per l. in contractibus. §. 1. C. de non num. pecu. vbi Bar. n. 1.7 rationẽ reddit, quia depositarius non recipit nisi inco modum ex deposito, vnde nõ est verisimile, quod cõfiteretur, nisi vere, ac realiter accepisset, & ob id Bar. ibi subdit, qd hoc procedat in deposito regulari, & proprio, cũ deponitur species, vel pecunia signata, secus si deponat pecunia numerata, qa opponi poterit ad instar mutui, cum militet eadẽ ratio. Vnde sentit Bar. correlarie, quod in materia l. Lucius, & l. dies sponsaliorũ. ff. depos. possit opponi exceptio non numeratae pecuniae, & sequitur ibi Castren. sub nu. 5. dicens quod haec materia est multũ practicabilis, & quotidiana, quia multi licet re vera intendant contrahere contractum mutui, faciunt tamen scribi depositum fauore depositi, tum ad tollendã exceptionem nõ numeratae pecuniae, tum quia est contractus bonae fidei depositum, in quo veniunt vsurae ex mora, & dicit quod Florentiae scripturae fiunt super deposito, & manent in manibus mercatorum, & hanc opinionem, quod in deposito confessionato non procedat haec l. pen. tenuit Cagno. in l. contractus. nu. 21 de reg. iur. Rip. in l. 2. ff. si cer. pet. Soc. cons. 143 diu profecto, col. fi. vol. 1. Plot. de in lit. iurã §. 10. nu. 32. Boer. decis. 295. nu. 8. Duen. reg. 260. limit. 5.

33 Limita secundo, † nisi fieret fraus de contractu ad contractum

Sarai.ad Matthesilan.notab.5.

34 Contrarium tamen † quod nec in deposito irregulari opponi possit exceptio nó numeratæ pecuniæ, tenuit ibi Bal.nisi appareret, quod in fraudem mutui esset facta confessio depositi, & illum sequi vt Ias.in l.2.sub nu.5.ff.si cer.pet.Salic. ad l.in contractibus. Fel.ad c.si cautio.col.8.vers.3.fallit,sub nu.54.ext. de fide instru. Papien.in form.libe.in actio.hipothe.in gl.in deposito.nu.2. Cor. iūn.in l.bona fides.col.pen.ff.deposi.Rolan. licet non distinguat, in cons.17.nu.7.vol.1.ratio tamen Bar.videtur multum æqua, cū ea facilitate,qua quis inducitur in mutuo ad confitendum eadem & in deposito irregulari,quod mutui naturam sapit,vt dictum est superius,nec æquitas,& bona fides pati videntur, vt talem exceptionem in æquitate fundatam depositarium cum magno incommodo depositi opponere non valeret,& quia depositi contractus est priuilegiatus quod ex hoc depositarius teneretur restituere id,quod re vera non accepit.

35 Sextò † principaliter quæro ad materiam l.si quis.C.deposi.an reus teneatur edere actori ad fundandā intentionem ipsius in materia depositi. Et videbatur dicendum,quod sic,ex quo instrumētum depositi de iure communi habet executioné paratam, nec admittitur compensatio,vt iam dictum est: tamen contrariū est verius,vt no.in l.1.vbi Ias.nu.4 reputat hoc valde singulare, Dec. num.6. & alij recentiores.C.de eden. reddentes hanc rationem, quod depositum recipitur sub regula generali,nisi in casibus à iure expressis,vt supra dictum est.

36 Ampliatur † notabiliter, vt procedat etiam si actor non posset aliunde probare depositum, quàm per librum rationum ipsius aduersarij: nam adhuc edere non tenetur, quia imputet sibi deponens,quod tépore depositi non adhibuit testes,vel instrumenta ad probandam eius intentionem, vt per Ias.post alios in præallegato loco.

37 Et sic infertur, † quod regula l.qui accusare.C de eden. & l.nimis graue.C.de testib.procedit etiam in priuilegiato contractu depositi, qui aliter, quàm per librum rationum aduersarij probari non possit.

38 Secundo correlarie infertur,† quod licet veritas sit omnino indaganda,Cano.iudicantem.30.q 1.tamen non per hoc etiam in materia depositi reus teneatur edere actori aliter veritatem habere non valenti ad fundandam intentionem ipsius, & sic patet declaratio ad Cano iudicantem.30.q.1.

39 Tertiò † infertur limitatio ad l.quod si Ephesi.ff.de eo, quod

certo

certo loco, quod Iudex debet æquitatem habere ante occulos, tamen hoc non procedit, vt ex solo reus etiam in materia depositi, & priuilegiata teneatur edere, etiam quod editio sit fundata in æquitate. l. plane, & l. fi. ff. de peti. hæred. l. iustum. C. de eden. vnde Iudex etiam in materia æqua, & in mera æquitate fundata in similibus facere non potest.

Septimo quæro principaliter ad materiam l. si quis. C. depos.
40 † an depositario competat exceptio fori, puta an clericus possit conueniri coram Iudice seculari ad depositi restitutionem. Bal. notab. tenuit, quod sic in l. acceptam. col. 2. C. de vsur. ea ratione, quia non proceditur contra clericum per modum iudicij, & ex consequentia officij suscepti, per textum ibi in d. l. acceptam, in verbo, sacratissimas ædes. sequitur Aufr. ad Tholos. q. 168. Iaf. in l. si fideiussor. § si col. 1. ff. qui satisda. cog. per tex. in l. fi. §. pen. C. de bon. aut. iud possiden. Guliel. in c. Raintius. in vers. & vxoré, nu. 419. de testam. Afflic. decis. 24. late Tiraq. de retract. conuen. §. 4. gl. 7. nu. 9. Menoc. de recuper. poss. reme. 15. nu. 214.

41 Ex quibus † correlarie infertur limitatio ad cap. si diligenti. de foro comp. vt clericus debeat conueniri coram Iudice suo, quia hoc non procedit quando clericus non conuenitur per modum iudicij, sed executiue, & ex consequentia officij suscepti, implorando officium Iudicis, quod notabile est.

42 Octauo † quæro principaliter ad materiam l. si quis. C. locati, an eius dispositio procedat in deposito subrogato, vel correspectiuo ad alium contractum, puta emptionis, mutui, & similium. & Bal. cons. 260. ad euidentiam præmittendum est, lib. 1. tenuit,
43 quod sic, ex vulgari regula, † quod subrogatum sapit naturam eius in cuius locum subrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si
* quis caut. late Alex. cons. 194. col. 3. vol. 2. & hæc est cõmunis opi. Gomes. in § fuerat. nu. 5. Insti. de act. cuius Balai opin. pro nunc confirmatur, quia subrogatum sapit naturam eius in cuius locum subrogatur primordialem, & substantialem, non accidentalem. glo. 2. in fi. in l. certi condictio in prin. ff. si cer. pet. quam ibi Bal. & Bar. dicunt singularem, & hæc est communis opi. Gomes. in §. fuerat, nu. 11. Instit. de act. vnde si ex principali contractu aliqua competebat exceptio, vel defensio ad retardandam solutionem competet etiam depositario in contractu depositi, non obstante dispositione l. si quis. C. depositi. Secunda ratione confirmatur
44 Bal. opinio. † causa principalis, & originalis est attendenda, non accidentalis. l. si hæres ex testamento, ff. de act. emp. Bal. in l. si ver. sed hic occurrit, &c. C. de contrahen. emptio. sed in casu, de quo

agitur

agitur principalis, & originalis causa fuit mutuum, emptio, & similes contractus, & depositum subsequitur per accidens: ergo attendi debent exceptiones competentes primo contractui, & causæ principali, non deposito accidentaliter prouenienti: ergo depositario competent exceptiones, quæ competent primo contractui, a quo fomentum, dependentiam, & originem trahit, &
45 ducit. Tertia ratione confirmari potest Bal. decis. † quia res transit cum qualitatibus suis, vt plene not. in l. vitia C. de acq. pos. & res similiter transit de persona in personam, cũ sua qualitate. l. rescripto §. fi. vbi no. ff. de mun. & hono. vnde qualitas adiecta laico transit cu illa, licet efficiatur clericus, & sic persona priuilegiata. Io. And. in reg. nõ est sine culpa, lib. 6. vnde si deponetur pretium ex cã, puta emptionis, vel similis, transibit cum qualitate sua in contractum depositi, & sicut datur exceptio aliqua emptori vti, & tanquã emptori cõpetet, & dabitur vti depositario, & priuilegiato, prout de laico effecto clerico diximus. & sic nõ habebit locum dispositio d. l. si quis C. depos. vnde secundũ istam Baldi opinionẽ erit semper considerandũ, an sit merũ, & simplex depositũ, & procedat dispositio l. si quis C. depo. aut dependens, vel correspectiuum ad alium contractum, & regulabitur ẽm ipsius naturã, nec sibi locum vendicabit regula. l. si quis, qđ depositũ est priuilegiatum, & habet executionem paratam, & hanc Baldi declarationem secutus est, & notabilẽ reputauit Dec. in c. significasti. in fi. nu. 53. de elec. in l. 1. nu. 6. C. de eden. Soc. cons. 143. col. 4. lib. 1.
46 Sed considerandum est, † quod licet Bal. & sequacium auctoritas magna quippe sit, tamen mihi videtur aliquãtulum dubia: nãque regula subrogatorũ non procedit, cum in subrogato diuersa sit qualitas ab illo subrogante. Bar. in l. 1. §. fi. C. de præpos. agen. in reb. lib. 12. vbi sub nu. 4. dicit, quod seruiens per substitutum, debet seruire per hominem eiusdem conditionis. Bald. in l. perabolani. C. de epis. & cler. glo. & Ang. in l. stipulationes commodissimum. ff. de verb. oblig. in l. continuus. §. si ab eo. ff. eodem. vbi etiam Imo. Feli. in c. 1. in fi. de summa Trin. & fi. catho. Rip. in c. cum M. Ferrarien. col. 18. de consti. Hip. in rub. de fideius. col. 7. late Anto. Gabr. lib. 6. de reg. iur. conclu. 2. nume. 58. & non eundo per mẽdicata, & extranea suffragia, in materia depositi subrogati in locum mutui, & sic alterius contractus, vt illius naturã non assumant, tenent Scribentes in l. si quis nec causam. ff. si cert. peta. vt depositarius non teneatur de eo, ad quod est mutuo obligatus, vbi Ias. dicit hanc esse communem opinionem. sequitur Menoc. de arbi. Iudi. q. 54. sub nume. 32. vnde cum depositum sit diuersæ quali-

qualitatis, & conditionis à cõtractu, in cuius locum subrogatur, sequitur quod illius naturam, qualitatem, & conditiones assumere non possit.

47 Nono † quæro ad materiam l. si quis. C. depos. an possit opponi exceptio inobseruantiæ, vt regula, frangenti fidem, fides frangatur eidem, l. cum proponas, la 2. C. de pact. procedat etiam in contractu depositi, præsertim correspectiuo, vt possit dari retentio, vel similis exceptio. & vtique Soci consil. 143. col. 2. in fine,
48 tenuit, quod sic ea ratione, † quia dispositio l. si quis, est fundata in perfidia tollenda, vt ibidem dicitur in verbis illis, ad perfidiam reducatur. Vnde ea cessante, quia depositario non seruantur promissa, nec ipse seruare tenetur. l. adigere, §. quamuis, de iure patr. c. cum cessante, de appel.

49 Ampliatur, vt procedat stante iuramento, † quia regula. l. cum proponas procedit ẽt stante iuro, vt post alios tradit Imo. in c. 2. de iureiu. Ias. in d. l. cũ proponas, nu. 6. & de facili, ni fallor, dici potest Socini consideratio, quia in cõtractibus bonæ fidei, prout est depositum, vt supra vidimus, procedit regula l. cũ proponas, vt per Bart. in l quæro, §. inter locatorem, ff. loca.

50 Decimo quæro, † an priuilegia l. si quis. C. depos. competant cessionario deponentis. & vtique non, si intentauit vtiles actiones, secus si directas, respondit pulchre Soc. cõs. 143. col. fi. vol. 1.
51 pro quo facere videtur, quod licet cessionarius sit proprie creditor, vt dicit communem Dec. in 1. lect. in fi. Niger Volunus, & Bologninus in l. 1. in fi. ff. si cer. pet. Viui. lib. 1. opi. 34. quo circa prærogatiuis omnibus instrumenti, quod illi cessum est fruetur. communi. opi. attestata per Viui. lib. 2. opi. 166. non tamen illis potietur priuilegijs, & prærogatiuis, quæ ipsi cedenti competunt. Bart. in l. post dotem, nu. 35. ff. sol. ma. vbi declarat verum in cessione voluntaria, & quando intentatur vtiles actiones, secus si directæ, ꝙ quomodo cognoscatur ponit Bartol. in l. post diuersas, vbi etiam Bald. numero 21. C. manda. & hæc est communis opinio. Alex in l. post diuortium, ff. sol. mat. Iaco. à San. Georg. in l. vnica, nu 39. C. ne liceat potentio. Ema. Soar. in suo thesau. litera C. nu. 49. Cautus igitur erit depositarius ad depositi restitutionem conuentus si vult aliqua exceptione se tueri, præsertim aduersus cessionarium deponentis, vt videat, an intentauerit vtiles, vel directas, vt dictum est.

52 Vndecimò † quæro ad materiam l. si quis. C. depos. an depositario conuento competat exceptio temporis, quia deponens repetat ante tempus in contractu appositum. & vtique non, cum

depo-

deponens possit ante tempus depositum repetere. l. 1. §. si sic, vbi Bar & Castrens. ff. depos. bene facit l. cum Cornelius, ff. de solu.

53 Declara † hanc regulam, vt procedat in eo deposito, quod fit ab ipso deponente, & ipse volens, ac sponte sua deposuit lite pẽdente, vt plerunque fit, nam tunc is repetere non poterit, nisi lite finita, aduersariove victo, aut aliàs, secundũ glo. in l. si oleum, in princ. & ibi Bart. & alij ff. de dolo, vt late per multa respondit Paul. Castr. consi. 433. col. fin. versic. 3. ostendere videtur, lib. 1. & idem Castr. in l. acceptam, col. 1. C. de vsuris, loquens de cõsignatione, & depositione, quæ fit ob partis recusationem, dicit quod si ea facta fuerit authoritate Iudicis, non poterit depositarius restituere deponenti, sine eiusdem Iudicis autoritate, argumento l. si proponis. C. de nupt. & authent. contra si filij. C. de diuort. & ita dicit intelligi, quod habetur in l. acceptam, & idem quoque respondit Rom. consi. 287. in proposito consultationum, vbi ad hoc alleg. l. si oleum, in principio. Foller. in pract. cens. in verbo gratiæ, num. 54.

54 Declaratur secundo, † quando quis deposuit ex solo ipsius cõsensu, secus si ex consensu vtriusq; partis, altera earũ deposuit; nec .n. tunc repetere poterit, nisi finita causa, ob quam id factum est, vel nisi stet per aliũ quominus sit finita, aut Iudex auditis partibus idipsum statuerit. Bal. in l. fi. col. fina. ver. caueat tamen. C. de bon. author. iudic. possid. consi. 104. col. 1. lib. 1. & est ratio in promptu, ne id quod duorum consensu, & voluntate factum est, vnius tantum dissensu resoluatur l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur.

55 Declaratur tertio, † vt non procedat in vsurario, vel aliud quidpiam pro restitutione vsurarum; nam non poterit is pœnitere, nec depositum reposcere, sed eo inuito poterit episcopus id depositum in restitutionem vsurarum conuertere, vt ex facto respondit Bal. consi. 83. in primis videndum est, in primo dubio, lib. 1. commendat, & sequitur Ias. consil. 213. nobilis Melchior. col. 4. versi. al ibi decidit Bal. lib. 2. Tiraquel. de retract. conuent. §. 5. glo. 9. nu. 4. dicens singulare, & alibi non reperiri, & est notabilis limitatio ad materiam l. si quis. C. depositi. & quatuor sunt casus, in quibus depositum non est reddendum, quando petitur. primus, quando quis gladio deposito efficitur furiosus, quia non est reddendum etiam stante iuramento, Cano. si quis, §. illud, 22. q. 2. Secundus casus est, si deponens deportetur, vt superius vidimus. Tertius, quando fur, & dominus cõcurrunt, quia dominus præfertur, vt vidimus. Quartus, quando fur deposuit apud dominum, cui subripuit. Summa Ang. in verbo depositum, num. 10.

no. 10 quintus si est consensu, vt interim vtatur. Ias. in l. nummis. nu. 17. ff. de in lit. iuran. Declaratur quarto in deposito propriè, nō impropriè, Matis in vero depositum.

56 Ex † quibus supra adductis infertur correlariè notabilis limitatio ad l. sicut. C. de act. & obl. vt procedat, quando ex prima voluntate mea esset alteri ius quęsitu: tunc enim cōtractus, ex postfacto sunt necessarij, ne tertio præiudicetur, alias secus, prout in deposito, quod cum fiat gratia deponentis tantum poterit repetere ēt ante tempus, cum nullum ius depositario acquiratur, secus in commodatario, cuius gratia commodatur. l. in cōmodato. §. sicut. ff. cōmodati. attēde id, quod iam diximus, in præsenti quęstione, in prima eius declaratione circa depositum factū de commissione Iudicis, vt non possit nisi lite finita reuocare, vel restitui, quia vidi contrarium iudicatū, si iudicatum dici meretur, per quendā Potestatem, & quidē ex nobili familia ortum, qui de anno 1583. absque alio exceptionē relaxauit contra depositariū, allegata simpliciter regula l. si quis. C. depos. & constabat sibi quod depositum erat factum lite pendente de commissione Iudicis, tunc temporis causæ, sed compatiēdum est, quia omnium habere memoriā, &c.

57 Duodecimò † quæro, ad materiam l. si quis. C. depos. an in moratoria, vel aliqua dilatoria etiam à Principe concessa comprehendatur debitum ex causa depositi, ita vt depositarius quandoque conuentus, de dilatoria opponere possit. Boer. tenuit, quòd non, decis. 296 nu. 4 dicens ita fuisse per Arrestum iudicatū, quia ex dispositione d. l. si quis, depositum est priuilegiatum, in hac materia ceteris solutionis, sed modis omnibus illico, & quam celerrime restituendum sit.

58 Declara, † nisi in precibus essent petitæ induciæ etiam ex causa depositi, vel Princeps hoc expressisset, se concedere etiam ex causa depositi, vel aliter constaret de voluntate concedentis, quòd voluerit comprehēdere etiam depositum Cucch. in tract. de morator. nume. 77 subdens, hoc in practica esse diligenter notandum. sæpe enim contingit nummularios, qui versuram fecerunt a Principe huiusmodi securitates, vel saluosconductus impetrare, & creditores eorum, vt plurimum sunt ex causa depositi, quare videntur eis tales securitates non præiudicare, nisi specialiter expressum fuisset, cauti tamen sunt, nec quicquam omittere solēt, quo tutiores efficiantur.

59 Declaratur secundo, † vt non procedat in deposito ficto, vel simulato, prout est, cum re vera agitur alius contractus, puta mutui, sed ei datur nomen, & titulus depositi, ad hoc, vt ma-

ioribus

foribus priuilegijs fruatur. Bal. ad l. in contractibus. §. 1. C. de non nume. pecu Cucc. vt supra, nu. 80. & diximus superius in materia priuilegiatorum.

60 Ex † quibus correlariè habes limitationem ad l. quotiens. C. de precibus Imperat. offer. vt non procedat in contractu depositi, modo quo supra declaratum est.

Decimotertio quæro, depositarius vsus est pecunia deposita, & sic factum commisit, vt supra dictum est, vult cedere bonis, an audiatur. vtique non, respondit Brun. de cessione bonorum, in 4. par. princ. q 17. & iterum, q. 20 nu. 5.

61 Ex † quibus infertur, quod dispositio l. vnicæ. C. de cessio. bon. non habet locum ad fauorem depositarij, qui pecunia depositata vsus est, ne ex improbitate sua præmium consequatur.

62 Decimoquarto † quæro ad materiam l. si quis. C. depos. an procedat, quando de deposito non constat per instrumentū publicū, & autenticum, sed per testes. vide supra in hac eadem materia, de restitutione depositi, & inferius de probatione depositi.

63 Decimoquinto † quæro ad materiam l. si quis. C. deposi. an in repetitione depositi competat exceptio quietationis generalis depositario factæ, pulchra sanè est, & delectabilis, & Franc. Marc. decis. 146. par. 1. de hoc in villa interrogatus respondit, quod non, duplici ratione. primo, quia in generali liberatione non videtur remissa actio realis ad rem l. Aurelio. §. Meuio. de liber lega. facit l. sponsal. ff de sponsa. Secundo, quia absolutio quantumcunque generalis facta tutori, vel alteri, non se extendit ad bona, quę apud absolutum essent de bonis absoluentis. l. dominus Stico, §. fi. & ibi Bar. ff. de pecul leg l si quis rationes. ff de libe. leg. l. si seruus vetitus, de leg. 1. l. tres fratres. ff. de pac. Veronen caut. 284.

64 Pone † quod sit dictum in quietatione ex quacunque causa quomodolibet dicenda, vel sit dictum, omnia, & singula, vel sit dictum, cuiuscunque summæ ex quacunque causa, an per hæc, vel similia verba dicatur comprehensa causa depositi. vtique, licet talia, vel similia verba operentur, vt generalis quietatio nō restringatur ad causas specificatas, vt per Soc. cons. 103 col. pen. in fin. versic. his non obstantibus, &c. lib. 3. Alex. cons. 117. col. 1. vol. 1. & hæc est communis opinio. Bertran. cons. 230. col. 1. versic. sed his non obstantibus. vol. 2. Nicel. concord. 292. Iacob. in l. si de certa. vers. sed quæro, nunquid. C. de transact. tamen non videtur comprehendere causam depositi, cum sit de bonis existentibus apud absolutum de bonis quietantis, etsi quietans fuisset interrogatus de facili sic respondisset, vt per gl. ad l. tale pactum. §. fi ff. de pact.

Decimosextò

65 Decimosexto † quæro ad materiam l.si quis. C.depos.an depositario iniuste grauato competat appellatio, & consequenter an remedium l.vnicæ C.si de momen.poss.habeat locum contra depositarium. Bal.in d.l.vnica,nu.8.tenuit, ꝙ remediũ d.l. non procedat in iudicio detentatorio, vel rõne custodiæ sequitur Nicel. concor.6.vers.sexto fallit,nu.31.ac 32.dicens ex sñia Martiani Iurisconsulti bis fuisse iudicatum per collegium Mediolanense.idẽ affirmarunt Bal.in l.2.nu.22.C.de episco audien.in commodatario loquens,qui non põt petitorium iudiciũ mouere, atq; ita illatum damnum reparare Bar.in l.2.nu.3.ff.de appel.recipien. Castren cons.46.super eo, ꝙ quæritur,col.2.vers pro hoc facit,lib.1. Dec.in l.1.col.3.vers.secundo quando. C.de bon. poss. secun.tab. Sali.licet sub dubio,in l.2.nu.9.C.quorum appel. non recipiũtur. Pedem.decis.25.nu.11.Iac.Menoc.de adipis.poss. remed.4.num. 865. & hæc est æquior opinio, & longe solidioribus rationib.fulcita, à qua in iudicando, & consulendo non est recedendum. Contard.ad l.vnica, lim.21.sub nu.3. C.si de momen.poss.sed aliqualẽ dubitationem facere videntur verba l.ibi, illico restituere modis omnibus compellatur, nec aliquam,&c.

66 Decimoseptimo quæro, † an depositario competat quatrimestre ad soluendum? vtique non,tenuit Bald.in l.si quis. C.depos. per verbum illico,ibi appositum.sequitur Alex.ad l.1. §.1. nu.10. ff.de verb.oblig.Purp.ad Ias.in l.1. littera B.C.de eden.

Ex quibus sequitur correlarie limitatio ad l 2.C.de vsur.rei iudic.vt non procedat in contractu depositi.& quod tẽpus importet dictio illico, statur arbitrio Iudicis Rom.cons.76.col.fin.Neuiz.cons.56. nume.9. vers.confirmo tertio. Crauet. cons.156. nume.17.Dec.in c.an sit,num.3.de appel.& cons.429. nume.4. Rip. in l.4.§ condemnatum,num.32.de re iud late Iaco.Menoc. de arbit.iudic.causis,lib.2.centur.1.casu 17.in fine,& casu 18.in fi.

67 Decimooctauo † principaliter quæro ad materiam l.si quis,C. depos. an in ea procedat dispositio l. quod dicimus, ff.de sol. & consuetudo communiter ad soluendum recepta, vt detur saltem depositario tempus decem dierum ad restituendum depositum, quod tempus communiter dari solet confessis, vt no.in §. omnis, in glo 1 in verbo,confestim Insti.de verb.oblig. vel saltem arbitrio Iudicis, vt per Rip.& Alc.in l.3 ff.de leg.1.vbi Rip. num.36. Alc.num.15 Iac. Comen.lib.1.q.c.3.num.2.in fi.Coras lib.2. Miscella.c.6.num.9.Iac.Menoc.de arbit.iud.lib 2.cent.1. c.27. in fi.
* vltra quem adde, quod ista est communis opinio, vt attestatur Port.in d.§.omnis, sub num 5.& vtique non, tenuit Castren.ad l. 1.§.est

1.§.est autem,ff.depos.vbi declarat quod l.quod dicimus, cũ materia, procedit in obligationibus dandi, in quibus creditor non debet statim venire cum sacco paratus, sed in contractu depositi est obligatio rem restitui,in quo nullum tempus dari debet si habet facultatem rei restituendæ, quia eo ipso dolo facit,quod non restituit,& hoc videtur confirmari hac ratione:nam depositarius non potest vti re deposita, vt dictum est. Vnde semper eam præ manibus habere præsumendum est. vnde ad quid tempus etiam miserabile dari debet. Secundo faciunt reiterata verba l. si quis, primo dicit illico, post superaddit modis omnibus. Posset fortasse dici, quod etiam depositario vocato ad depositi restitutioné detur saltem tempus decem dierum miserationis gratia indultũ ad depositi restitutionem, & hoc primo ex d.§. omnis, in verbo, confestim. & tamen hoc non obstante datur miserabile tempus decem dierum. idem videtur dicendum in l.si quis.C.depos.nam dicit ibi,illico compellatur, tamen miserabile tempus exclusum non videtur: nisi forte dicas, quod verba sunt directa ad diuersos effectus: nam verbum confestim,in §. omnis, respicit petitioné, & actionem,ibi,confestim peti potest,sed in l.si quis,verbum illico,respicit exactionem ibi,illico modis omnibus reddere cõpellatur,vnde adsunt etiá verba geminata vnde de vno ad aliud nõ videtur bona illatio. Secundo itaque loco,videtur posse suaderi hac ratione, grauatus in vno releuari dét in alio.l eum qui, ff. de iureiuran.l.secundum naturam,ff.de reg.iur. vnde condennatis ideo datur quadrimestre, quia lex miseretur eiusdem ob nimias defatigationes in litigando passas, cur non miserebitur depositarij ab omni fere exceptionis admissione exclusi,& qui est depositarius non ad sui commodum, sed deponétis tantum,& principaliter,vt supra dictum est, & si res iudicata, quæ pro veritate habetur.l.res iudicata,ff.de re iud.& ff.de reg.iur non est,vt ita dicam,tantæ potentiæ,vt inducere valeat subitam exactionem,cur depositario,qui est bonæ fidei, tempus miserabile denegabitur? Similiter trita est regula,& communiter obseruata,quod in confessum præsertim in iudicio iudicis partes sunt in exequendo,& tamen debitum in iudicio confitentibus datur ad soluendum terminus decem dierum, vt supra dictum, cur depositario hoc denegabitur? Vnum restat, quia depositarius semper præsumitur habere depositum in promptu,& præ manibus. vnde statim omni temporis mora postposita soluere potest, & debet,

68 Ex quibus postea correlarie infertur,† quod l.quod dicimus, cum materia,non procedit in contractu depositi. Illud præter-

mittẽdũ non est, quod Bar.no.in l.1.§.est aũt,per illum tex.supra allegatum,quòd si adsit noua causa, depositarius non potest cogi ad illius restitutionem, sed causa allegata discutienda erit.

69 Decimonono † ad materiam l.si quis.C.depos.quo iuris ordine procedat cõtra depositariũ & Bal.in l.acceptã.col.1.cir.me.C.de vsu.tenuit executiue ꝓcedi sine aliquo libello,& litis cõt.aliqua.

70 Cõtrariũ † tenet in l.si q̃s dicẽs, attendi ẽt ferias,& alia,q̃ in iudicijs ordinarijs attẽdunt,& in l.acceptã Bal. loqui vr̃.in depositario electo à iudice,cuius officiu executiue imploratur ad illius restitutionẽ.Primam tñ opi.tenet Rod Soar.in l.post rẽ iudicatã.nót.3.verẽ addi.41.Ex quib.correlarie infertur ampliatio ad l.1.ff de fer.&l.si.C.eo.& c.si ext de fer.vt procedat, & locũ habeat, cùm agitur ad depositi restitutionẽ.vñ feriarũ exceptio in iudicio depositi legitima est,& vtiq; in honorẽ Dei,secus in vtilitatẽ hominũ,cũ executiuè procedatur quodãmodo,& cã requirat celeritatẽ ex depositione,l.si quis.C.depos.& facit in simili, quia cã dotis,& priuilegiata,q̃ similiter celeritatem desiderat ad sustentandũ onera matrimonij, cognosci põt die feriata ob necessitatẽ

* hominum.Ang.in l 1.ff.sol. mat. cuius opi.in practica seruatur,vt testatur Campeg de dot.q.88.distinguendo,vt ibi per eum.

71 Vigesimo † q̃ro principaliter ad materiã l si q̃s.C.depo.an depositarius possit se tueri exceptione sc̃q̃ lex sibi iacit,dicẽdo sibi fuisse factã ꝓtestationẽ à tali,ne deposi.tũ soluat,vel restituat? & tex. in d l.si quis,in fi.tenet q̃d sic,& debet iurare.& in hoc,eius iurõ creditur,q̃d nõ procurauit sibi talẽ protestationẽ, vel sequestrum fieri,sed protestationẽ in se dẽt firmiter,& legitimẽ ꝓ are, vt ibi Bal.declarat,& singulare reputat Bar.in singularib suis, sing.16. Guid Pap.sing.544.& Petr Raue.sing. 128.Sed per auth. positam ad d.l si quis, talis exceptio reijcitur,Roman cons 4.n um.5.vol.4.

72 Quã † declara singulariter,vt ꝓcedat in ꝑsona extrinseca,& penitus extranea,q̃ in tali ꝓtestatione nõ audit ad impediẽdã restitutionẽ depositi,secus in herede impediẽte solui ẽt depositũ fidei cõmissario,q̃a auditur,nec in eo procedit dispositio d.auth.& rõ est in prõptu,quia heres quoad fideicõmissariũ nõ est extraneus, cũ hẽat directas,& ita declarãt Ang Imo.Cuma.& alij in l.hẽs,ff. ad Treb.vbi Cuma.appellat hãc limi.sing.& no.& subdũt ẽt aliud spã.c,q̃d licet sequestrũ, vel protestatio reuocet data cautione de cõseruãdo indẽnẽ ꝓtestatũ,tñ circa cautionẽ in deposito ẽ corre

* ctũ,vt Alex.attestatur esse com opi.in d.l hæres,col.2.circa med.

73 Illud non pterrnittã,† q̃d ad materiã auth sed iã.C.depo.ponit Rom.cõs.141 eximie Doctor,q̃d illa auth.& eius dispositio procedat,q̃n tertius extraiudicialiter,& nulla ꝑcedẽte causæ cognitione se-

 ne se-

ne sequestraret, vel inhiberet solutioné, secus si iudicialiter, & procedente aliqua causæ cognitione, & sic verbũ extrinsecus, in tex. appositum intelligitur ex mẽte Rom. extraiudicialiter, & nõ præcedẽte cãę cognitione, & q̃ sic illata causę cognitio, ponit ibi Rom.
74 Ex † quib. sequtur correlariũ ad intellectũ l. si ff. de lege cõmiss. & l. à diuo Pio. ff. de re iud. vt procedãt ét in deposito, qñ iudicialiter, & cũ cãæ cognitione inhibeatur. Et adde qđ no. Bar. in l. si a-
75 lienã, in fi. ff. sol. mat. † an tertius posit impedire restitutioné depositi; nã si extraneus veniẽs vult impedire restitutionẽ depositĩ agẽdo, & tũc impedit, l. bona fides. ff. depos. nisi ille, q agebat primo hẽbat tale ius, qđ pferebat vero dño, puta pignoris, l. 1. §. itẽ Põponius. ff. nau. cap. stab. itẽ verũ si extraneus veniat añ sniam latam p primo, secus si sñia esset lata p primo, & veniret ad impediẽdu executionem, de quo dic vt p Bar. in l. si is a quo. ff. de rei vẽd. qñq; extraneus, & tertius venit non agẽdo, sed protestando ne restituatur, & tunc procedat dispositio auth. sed tã. C depos.
76 Vigesimoprimo † q̃ro ad mat. l. si qs C. dep. an cõtra deponẽtẽ obstet exceptio dñij & Cin. & Bar. in d. l. tenuerũt q nõ, nisi fuerit admissa ex regula. l. in materia eius in l. pře furioso. ff. de his, q sunt sui, & in materia cumulationis adn. ussę sed Sal. fortasse melius distinguẽ dicebat, aut agitur condõne l. si qs. C. depos. & tũc opponi nõ põt per d. l. id expresse prohibẽtem; aut agitur actione depos. & opponi poterit de dño non tertij, sed proprio. similẽ dist. facit Bar. in l. si quis conductionis. C. loca. quẽ sequutus fuit Alex. cons. 43 nu 8. li. 4. Soc. sen. cons. 287. in prin. li. 2. & hæc cum Bar. in materia l. si quis conductionis, est com. opin. attestata per Meno. de recu pos. remed. 11 sub nu 46. psequẽdo, vt ibi per eũ.
77 XXII. † q̃ro. Depositarius conuẽtus opponit exceptionem metus, q. a fuit coactus soluere iussu Principis, Iudicis, Cõitatis, aut alterius superioris, nunquid dicat ex hoc excusatus? & vtiq; sic, si ad iniuriã creditoris, vel alia iusta cã nõ pueniẽte ex defectu deponẽtis, talis exactio fuerit facta. Cin in l. 2 in 2 C. q met. cau. vbi ét Bal. hoc firmat, & tenet Bar. & Cat in l. creditor ff. d. sol. late, & pulcrẽ Afs. deci. 150. vbi dt q cõsider int plura, s. iussus superioris ad iniuriã cred. vł alia iusta cã pueniẽte sine defectu deb. itẽ q verẽ & realiter soluit ita, vt ñ sufficiat pbare solutioné p cõfessionẽ illius, cui fuit factũ donũ p regẽ bn veru est, q Bar. i d. l. creditor, i fin dicit, q ad pbandã solutionẽ sufficit creditori exhibere promissũ, vel ãu i de nõ soluẽdo tali, put fieri vidimus cõtra ãnitos, & subdit Afflt. nu. 28 q si debitor per prius fuit in mora, postea superueniat culpa creditoris, qa ad eius postea iniuriã exigat, hęc cu pa pponderat ad excusandũ debitorẽ, q soluit. l. atil. i c. ex trãs-

missa.

missa.col.4.de pl. vbi post Cast. ab eo adductū dicit ita demū cōtingere liberationē, si debitor fecerit aliqualē resistētiā, & scd'm pceptū expectauerit, alias sec⁹, qđ ibi Paris.reputat multū no. Cagno. hoc ī practica cōmēdās ad l.nō vī.§.q iussu.ff de reg.iur.qb.
78 ēt adde Bal ī l.falsus, C.de fur.† vbi dicit q si deb. p viā facti est cōpuls⁹ ad soluēdū alteri, q̄ cred. & ipse deb. adhibuit oēm diligētiam suā, q̄ potuit ne solueret, tñ contra superioris imperium resistere nō potuit, tūc debitor est excusatus ēt si sit debitor generis, secus in priuato extorquente solutionē, quia in priuato compellente sunt remedia, vt ibi dicit Bal. vbi ēt subdit, quod debitor habere dēt bonam fidem, & legalitatem, nec tenetur subire carceres, vel cruciatū, sed agit quicquid honeste pōt, & sibi licet, salua salute sua. l.nepos Proculo. ff. de verb. sig. l. ea demum. ff. de ope. liber quib. ēt vltra alios adde Cuma. cōs. 145. vbi instruit depositarium coactum soluere qñ erit securus cum deponente.
79 Vñ reducēdo hanc vtilē materiā ad practicā, & forū, habemus cōsiderare multa. Primū coactio ei⁹, cui restitui nō potuit. Scd'm iniuria creditoris. Tertiū non culpa debitoris. Quartum, qđ fecerit quātū potuit debitor ne solueret, & adhibuit diligētiā. Quintū, non fuit in mora, vel infra tps legitimū purgandi moram. Sextum, si fuit solitū loci, puta, si ex cōsuetudine est solitū, qđ post tps solutionis debitores possent retinere penes se pecunias debitas, & interim fuerint coacte exacti, Ang. cōs. 311. prout patet, ex themate &c. col. 2. vbi formaliter dicit, quod adscribi nō pōt culpæ debitoris, si ex more, vel cōsuetudine expectatur per aliqđ tps. Septimū qđ constet de vera & reale solutione, nec satis est ad excusandū confessio illius, q recepit, psertim in piudiciū creditoris, & Tertij Cast. cons. 286. par. 1. pro quo facit glo. not. in l.
80 duob §. a fideiussore. ff. de iureiu.† quod fideiussor, non pōt agere ad indēnitatē, p confessionē simplicē creditoris, & illā gl. sequutus fuit ibi Bar. & licet multi cōtra eā tenuerint, satis est, q illa gl. innuit dfiam esse inter confessionē, & numerōnē, psertim ī
81 piudiciū tertij. Cōsiderari † dēt, & octauū requisitū, qđ talis cogēs, & iubēs, p metū minas exequi consueuerit. Bar. de tirā. q. 7. dēt ēt interuenire nonū requisitū, vt fiat denunciatio a debitore creditori, q a soluere cogitur a potētiori. Rui. cōs. 147. in fi. lib. 1. ex tex. in l. itē q̄ritur. §. exercitu. ff. loc. late Iac. Menoc. de arb. iud. lib. 2. cent. 2. casu 138. & si debitor, sit simpliciter exactus, & simus in dubio ita vt non appareat ad cuius iniuriā sit exactus, si est debitor, vel depositarius quātitatis liberatur. ita Baro. in d. l. creditor. in fi. vers. si vero accipit, & ibi Ang. ex l. lectos. cum l. seq. ff. de peric. & commod. rei vendi. Rui. cons. 167. num. 9. lib. 4.

82 Vigesimotertio quæro, an dispositio d. l. fi. obstet agēti rei vēdicatione asserēti se dñ n? Vtiq; nō, secus excipiēdo, vel contradicēdo tm̄, gl. in l. officiū. in gl. fi. ff. de rei vēd. & ibi sequit Bar. nu. 3.

83 Quid † in exceptione quinquennali? vtiq; nō obstat, si depositum sit in specie, vel pecunia. Boer. dec. 296. Vinc. Fran. decis. 151. & in materia præscriptionis de statuto excludente creditorē infra tale tēpus, an comprehendat depositū? Corn. cons. 32. vol. 1.

84 Redeūdo ad principalē materiā, de qua ī. scd'a sit cōclusio † depositari⁹ tenet d' casu si culpa pcedat casū, & sit ordinata ad ipsū, ita gl in d. §. preterea i verb. dolo. i fi. Bar. in l. si vt certo, §. iterdū, ff. cōm. Cast. ad l. i reb. ff. eo. ti. Dec. & Cag. ad l. cōtract⁹, ff. d reg. iur.

85 Et † culpa pcedit casū trib. modis. Primo, si nō fecit qd' diligēs homo fecisset. Secundo, si fecit cōtra conuentionē. Tertio, si contingat facto domesticorū, vel seruorū. Papien. in forma libelli. ad fcit. præstar. in verbo, inuestiuit, nu. 10. Castren. in l. videamus. in princ. ff. loc. dixi in tract. de loc par. 1. tit. de casibus, & periculis.

86 Tertia sit cōcl † depositarius tenetur de casu si ita conuentum sit. l. 1. §. sæpe, vbi gl no ff. depos. l. iurisgentiū, § sed & si quis ff. de pact. l & Actiloni ff mand l. 5. §. nunc videndum. ff. commo Bursa. cons. 112. nu. 7 Sebast. Med. de casibus, par. 2. q 10. num. 70.

87 Quid † in casu insolito? multi tenuerunt, quod veniat etiam casus insolitus, vt Ang Fulg. Cast. in l. sed & si quis, §. quæsitū, ff. si q̄s caut. vbi Alex. sub nu. 5. dicit hanc esse veriorē opin. idē tenet in l. pretia rerū, ff. ad l. Fal in fi. Dec. cons 7 col. fi. vers quarto illa opi.
* & hæc est cōm. opin. a qua in iudicādo, & cōsulendo non est recedendū, vt per Ias cons 107. col. pen vers & primo, vol. 1. Cōtrariū tenuit Bar. in l si lulas, § frumēta, per illū tex. ff. de cont. emp. l. Seia, §. Medico, ff. de annu. leg. Bal. in l talsus. col. pen C. de fur. Ang. cons. 174. per totū. Alex cons 108. col pen. lib. 3. & cōs. 28. vol. 2. & cōs. 33 vol 2. Aimo, cōs. 95. nu. 2. Paris. cons. 68 nu. 24. vol 1. Fel in c. sedes, col. 3. de resc Soc. cōs. 123. nu. 5. & seq. vol. 4. Ant. Alex. cōs.
* 35. col. 1. Fel. cōs. 43. n. 7. & hæc est cōm. opi. Rip. in tract. de pestc. in c. de prin. pest. nu. 97. Grat. idē attestās, & ab ea in iudicādo nō esse recedendu, cons 94 nu. 7. vol 2. Ias. in d. §. quæsitū. dicens hoc esse practicabile, & quotidianū, inferēs in simili ad qōnē in mea patria Tudertina admodū scitu necessariā, quod en ēs granū ad credēti ā pro pretio, quo valebit de mēse Maij, nō teneat ad summā immoderatā si eueniat, quē sequutus cōmēdat Flor. de in lit. iuran. §. 4. n. 69. Io Lup. de vsu. §. 8. in fi. ad l. Cur. nu. 168. vbi declarat veru stāte hora irregulari, secus vera & regulari. q̄ opin. quasi æqua, & cō iudiis cōiter reprobatur à negotiatorib. frumētarijs.
** & hęc est magis cōm. opi. in materia casus insoliti. Ant. Gab. li. 6.

de

de reg. iur. concl. 4. sub nu. 17. in fi. Turza. opin. 143. vers. aduertendum, Soar littera C, num. 28. vbi citat inter alios Ari. Pin. contrarium tenentem, & respondentē argumentis contrarijs in 42. par. 1. c. 3. num. 29. vers. sed in eo, & nu. 30. C. de rescin. vendit.

Ampliatur ista cōclusio, vt procedat maxime stante iure. Imo. in c. cū contingat, col. 63 in 3. mēb. de iuretur. Cors. in tract. de iuretur. priu. 38. Machel. patroc. 6. nu. 1. Neutz. cons. 95. nu. 5. Alc. respon. 157 nu 7 Iac. Menoc cōs. 27. nu 18. vol 1. vbi dicit casum dici insolitu, qui à Principis obseruantia dependet. Iac. Manel. cōs. 1. nu. 5 & hæc est magis com. opin. Port. cons. 143. nu. 6. cū seq. & cons. 144 nu. 9 Cels. Hug cōs. 18 nu. 2 Laur. Cliu. com. opi. cent. 1. concl. 27. & ita sæpius iudicauit etiā sacrum Rotæ auditorium, vt per Moled. dec 236. late Burs cons. 81. vol. 1. & dr̄ casus insolitus qui non occurrit spatio 60 annorum, ita, vt hominum memoria probari nō possit, & ita pluries declarauit Rot. vt per Paleot. decis 138 dicens in vna Nursina, ita fuisse iudicatum, Nat. cōs. 449. lib. 2. licet multi antiquitus tenuerint casum dici insolitum, qui contingeret de mille annis semel, vt per Bart. in l. Seia, §. medico, de annu. leg. Corn cons. 231. vol. 2. & cons. 12. vol 4. Dec. consil. 7. col. pen Socin. in l. si ex toto, in 4. concl ff. de legat. 1. Alex. consil. 107. col. pen. vol. 3. Crau cons. 95. Paris. cons. 105. nu 12. vol. 4 Gozad d. cons. 27. nu. 4. Vel dicitur casus insolitus, quando nunquā, vel raro euenire solet, quod ferè idē est, & ita tenuit Alex. cōs. 31. col 4. vol 2. & 108. col. pen. vol. 3 late declarat Grat. cons. 94. nu. 43 cum pluribus sequent. vol. 2. Ias in d. §. quæsitum, nu. 39.

88 Quid † si in instrumento sint appositi, & specificati aliqui casus noui? vtique venient casus insoliti, respondit Dec. in l. 1. in princip. in fi. verb. ff quod quisque iuris.

Quid † si casus insolitus veniat ex natura contractus? vtique venit. ita respondit Ruin post alios, cons. 171. nu 10. vol. 4.

89 Pone † quod in instrumento apponantur verba prægnantia, puta, si dicatur, talis depositarius suscepit in se omnem casum fortuitum tam prouisum, quam improuisum, tam cogitatum, quàm non cogitatum, an tunc teneatur de casu insolito. vtiq; non, si est casus, de quo nullus etiā prudētissimus cogitare potuisset. Corn. cons 174 lib 7 Redoan. de rebus eccle. non alienan. q. 18. versic. multi autem. Et videtur Corn in allegato cons. 12. vti quadam distinctione casuum, quidam enim inquit, sunt casus insoliti, qui verisimiliter à quouis prudenti viro cogitari non potuissent, & hi non comprehendūtur sub quauis prægnanti verborū conceptione, & hoc etiā modo procedat Bar. & sequacium opinio. quidam

secundum eundem Corn. sunt casus fortuiti insoliti, sed non ita insoliti quin a viro prudenti, & diligenti præuideri nõ potuerint, & istos nõ excusare, qui eos suscepit, & hoc modo procedit Bal. & aliorum opinio, & hanc Corn. distinctionẽ spõte sequuti sunt Ripa in tract. de peste, in tit. de priuileg contractuũ, nu. 99. Rub. in d. §. quæsitum, nu. 51. in fine. non omittam tamen, quod Craue. consi. 294. col pen. ver. 8. videtur impugnare Corn. distinctionem, qñ in instrumento essent apposita verba valde prægnantia, & fuit specificatum de casib. præuisis, & non præuisis, quia aliàs talia verba essent superflua, & nihil operarentur, sed duriuscula videtur hæc Aimo. consideratio: non. n. modo aliquo dici põt cogitatũ, ꝙ nũquã euenit, vel si euenit, id miraculose quodãmodo, & præter omniũ, & maxime prudentũ virorum opinionẽ, qui nec talia cogitare potuerunt, vt rectè modificauit, & tẽperauit Iacob. Menoch. hunc verborum furorem, de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. cas. 80. sub nu. 6. in fine, qui tandem post multas ab eo relatas Doctorũ opiniones, dicit casum appellari insolitũ arbitrio Iudicis, attẽta qualitate facti, de quo agitur, & casus occurrit, & innuit Tiraq. ad l. si vnquã, in verbo omnia, nu. 31. C. de reuoc. donat. Ex cuius dictis correlarie infertur limitatio ad l. si quando, ff. de lega. 1. & ad c. 1. si Papa, de priuileg lib. 6. quod verba debent aliquid ope-
90 rari, immo dixit Bal. in rubr. ff. de contrah. empt † quod quodlibet verbum etiã minimum in instro appositum debet intelligi cũ effectu aliquid operandi, quia hoc ex deductis intelligitur nõ Iudaice, sed cum grano salis, vt sit casus, qui saltem a prudenti viro excogitari, & præuideri potuerit, & nõ quod miraculose eueniat, & præter omnium, & prudentum virorum æstimationem.

91 Sed pone, † quod sit dictum in instrumento, etiam si talis casus esset, qui indigeret magis expressione speciali, & veniret inopinate. Alb. tenuit venire casum insolitum, cons. 1. nu. 1. Petr. Sarnet. in tract. de assecuratio. par. 4. in prin. putarem tamen æquius esse cum distinctione Cornei. Vide tamen latius in tractatu locat. & conduct. vbi plenius tetigi materiam istam.

Pone vnum de facili contingens, quid si præcessit protestatio. Immisisti aliquid in domũ meã, & protestatus sum ne immitteres, ablatum est, nunquid tenear stãte protestatione præcedente? Bar. tenuit, quod sic, & sequuti sunt alij in l. pacta nouissima, C. de pact. p l. cũ ĩ plures, §. locator, ff. loca. Alex ad l. si vbi, ff. d' act. emp.

92 Quarta in proposito sit conclusio, Depositarius tenetur de casu fortuito, si dolus præcedat, l. 1. §. si rem, ff. deposi. vbi depositarius alienando rem depositã tenetur de casu, etiam si postea redimat,

dimat, vbi Castren. declarat esse differentiam in hoc inter culpā, & dolum; nam culpa debet esse ordinata ad casum ad hoc, vt depositarius de culpa teneatur de casu, vt §. vidimus in materia casus depositarij, concl. 2. secus tamen est in dolo, quia nō est necesse, quod sit ad hunc effectum ordinatus ad casum; nam in d. §. si rē, non perit res, quia fuit alienata per depositarium, in qua alienatione fuit commissus dolus, & tñ depositarius tenetur de dolo, secus in culpa, in non faciendo, quia debet esse ordinata ad casum, vt supra vidimus, & per eundem Castren. ad l. si vehenda. §. 1. ff. ad l. Rhod. de iact. facit l. & in totum. ff. de impens. Nec depositarius in hoc excusatur rem redimendo, & sic colligitur notabilis regula tam in materia depositi, quàm in alijs contractibus, quod mora commissa in faciendo, non purgatur rem redimendo.

93 Declaratur † vt procedat quoad vitium personæ, quę nihilominus tenetur de casu, & de furto, secus quoad vitiū rei. ita per illum tex. tenēt gl Bar. & Castr. qui loquitur in terminis depositi, in l. sequitur. §. idem Labeo. ff. de vsucap. in l. qui ea mente. ff. de fur.

94 Ex quib. infertur postea per præallegata iura decisio quæstionis, si emphiteota alienat irrequisito domino, si postea recuperet non euitabit pœnam priuationis. ita dixit Bar. in l. sequitur. §. Labeo, superius allegata, vbi Imola dicit hanc esse communem opinionem. idem testatur Ripa in l. cum bona, nu. 20. ff. de priuileg. cred. Alex. in l. si a me, nu. 3. ff. ad l. Falcid. in l. si insulam, num. 40. ff. de verb. oblig. Imo. in c. potuit, num. 48. in fine, de locat. Guido Pap. cons. 192 nu. 1 Grat. cons. 133. nu. 2. lib. 2 Dec. consil. 181. nu. 6. Ias. in l. si nu. 135. C. de iure emphiteot. Ripa ad l. in quartam, nu. 55. ff ad l. Falcid. Socin. Iun. cons. 20. nu. 38. lib. 1. Iul. Clar. in §. emphiteosis, quæst. 13. vers. sed quid si emphiteota, vbi post multos attestatur hanc esse communem opinionem, vide tamen, & doce clericos. Butr. cons. 34. vbi in fi. dicit, quod clerici non debēt esse tenaces, & vide late Parisien. in consuet. Parisien. §. 13. glo. 5. nu. 4. Bonacos. de æquita. Canon. conclu. 34.

95 Declaratur secundo, † vt procedat in alienatione rei tuæ, secus in alienatione rei debitæ, quia isto casu non tenetur de interitu, ita hunc textum, & regulam eius declarat Ias. post Castrens. ad l. quod te, sub nu. 4. ff. si cert. pet. per textū, quem reputat notabilē in l. si venditor, in prin. la 2. ff. de hered. vel actio. vend. & per l. si eum quē ff. de noxal. & sic videtur colligi ex hac declaratione, quod nō procedit ratione depositi, sed quia alienasti rem meam, vnde & in commodato, & similibus procedat.

96 Declaratur † tertio. §. si rem, & eius materia, vt procedat, quan-

do furtũ est cõmissum in tota re deposita, & in eius alienatione, secus, si in vsu tantum. ita declarat gl. Bar. & alij in l. qui furtum, in §. ff. de cond. furt per l. qui iumenta. cum ibi notat. ff. de fur.

Ex quib. omnib. per modum compendij colligi vr̃ distinctio, si quæratur, an per redemptionem rei liberetur moram purgãdo ab interitu rei. sic ex superius adductis distinguendum vr̃, aut aliena tur res tibi debita, aut res tua. primo casu per redemptionẽ, liberatur quis ab interitu rei, l. si venditor, allegata. secundo casu, aut sumus in simplici vsu, aut in actu alienationis. primo casu nõ tenetur de casu, d. l. qui furtum, secundo casu excusatur redimendo a vitio rei, secus a vitio personæ, d. §. idem Labeo.

97 Quinta sit conclusio. † Depositarius tenetur de casu fortuito, si fiat gratia recipientis, l. si quis nec causam, vbi multi cum Ioanne ita tenent, ff. si cert. pet. pro cuius opinione facere videtur textus in verbo periculo, quod importare videtur casum fortuitum. l. sed & si quis, §. quæsitum, ff si quis caution.

98 Secundo † facere videtur regula de subrogato, vt illius naturã assumat. l. eum qui, §. qui iniuriarum, ff. si quis caution. vnde cum depositum illo casu sit loco mutui, ergo illius naturam assumet.

* ~ Contraria opinio est verior, & magis communis, vt ibi Iaf. testatur i ib nu. 25. & superius pluries retuli.

99 Quæ † declaratur ibi per scribẽtes, vt procedat in deposito regulari, secus in irregulari, quia tũc sapit naturã mutui, & sic periculum spectat ad depositariũ, & sic patet solutio ad argumẽtum de subrogato, & superius aliàs diximus, vt nõ procedat in subrogato diuersæ qualitatis, & hæc opin. cõfirmabilis vr̃ hac rõne, q̃a cõmodatũ ẽt fit rõne recipientis, nõ tñ tenetur de casu fortuito, nisi culpa præcedat casum. l. in cõmodato, in princ. ff. cõmodati.

Sexta sit cõcl Depositarius tenetur de casu, qñ res depositi perierũt, & suę sunt saluæ. Abb. in c bona fides, de depos. Sebast de cas. p. 2. q. 10. nu. 5. vbi ex mẽte Paris. infert ad eũ qui deposuit pecuniã apud illũ q̃ fuit a multis. derobatus, nõ teneatur. Paris. cõs. 131. nu 4. vol. 4. Et qm̃ periculi materia valde quotidiana, & vtilis est, & in legibus in materia depositi loquentibus passim de eo fit mẽtio, ideo ad studiosorũ, & practicę vtilitatẽ, iux. receptã Bar. theoricam, decreui ponere, & inserere in præsenti aliquos vtiles, practicabiles, & resolutas cõclusiones, q̃ deseruient nedũ in materia depositi, sed locati, cõmodati, vẽditi, & aliorũ contractuũ.

100 Prima igitur in materia sic periculosa conclusio. † Suscipiens periculum in se tenetur de casu fortuito, si ante contractum tenebatur de periculo, l. periculi, ff. de nautico fęnore.

Ex

101 Ex quibus sequitur correlariũ, † quod in materia tractatus de nautico fœnore, periculi appellatione venit, & intelligitur etiam casus fortuitus. Ex qua etiam l. datur obiter etiam limitatio ad l. incendium C. si cer. pet. quod sit regula, quod periculum rei spectat ad debitorem fallit in nautico fœnore, & periculi appellatione veniet etiam casus fortuitus, vt dictum est.

102 Secunda sit in materia periculi cõclusio. † Suscipiens periculũ in se tenetur etiam de casu fortuito si suscipiens ante initũ contractum non tenebatur, & rei possessio ad suscipientem non est translata. l. si in venditione, in princ. ff. de peric. & cõmo. rei vẽdi. vbi licet regulariter periculũ rei venditæ ante traditionẽ spectet ad venditorẽ, præsertim in cõtractu cõditionali, prout erat ibi. l. necessario § ꝙ si sub conditione. ff. eod. tit. tñ fallit nisi per pactũ aliter factum sit, quia hoc seruari dẽt, & si pendente conditione res pereat & sic veniat casus fortuitus, periculũ est emptoris, iuxta legẽ conuentionis, & eo non obstante agi põt per venditorẽ ad pretiũ ex empto actione orta ex contractu primæuo conditionali, & cõseruata in esse per pactũ periculi incontinenti apposituũ, iuxta intellectũ Pauli Castrẽs. ad hunc textũ in l. petens, sub nu. 17 C. de pact. quẽ ibi sequitur, & cõmendat Alex. sub nu. 15. dicẽs esse verũ intellectũ ad illũ textũ, vel actione ex pacto incontinenti apposito, ꝓut Ias. ibi nu. 21. & Dec. nu. 22. audacter affirmãt.

103 Ex quib. sequitur correlarie, † ꝙ in materia tituli emptionis, & venditionis simpliciter, periculi appellatione cõtinetur casus fortuitus, & procedit siue loquamur in venditore, qui ex natura contractus tenetur ante traditionem, siue loquamur in emptore, qui ex pacto periculum susceperit, iuxta d. l. si in venditione.

104 Secundum † infertur correlarium, limitatio ad l. necessario. §. quod si sub conditione. ff. de peric. & commo. rei vendi. vt non procedat si per pactum aliter conuentum sit.

105 Tertium infertur correlariũ, † ꝙ pactum de susceptione periculi per emptorem non est contra naturam cõtractus, ex quo valet, & obseruari debet, ad materiam l. cum precario. ff. de precar.

106 Tertia † sit ĩ materia periculi cõclusio suscipiẽs periculũ in se, si primo ex natura cõtractus nõ tenebaẽ, & possessio in suscipiẽtẽ translata est tenetur solũ de leuissima culpa, si ex natura contractus veniat solũ leuis culpa, prout in locato. l. opus. ff. locati. Circa cuius l. intellectũ, vt cõclusionis veritas appareat notãdũ est ꝙ cõducere, vel emere quis per auersionẽ dr̃, cũ res multæ simul atq; aceruatim vno pretio vendantur, vel locãtur, siue illæ pluriũ sint generum, siue vnius, sed numero, pondere, uel mensura diuidantur,

dantur, ab auertẽdo sine litera D, interiecta, quasi cũ oĩa simul vnoque tanquam ꝑ euerriculũ euerrantur. vnde hr̃ in l. 4. §. 1. ff. de peric. & cõmo. rei vendi. si auersione vinum venit, custodia tantũ præstanda est. & in §. seq. vino aũt per auersionẽ vendito finis custodiæ est auehendi tẽpus, idest non ad mensuram, prout hr̃ in l. 2. §. 1. ff. eo. tit. & in l. 62. §. 2. ff. de contrahen. emp. res in auersione empta si non dolo venditoris factũ est, ad periculũ emptoris ꝑtinebit. vnde respectu venditoris, vel locatoris per auersionẽ litera D, dempta, respectu verò conductoris, vel emptoris apposita litera D per aduersionem facile dici poterit, vt quæ ad nos emẽdo, vel conducẽdo aduertimus ab alio locãte, vel vendẽte auertimus. patet igitur in d. l. opus. quid sit opus per auersionẽ locatũ.

107 Vlterius † ad propositum cõclusionis supra positæ exponit ibi Accurs. verba I. C. vt res periculo conductoris, idest vt de leuissima culpa teneatur, & illum tex. ita ibi, ad hoc no. Bar. sub num. 5. quæ conclusio limitatur, vt non procedat, qñ suscipiens in se periculum, aliàs tenebatur de leuissima culpa: tunc enim, vt verba aliquid operentur tenebitur etiam de casu fortuito, per text. in l. itẽ quæritur, §. si gemma, ff. loca. ibi enim locauit operas suas tanquã artifex: & ideo quia videtur se asserere peritũ tenetur de leuissima culpa. l. si merces, §. pen. ff. de pecul. ideo pactum de periculo, vt aliquid operetur, intelligetur de casu fortuito ex regula l. si quando. ff. de leg. 1. & ita illum tex. singularem dixit Rom. singul. 442. tu habes. Comen. singulare quoq; appellauit, cons. 85. si Laurentius, col. 1. in fi. proportionabiliter etiam, & pari ratione dicẽdum est, quod si suscipiens periculum in se tenebatur de casu fortuito, tunc tenebitur etiam de casu fortuito culpa aduersarij obueniente, dummodo dolus absit, vt pactum aliquid operetur. l. qui officij, §. fi. ff. de contrahen. emptio. Ripa in tracta. de peste, in prin. nu. 80. & ad intellectum l. opus. vide Alc. lib. 7. parerg. c. 28.

108 Quarta sit conclusio, † suscipiens in se omne periculum cum iuramento, non tenebitur per hoc de casu fortuito, & hæc est cõ-
* mu. opi. & per Rip. in tract. de peste, in prin. nu. 84. cuius decisionis ea videtur ratio, quia iuramentum non ampliat dispositionẽ vltra consensum iurantis. l. fi. C. de non nume. pec. Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideius. Aret. cons. 24.

109 Quid si dicatur, † suscepit omne periculum, & fortunam? vtique videbatur dicendum, quod per hoc non teneatur de casu fortuito, quia fortuna dicitur bona, & aduersa. l. licet. C. de pact. l. fi. C. de temp. appel. l. 1. C. quando Imper. inter pupil. & vid. tamen
* commu. opi. est, vt per hæc verba teneatur de casu fortuito, quia

verbum

verbum fortuna, accipitur etiam in malam partem. l. si vendices. C. de pœn. per quam ita tenuit Bar. in l. si is qui. ff. de acq. hære. cũ quo est commu. opi. Rip. in tract. de peste. in prin. sub num. 86. secundum quam consuluit Corn. cons. 23. videtur. col. pen. lib. 2. & cons. 38. col. antepen. eo. lib.

110 Maxime † si clarius diceretur in instrumento, periculum, aduersamque fortunam. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbor. oblig. ibi, aduersamque fortunam, &c.

111 Quòd † si dicatur, prout Tudertini, suo risico, vtique non veniet casus fortuitus. consuluit Socin. cons. 124. lib. 4. quia est verbum generale sicut periculum.

112 Quid † si fuerit dictum, cum omnibus raschis, & spinellis. vtiq; non venit casus fortuitus, qui non est raschia, neque spinella. Alex. cons. 108. col. pen. lib. 3.

Tit. De excusationibus depositarij.

SVMMARIVM.

1 *Hæres depositarii ignoranter vendendo depositum, quando excusetur.*

2 *Deposito vendito paruo pretio, an ad pretium iustum, an ad realiter consequutum agatur, & si ad mille manus peruenerit contra quem agatur. num. 3.*

Et quid si ex illo pretio depositi alia res empta sit. nu. 4.

5 *Reg. ratum, declaratur.*

6 *L. fin. ff. de neg. gest. declaratur.*

7 *Deponenti, si rem peremptã vel præscriptam ratam habere nolit, quæ actio competat.*

8 *L. si me, & Titium, quando procedat, & declaratur, num. seqq. & eius practica, num. 14.*

15 *Deponenti remedia duo, & quæ competant re vendita extante, nec præscripta.*

16 *Deponens si rei vendicatione a possessore rem recuperet, & ab hærede pretium, quomodò teneatur pretium restituere, quodque in vero hærede procedit. num. 17.*

18 *Cedere actionem, est cedere ius ad rem certam, ad quam recuperandam facultas habetur.*

1 Primo quæro, † depositarius moritur, hæres ignorans rem depositam vendidit, nunquid excusetur. vtique sic, sed reddere tenetur pretium, & quicquid consequutus est ex tali alienatione, vel redimat, si potest; vel actionem cedat, vt l. 1. §. si. cum duab. legibus

legibus subsequentibus. ff. depos. sed vtile est videre; qua actione succurretur deponēti. in hoc multæ & omnes, ni fallor, veræ sunt opiniones. Prima fuit opinio glo. in l. cum seruum. in glo in ver. dicere, quam ibi sequuntur Bar. Bal. Castren. Alex. & Ias. ff. si cer. pet. quod re perempta, vel præscripta, & sic non extante competit interueniente ratihabitione remedium l. si. ff. de neg. gest cuius l. si remedium competit tribus cōcurrentibus. Primum, quod res sit vendita nomine proprio venditoris, & non alieno, & sic deponenti; secundum quod res non extet, sed sit perēpta, vel præscripta: tertiū, quod ratam habeat venditionē in subsidiū vt possit agi ad pretium & hæc est commu. opin. circa illius legis remedium, vt testatur Bar. & post eū Castren. in l. mater, C. de rei ven.

2 Sed pone, † quod pretium sit paruū, ageturne ad pretiu iustū? vel ad pretium realiter consecutum? vtiq. ad pretium realiter consecutū, respōdit Iac. Butrig. & sequutus est Bar. in d. l. mater.

3 Quid † si plures sint factæ venditiones, & res peruenit ad mille manus, contra quem agetur? vtique contra primū venditorem, cuius venditionem principaliter ratificauit, vt ibidem per Bart.

4 Quid † si ex pretio rei depositæ iam venditæ emi aliquā aliam rē, nunquid stante ratihabitione potero agere actione pdicta ad rem? vtiq; sic, iuxta eā materiam l. si vt proponis, C. de rei vend.

5 Ex † quibus postea infertur correlarie declarat. o ad ratum. de reg. iur. lib. 6. vt non procedat in re mea vendita perempta, vel præscripta.

Secundo infertur limitatio ad regulam l. vēditor. ff. de hæredi. vel act. vend. & l. si quis vxori. §. si Titius. & l. quas. §. fi. ff. de furtis. quæ est vt in particularibus pretium non succedat loco rei, quia fallit re mea vendita, non nomine meo iam, extincta, & perēpta, vel præscripta, & ratihabitione sequuta per me.

6 Nota † vlterius circa intellectum d. l. si ff. de neg. gest. quod res dī perempta, vel præscripta, quando est alienata in potētiorem. ita declarando d. l. si cōmendat Ias. in l. 2. num. 24. ff. solu matrim.

Limita & declara vlterius d. l. fi. ff. de neg. gest. in casu l. Proculus. ff. de iure dot. vt per glo. si quam ibi commendat Sal allegando d. l. fi. ff. de neg. gest.

7 Secunda fuit opin † quòd re perempta, vel præscripta si ratum habere noluerit deponēs, competet sibi ex æquitate, l. si me & Titium ff. si cer. pet. condictio generalis fundata in naturali æquitate, ne quis locupletetur cum iactura aliena, quem tex. quandoq; singularem dixit Bal. & litteris aureis scribendum, per quem tex tū dixit notab. Innoc. in c. litteris. de restit. spol. quod licet ex regula

gula Iuris Ciuilis possessor bonæ fidei non teneatur restituere fructus industriales bona fide perceptos: ex industria, & opera suæ. l. ex diuerso. in prin. ff. de rei vend. tñ de æquitate l. si me, & Titiũ, tenetur restituere quatenus sit effectus locupletior, & deducta oĩ impensa, & opera. Commendat in practica Bal. ad d. l. ex diuerso. in l. Nesennius, § 1. ff. de neg. gest. & in l. 1. C. de vsur. & fruct. leg. ꝙ remediũ locum hẽt non solum in re propria, sed in re sibi debita, & in re prouenienti, & originem traheñti ex re propria, vt per Soc. ibi, num. 3. Rim. num. 2. & Alci. in l. si cum seruum, nu. 10. vbi Loriot. num. 2. prout applicando ad casum nostrum dici potest, si ex ea agatur ad pretiũ rei depositæ, per hæredem venditę.

8 Declaratur † primo hoc remedium procedere cum subest æquitas, alias non, quia tale remedium est in mera æquitate fundatũ, vt superius diximus. Iac. Menoc. de recuperan pos. remed. 4. nu. 3. dicens post multos, ꝙ in Curia mercatorũ, vbi æquitas attenditr̃, dẽt esse tãquã speculũ ante oculos, cui adde in materia d. l. si me & Titium, pulcherrimum consilium Calca. cons. 28. sub nu. 23 dicens in quolibet negocio tria consideranda, ꝙ liceat secundum æquitatem, deceat secundum honestatem, expediat secundũ vtilitatem, quod commendat Bonacos. de æquit. canon. concl. 42. dicẽs, etia in talem æquitatem esse amplexam à iure canonico, quæ æquitas est de facili applicabilis ad casum nostrum, ne hæres depositarij locupletetur cum iactura, & damno deponentis.

9 Declaratur secundo, † vt procedat, quando aliquid inter partes est gestum, vel cum auctore eorum. Bar. in l. sed & si me puté. §. cũ iter, nu. 6. vers. declaro hoc, ff. de cõd. indeb. Franc. in dispu. de petitor. nu. 8. in 1. dub. prout in casu nr̃o, de neg. gest. apparet per depositũ, quod cum sit contractus, sequitur quod sit negociũ gestum inter partes. l. Labeo. §. contractum, ff. de verb. sign.

10 Declaratur tertio, † vt remedium d. l. si me & Titiũ, procedat, quando res fuit data ex titulo lucratiuo, secus si oneroso, vt per Bar. ibidem, vbi Dec. num. 1. Rim. num. 3. Maran. de ord. iud. distin. 7. sub num. 36. prout in casu materiæ, de qua agitur, clarius constat, cum depositæ rei pretium habeat depositarij hæres ex titulo lucratiuo, vt notissimum est. & adde Paul. Castren. eiusdem sententiæ in l. si verò pro patre. §. si domini. ff. de in rem verso.

11 Declaratur quarto, † vt procedat quando res, tunc temporis est dantis, & agere volentis: secus si futura esset, quia tale remedium non competeret. Ang. in l. apes, §. fi. ff. de fur. Maran. vbi supra, prout in casu nostro, cum depositum sit in dominio deponentis, prout supra vidimus.

Declaratur

12 Declaratur quinto, † vt tale remedium competat in subsidiū, puta si contra alium domino rei non sit consultum, secus si est prouisum alio remedio, vel via, vt per Soc. allegata l. si cum seruū. num. 3. vers. tertio, & vltimo limita. vbi Rim. num. 2. in fi. & Alex. num. 2. & cons. 92. num. 6. lib. 1. subdeclarando tribus modis, & ibi per Rim. post Soc. ex quibus colliges ad propositum deponēti tale remedium competere.

13 Declaratur sexto, † cum actor petere volens culpa careat, secus si adsit aliqua culpa, vt per omnes, vbi supra. & Iac. Menoc. in d. 4. remed. in fi. & in casu nostro nulla potest deponentis culpa considerari, qui depositum fecit.

14 Vnde † ad practicam reducendo, compareat in iudicio, & exponat factum, prout successit, & implorando Iudicis officium, quod oritur ex æquitate. d. l. si me & Titium, petat d. N. depositarij hæredem iuris remedijs opportunis astringi ad pretij restitutionem, ne cum iactura aliena locupletetur.

15 Tertia † itaque fuit opinio Pau. Castren. in d. l. 1. §. fi. ff. depos. vt re extante, nec præscripta competant deponēti duo remedia, videlicet rei vendicatio contra possessorem, in quem fuit alienata, & actio depositi contra hæredem alienātem ad pretium receptum ea ratione, quia actio depositi vti bonæ fidei datur, & cōpetit etiam si inter duos non sit gestum negotium, & ad id, quod postea venit, vel accedit. vnde licet pretium non fuerit depositū, ad illud tamē agi poterit, quia exuberat bona fides, & habet amplam naturam, de qua tanquam Deo dante inferius, Quid veniat in actione depositi.

16 Illud non prætermittam, † quod Castren. subdit in d. §. fi. quod si deponens per rei vēdicationem recuperasset rem a possessore, in quem fuit alienata, & pretium ab hærede, quod tenetur restituere pretium acceptum ipsi possessori, & emptori simul, ne habeat rem, & pretium simul, contra l. curabit. C. de act. emp.

17 Limitat ēt vbi supra Pau. Castren. † vt procedant prædicta in vero hærede, in quem sunt translata iura, & sic trāsiuit obligatio depositarij auctoris, secus in non vero hęrede, in quem iura non transierunt, prout in l. & si non sint, sequenti ad d. §. fi. ff. depos. q. a isto casu est omnino recurrendum ad remedium d. l. fin. ff. de nego. gest. præcedentibus requisitis superius alleg. in materia dictæ legis.

18 Notandum est etiam, † quod dicit tex. in d. l. sed & si, quod hęres liberatur omni adhibita diligentia cedendo actionem, & ibi Castren. dicit, quod proprie cedere actionem, est cedere ius ad

rem

tem certam, ad quem recuperandam habet facultatem, quod dicit notabile ad multa.

EXCVSATIO II.

Tit. De misericordia.

SVMMARIVM.

1 *Depositarius soluens misericordia motus, an excusetur.*

1 Secundo quæro.† Depositarius misericordia ductus soluit, & liberauit hominem vinctum, excusaturne? vtique non, immo dicitur esse in dolo præsumpto. l. si hominem. in princ quæ est lex 7. ff. depos. vbi Pau Castren. colligit morale dictum, quod non est licitum in alieno misericordiam exercere vltra intentionem domini. Vnde de duobus ibi reprehēditur depositarius a I. C. quod exercuit misericordiam, & charitatem in alieno, de altero scilicet, quod intempestiue, ac festinanter id fecit, & circa huius l. intellectum subnectam hic, quod scriptum reliquit Diu. Tho. 2. 2. q 32. art. 7. dum quærit, an eleemosina fieri possit de alieno, domino non consentiente? vbi distinguendo ponit tria genera acquisitorum, vno modo id, quod ab aliquo illicite acquiritur, debetur, & a quo acquisitū est, nec potest ab eo retineri, qui acquisiuit, prout in furto, rapina, & similibus, & hanc eandem sententiam sequutus est, & comprobauit Did Couar. in reg peccatum. par. 2 § 6. in prin. subdens post multa teneri ad restitutionem rei si extat, sin autem ad æstimationem quanti plurimi eo tempore, quo dominus caruit, vnde ad materiam applicando, cum iste depositarius detentor rei alienæ non potest de eo largiri, nec misericordiam facere, sed domino conseruare, vel restituere, & dicetur contractasse depositum. Alio vero modo est aliquid illicite acquisitum, quia ille quidem, qui acquisiuit retinere non potest, nec tamen debetur ei, a quo acquisiuit, qui vnus contra iustitiam accepit, alter contra iustitiam dedit, sicut contingit in simonia, in qua dans, & accipiens contra iustitiam facit. vnde non debet fieri restitutio ei, qui dedit, sed debet eleemosina erogari. non sic in deponente, & depositario, quia vterque non contra, sed secundum iustitiam agit. vnde inuito domino misericordia intempestiua exerceri non debet, de quo etiam secundo membro acquisitorum ponit Couar. in alleg reg. peccatum. par. 2. § 8. num. 7.

num.7. Tertio modo est aliquid illicite acquisitum non quidem, quia ipsa acquisitio sit illicita, sed quia id, ex quo acquiritur, est illicitum, sicut patet de eo, quod mulier acquisiuit per meretricium: quod enim mulier meretricium exerceat turpiter agit, & contra legem Dei, sed in eo, quod acquisiuit, & accepit non iniuste agit, nec contra legem Dei, vnde sic illicite acquisitū retinere potest, & elemosina fieri, de qua materia late Doct. in l.4.§.sed quod meretrici. ff. de cond. ob turp. cau late Couar. in reg peccatum. §.2. par.2. vbi in monaca, nupta, & in meretrice occulta, & in iure ciuili passim hoc cautum reperimus. vnde alienatio in prę iudicium creditorum non valet. § item si quis. vbi late Ias. Insti. de act. similiter alienatio rei dotalis in præiudicium vxoris non valet. glo. & Doct. in §.1. in glo. in ver. interdicta. Insti. quib alie. licet, vel non. in l.1.§.& cum lex. vbi Cin. Bal. & alij. C. de rei vxo. actio. sic etiam alienatio bonorum ecclesiæ in præiudicium ecclesiæ, & non adhibitis debitis solemnitatibus nō valet, & sic intempestiue facta est nulla. auth. hoc ius porrectum, vbi late Ias. C. de
* sacrosan. eccl. & hæc est commu. opi. de qua Socin consi.15. lib.1. Dec. cons. 142. Rebuf. in c. fine exceptione. 12.q.2. Soar. in thesa. recep. senten. littera E. num.19. similiter alienatio per minorem intempestiue facta, & non adhibitis debitis solemnitatibus, non valet, Bar. & alij in l. com lex. ff. de fideius. sic etiam sententia immature lata est nulla. Bart. in l prolatam. col.2. vers. quaro, iuxta prædicta. C de senten. & interloc. omn iud. late Anto. Gab. lib.2. de sen. concl.6. sub num.5 etiam si esset sententia supremi Principis. Dec. cons. 544. num.17. Crauet. cons. 153. colum.1. vers. & faciunt iura.

Correlarie igitur sequi videtur, quod misericordia adhibenda est, vt in cap. estote misericordes. de reg. iur. in antiq. sed tempestiue, & opportune, nec de re in præiudicium tertij, & iuris alterius.

EXCVSATIO III.

Tit. De compensatione.

De compensationis exceptione vidimus superius ad materiā l. si quis. C. depos. vbi placeat videre.

Tit.

EXCVSATIO IIII.

Tit. De ignorantia.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia quando excuset depositarium, & de qua ignorantia intelligatur. num. 3.*
2 *L. si quis inficiatus. ff. depos. declaratur multis modis. & nu. 6. 8.*
4 *Sententias per se habens, quando ab expensis non excusetur.*
5 *Conuictus de mendacio siue in prima, siue in secunda instantia, possessionem amittit.*
7 *L. si quis inficiatus, intellectus.*
9 *Mandatum etiam per mille annos non præsumitur.*
10 *L. magnam. C. de contrah. stip. declaratur.*
11 *Emphiteuta nullo inuento hærede legitimo, ob canonem non solutum in pœnam priuationis non incidit.*
12 *L. si quis inficiatus declaratio. & nu. 15. & nu. 19. & ad eius materiam & de cautela, num. 21.*
13 *Venditori certo, an sit denuntiandum. et 14.*
16 *Ignorantia, quando victum excuset ab expensis. et nu. 17.*
17 *Victor, quando condemnetur in expensis.*
20 *L. si quis solutionis. §. fin. de vsur. declaratur.*

1 Excusandus † depositarius videtur si depositum petenti non restituat, quia putet petentem non esse procuratorem, vel hæredem, per l. si quis inficiatus. ff. depos. quæ solet frequentius allegari, quam fortasse alia, in titulo depositi, & hunc celebrem tex. inducit Bar. ad quæst. in l. nō solum §. morte. in 2 q prin. vers. quādoque fit. num 35. de no. ope. nunc quod si fuit aliquis ex bannitus, propter quod poterat impune offendi, iuxta no. per Bar. in l. omnes populi. in 3. q. princ. col. 7. vers. ex ista theorica. nu. 23. ff. de iust. & iure. & ipse denunciet, & protestetur mihi ne eū offendam, quia est restitutus, certe si illius protestationi non crediderim, nō sum puniendus, quia ad hoc, vt credere tenear illius protestationi debet mihi instrumentum restitutionis ostendere, & si offendero, veniam puniendus ex eo, quod debebam diligēter inuestigare, an mihi liceret eum offendere. arg. l. qui cum alio. ff. de reg. iur. & est ratio, quia ille, qui vult offendere actoris partes substinet.

2 Declaratur primo,† & intelligitur dispositio l. si quis inficiatus, ff. deposi. vt procedat in vera ignorantia: si verò cõuinceretur de mendacio, tunc non gauderet beneficio, & excusatione illius legis. ita dixit Afflict. decis. 18. inferens ad decisionem quęstionis, quod si reus conuentus in iudicio dicat se alieno nomine possidere, & ex hoc habeat sententiã fauorabilem in prima instantia, si in secunda instantia reperiatur per publicum instrumentum, quod tunc temporis possidebat nomine proprio, & sic est conuictus de mẽdacio perdit possessionẽ, ex regula l. fi. ff. de rei vend. & debet in expensis condẽnari, iuxta hanc legem, si quis inficiatus.

3 Ex † qua decisione correlarie colligi videntur tria. Primum est, quod superius dixi, quod probabilis, & vera ignorantia excusat, aliás si allegans ignorantiam conuinceretur de mendacio, debet in expensis condemnari. Secundum est ampliatio ad l. fi. ff. de rei vend. vt conuictus de mendacio amittat possessionẽ, hoc procedit, siue fuerit conuictus in prima instantia, siue in secunda, præsertim per publicum instrumentum.

4 Tertium colligitur, † quod licet habens sententiam pro se, excusetur ab expensis ex iusta causa litigãdi, iuxta l. properãdum, §. fin autem alterutra. C. de iud. tamen hoc fallit, si ex nouiter deductis in secunda instantia constaret de euidenti calumnia, & mendacio rei conuenti, quia tunc debet condemnari in expensis, non obstante, quod habuerit sñiam fauorabilem in prima instantia.

5 Ad † secundum notabile adde Spec. in tit. de primo, & secundo decreto. §. restat. ver. quid si nominans, & in tit. de loca. §. nam aliqua. vers. 65. Aret. in § omnium. col. 11. Instit. de act. Bar. & Bal. in l. 2. C. vbi in rem actio. Abb. & Ant. de Butr. in c. quoniã frequenter, § quod si super, vt lite non contest. Marsil. sing. 242.

6 Declaratur † secundo materia l. si quis inficiatus. vt posit deduci ad notitiam alicuius, quod talis petens depositũ sit hæres, vel procurator, non simpliciter per publicum instrumentum tantum, vt multi tenuerunt, sed multis modis primo si fuerit persuasum depositario a fide dignis, quod talis petẽs depositũ est procurator. Bar. per illum textũ in l. qui fundum. §. qui procurator. ff. pro emptore, & ibi sequitur Imo. idem Bar. in l. fi. ff. eo tit. ff. pro empto. in l. cum vir. in fine. ff. de vsucap. Feli. in c. si diligenti. col. 2. in fine, de præscr. secundo modo credendum est viro graui as-

7 serẽti se talem, † gl. notab. in l. Titio fundus. ff. de cõd. & demõst. Bal. in l. indicia, col. 6. C. de rei vend. cõprobat Balb. ad l. Celsus, par. 1. num. 39. de vsucap. & hunc intellectum, & declarationem ad hanc l. si quis inficiatus, & eius materiã ponit Ias. ad l. de pupillo.

pillo, § qui procuratorio, ff. de noui oper. nunciat. vbi ponderando textū in d. l. si quis inficiatus, in verbo cognouerit. dicit, quod cognitio veritatis alicuius rei potest haberi nedum per publicū instrumentum, sed per testes, & alios fide dignos, quorum dictis standum est, sed dubium facere videtur in hoc quod in excusando aliquem dictum fide digni inducit iustissimum errorem credulitatis, & ita loquuntur authoritates inductæ, & allegatæ à Baldo: secus ad constituendum aliquem in mora, quod est durius vinculum. Vnde non videtur bona illatio de vno ad aliud.

8 Notādum † tn̄ est vlterius circa intellectū d. l. si quis inficiatus, quod si aliquis agat, & petat aliquid, vt hæres talis, nō est necesse, quod aliter probet se hæredem, quia agendo, vt talis, declarat se hæredem, quæ est vna, & eadem persona, cum defuncto, vnde statim depositarius cōstituitur in mora per eius interpellationem, bene tamen post docere tenebitur, an sit hæres vniuersalis, vel particularis, aliàs diceretur male processum, cum nullū ius haberet in ipso debito, & ita declarare videtur Boer. decis. 10 num. 5.

9 Si verò agat, & petat, vt procurator, † quia mandatū non præsumitur etiam per mille annos, vt notatur in l. sciendum, ff. de verbor. oblig. tunc videtur distinguendū, aut sumus in actu extraiudiciali, & tunc procedat doctrina Bar. in d. l. si quis inficiatus, quod exhibeatur instrumentum, in quo aperte constet ipsum esse procuratorem, ac etiam cum solemnitate, de qua in Clem. causam, de elect. porrecta authētica scriptura, perlectoq; illius tenore, & copia tradita, si petita fuerit. ita sentit Bal. in c. cum in iure peritus, de off. deleg. secus in actu iudiciali, quia tunc constituitur in mora depositarius per procuratorem in iudicio etiam si non doceat de mādato, nisi de eo fuerit oppositum, quia patiendo eum agere in iudicio censetur admittere tanquā procuratorē, ita declarat hanc materiā Barb. in c. ex parte decani, col. 55. de rescrip. sequutus est Feli. in c. cū contingat, col. 5. de rescr. commendat, & dicit in practica vtile, & quotidianū Ant. Cors. in sing. suis, in verbo, procurator. 1. Cagn. ad l. qui in alterius, nu. 16 ff. de reg. iur. & ad prædicta adde, quod not. Alex. cons. 95. visis processibus, col. pen. lib. 2. & cons. 172. visis. col. 1. in fine, lib. 2. late Andr. Tiraq. de retract. conuent. § 2. gl. 6. nu. 5. vbi inferendo ad materiam retractus, l. si quis inficiatus, dicit emptorē, qui differt retrouendere, teneri ad restitutionem fructuū post consignationem perceptorum, non autē hæredes ipsius conuētus nisi illis fuerit facta fides de pacto retrouenditionis, argumento d. l. si quis inficiatus, & sic dispositio d. l. procedit etiā, & habet locū in pacto retrouēditio-

H 2 nis,

nit, & ita in specie tenuit Cag. in rep l. 2. col. 7 ver. intellige prædicta procedere, C. de pact. inter empt. & vend. adde ēt q dispositio l. si quis inficiatus. ne dū procedit in casib superius adductis, sed in materia etiā tutelæ Vnde si dicatur alicui, quod est factus tutor alicuius, credere nō tenetur, nisi exhibeatur testīn, vel aliud instrm, in quo appareat descriptus tutor, vel fiat fides ab aliquo, qui fuerit præsens tali deputationi, ita allegādo l. si quis inficiatus, dixit Bar in l. quidā decedēs, §. fi. in fine, ff de administr. tut. quæ doctrina vr̄ ponderanda, quia Bar. præsupponit scientiā obligatoriā induci nedum per exhibitionē instrumenti, & scripturæ publicę, sed etiā per dictū vnius, quæ verisimiliter, sic informata, procedit etiam dispositio l. si quis inficiatus, in materia appellationis, nā ad iustificandum eā fuisse interpositā non sufficit, quod fiat fides ab vna, vel plurib. personis, sed debet exhiberi instrm appellationis, Spec. in tit de appell. § qualiter. ver. cautus. non mirum, quia in appellatione requiritur scriptura, vt notum est. sequitur igitur ex prædictis, quod si depositarius, vel alius debitor promisit soluere certa, & determinata die, quod non dicitur in mora, nisi cōstiterit ante diē legitime cui facienda sit solutio. ita allegando d. l. si quis inficiatus, cōsuluit Alex. cons 41. nu. 4 vol. 4.

30 Ex † quibus sequitur correlarie limitatio ad l magnam, C. de cōtrahen. emp. & cōmit. stip. vt dies interpellet pro homine, hoc verū si reperiatī certa persona, cui legitimè solui possit, aliàs nō.

31 Vnde † emphyteota nullo inuento legitimo hærede directi dūi nō incidit in pœnā priuationis ob canonē nō solutū. Bal. in l. 2. in fine, C. de iure emphit. per l. si pdio, ff. de in diem adiectio.

Illud autem, quod de instro dictū est, vt danda sit copia ad effe-
32 ctum, vt deliberari possit, † limitatur, & declaratur, vt procedat, nisi esset præsumptio cōtra depositariū, vel hęredē, quod habuerit notitiā, quia sufficit simplex protestatio, vel intimatio absq; alia exhibitione, ita declarat l. si quis inficiatus, & eius materiā, Bal. in l post legatum, in 1. lectura, in fine, ff. de eden. inferens ad practicam maxime Tudertinam, quod si quis protestetur cōtra aliquē de obseruantia alicuius laudi, vel contractus, quod aduersario nō est danda copia, nec in protestatione est inserendus tenor, ex quo præsumitur informatus, vnde si in Ciuitate Tudertina peto executionē alicuius instrumenti publici, cū reo conuento celebrati, non vr̄ sibi danda copia, ex quo est celebratū per ipsum, & cū ipso. similiter si respondeatur articulis, vel positionibus, & per respondentē confiteātur, nō est ei dāda copia, quia est cōsilio ex ore proprio cōfitentis, sed si absq; decreto copiæ vult

doçere

docere errorē audiatur, iuxta Bal. doctrinā superius allegatam.

13 Sed † videtur oriri difficultas in prædictis, quia in simili videmus, quòd venditori certo, & scientiam habenti de lite mota fit denunciatio litis motæ in forma, & hoc cum insertione specifica instrumenti per venditorem celebrati, libelli porrecti, & aliorū, de quibus venditor habet sciētiam, nec habet locum regula, eum qui certus. lib. 6. & l. 1. in fine. ff. de act. emp. glo. in l. emptor. C. de euic. vbi Bar. Bal. Sal. & alij in l. 2. §. voluntatem. in fine. vbi Cast. Alex. Ias. & alij. ff. sol. mat. in l. non solum, §. morte. vbi Bar. nu. 52. Alex. nu. 44. Ias. nu. 40. Rub. nu. 408. ff. sol. matr. Cano. in c. cum M. vbi Fel. nu. 65. Dec. nu. 32. Ripa, nu. 166. de consti. & hæc est communis opinio attestata per Couar. var. resol. lib. 3. c. 17. illatio. 1. Viui. lib. 1. commu. opin. nu. 414. Gaspar. Cabal. in tract. de euict. §. 3. sub num. 4.

14 Posset responderi, quod hoc est inductum pro forma in materia euictionis: quia licet venditor in genere fortasse sciat litem motam, tamen in specie quæ actio fortasse fuerit intētata, & quæ iura producta id non sciebat. Vnde pro clariori, & perfectiori cognitione ad interpellandum, vt ad defendendum accedat talis specifica intimatio requiritur.

15 Declaratur † vlterius materia l. si quis inficiatus, ff. depos. vt procedat si depositarius, vel alius reus conuentus statim exhibito instromento, vel publicatis alijs iuribus, ex quibus constat nō fouere ius, nec habere amplius iustam causam litigandi, desistat à lite, & offerat se paratum.

16 Vnde cautela est mox, & sine procrastinatione exhiberi per actorem instrumētū, quod faciat ad sui fauorem, & petere illius executionē, & cautela est pro reo statim quod cognoscit in iudicio fouere malam causam a lite discedere, & excusabitur ab expensis: si verò durus adhuc causam prosequatur condemnabitur in expensis factis post instromentum productum, vel testes publicatos, vel alia iura producta, ex quorum lectura cōstaret amplius non fouere iustam causam, non autem condemnabitur in expensis factis ante, vt per hāc l. si quis inficiatus, cōcludit ibi Bar. idē Bar. in l. 1. in principio. colum. 4. ff. ad Turpilia. in l. destitisse. vbi etiam Ang. ff. de iud. in l. si rem alienam, 1. §. fin. ff. de pign. actio. Bal. in l. terminato, colum. penult. in fine, C. de fruc. & li. expen. Ias. post Alex. & alios in l. properandum, §. sin autem alterutra. quæst. 2. num. 12. C. de iud. Abb. in c. auditis. num. 10. de procur. Asin. in sua pract. §. 32. limitatio. 1. nu. 6. cum seq. cui addes, quod hæc est commu. opin. in practica semper recepta, de qua testatur

Cag. in l. qui in alterius. sub nu. 22. vers. sed quicquid dicat Dec. de regulis iuris.

17 Et vlterius vltra Asin. in præalleg. loco, † subdeclaratur hęc cōmu. opin vt non procedat, nisi instrm, vel testes deponant de facto proprio ipsius rei conuenti, quia tunc condemnabitur etiam in expensis factis à principio moræ litis, ex quo præsumitur esse in dolo, vel saltem in culpa, l. quanquam, ff. ad Velleian. Anchar. cons. 241. quem commendat, & sequitur Mattesil. notab. 82.

18 Sed † quid econtra si victor ab initio potuisset producere instrumentum, & distulit producere? vtiq; in expensis est condemnandus, & hic est vnus de casibus, in quibus victor condemnatur in expensis. Cin. in l. vnica, C. vt quæ desunt Aduoc. Ias. in l. properandum, §. sin anté alterutra, nu. 12. C. de iud. Feli. in c. venerabilis, nu. 3. de iud. Cagnol. in l. qui in alterius, nu 9. ff. de reg. iur. Marsi. in l. patre, vel marito, num. 77. ff. de quæst Rober. Maran. in suo Spec. par. 6. in vers. interrogati, num. 2. Lancel Corrad. in sua Pract. lib. 1. c. 9. de præt. §. 3. de offic. Præt. in cau. crimin. in tit. de sent. defini. crim. nu. 12. Franc. Nicou. in c. quoniam contra, in gl. dilationes, num. 103. de prob Igne. in l. contractus, nu. 148. de regul. iur. Asin. in sua Praxi, §. 32. limit. 18.

19 Vlterius † ad declarationem l. si quis inficiatus, & eius materiam, notandum est, quod dixit Bar. in l si seruum, §. videamus, ff. de verb. oblig. quod interpellatio fieri potest per procuratorem dupliciter, actiue scilicet, vt soluat scilicet domino, & passiue, scilicet vt sibi soluatur. Primo casu interpellatio valet, etiam non docto de aliquo mandato, & constituit in mora depositarium. l. qui solutioni, §. mora. ff de vsu. Secundo casu procedat dispositio l si quis inficiatus, & eius materia, vt debeat plane doceri, prout supra dictū fuit de legitimo mandato interpellantis, aliás non constituit in mora aliqua.

20 Ex † quibus sequitur correlarie, quod dispositio l. si quis solutioni, § si. ff. de vsu. procedit, & habet locum duobus principaliter concurrentibus. Primo, quod interpellans nullum habeat mandatum, vel minus legitimum. Secundo, quod dominus, & debitor sint eiusdem fori. ita Bart. in d. §. nunc videamus, cuius opinio æquior est, vt ibi Ias. attestatur sub nu. 6. concurrit etiam tertium, quod interpellatio fiat ad effectum, vt soluatur domino, non ipsi procuratori, vt dictum est.

21 Sed pone hic vnum aliud ad materiam l. si quis inficiatus, quod hæres repetens depositū offerat cautionem de defendendo depositarium aduersus quemcunque, vtique non, sed debet

docere

docere se esse hæredem, aliàs non auditur, vt no. Castrẽ. in d. l. si quis inficiatus.

Cautela tamen dari solet in materia l. si quis inficiatus, ad releuandum petentem a productione instrumenti cum dimissione copiæ, & tenoris, vt protestatio fiat de commissione Iudicis, quia semper parendum est etiam quod in protestatione, denunciatione, vel interpellatione non sit insertus aliquis tenor. ita dixit Barto. per illum text. in l. fi. ff. de lege commisso. quem ibi Bal. & Castren. sequuntur, & singulare dictum reputauit Bal. in c. fi. ad fi. de sequestra. posses. & fruc. Rom. cons. 6. Salic. in l. 1. in fi. C. de temp. appel. Franc. in c. fi. col. pen. de appel. Alex. cons. 95. col. pen. vers. superest respondere. lib. 2. Nat. late cons. 348. tomo 8. Lancel. de atten. par. 2. c. 12. de attenta. appel. penden. limit. 50. nu. 160. qui omnes inferũnt idem esse in notificatione sententiæ, vel laudi, & vidi Tuderti iudicatum in vna transitus Castri Collispetratij, vbi fuit factum simplex præceptum de parendo tali sentẽtię per nos latæ absque aliqua insertione tenoris, nec fuit appellatum putans pars non afficere, quia non erat insertus tenor, & lapsis decem diebus fuit pronunciatum fecisse transitum in iudicatum per superius adducta, & hæc conferunt ad sequentem quæstionem, quando fuit protestatum depositario ne soluat, iuxta l. fin. C. depos. cum auth ibi posita.

EXCVSATIO

Tit. De protestatione de non soluendo.

Si depositario fiat protestatio de non soluendo. vide supra ad materiam l. si quis, C. depos. q. 20.

EXCVSATIO V.

Tit. De necessitate.

SVMMARIVM.

1 *Depositarius ob necessitatem re deposita vtens in propriumque vsum conuertens excusatur, dum illa durat. nu. 3. & non nisi quam illa vrgens nequit, nu. 5.*

2 *Confiteri laico in casu necessitatis licet.*
4 *Necessitatis species plures & nu.6.*
6 *Necessitas culpabilis non excusat.*
7 *Deposito apud filiumfam. facto, an pater teneatur.*
8 *Deponenti penes aliquem, qui dolum commisit, quomodo succurratur.*
9 *L.nam & Seruius.§.fin.ff.de neg.gest.*
10 *Depositum factum penes duos, an sit insolidum. & nu.11.*
12 *Depositarius si decedat pluribus relictis haredibus, quomodo hæredes teneantur. ampliatur & declaratur, nu.13.14 15.*
16 *Dolus non committitur in obligationibus rem restitui, per quem nascatur secundaria obligatio ex simplici recusatione, & denegatione restituendi.*

1 Quarto vlterius, si depositarius egestate ductus vsus sit re deposita, & in proprium vsum conuertit, an sit excusatus? & vtique sic, quia quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum. regula, quod non est, ext. de reg. iur. l. 1. iuncta glo. de obs. consu. l. quæ propter. ff. de reg. iur c. in argumentũ. de reg. iur. lib. 6. late
2 Rom. in l. si verò. §. de viro. fallẽ 54. ff. sol. mat. Hinc videmus, † q in casu necessitatis licitum est laico confiteri, & absoluere, sicut si esset Sacerdos. glo. notab. secundum Docto. ibi, in c. pastoralis. in ver. mortis. de offic ord. cui tamen adde glo. sororem in cano. cepit. in ver. præcipiter. 24 q. 1. similiter licet clericus non possit pro laico fideiubere, tamen in casu necessitatis potest. c. 1. & ibi Abb. de fideius. similiter ex necessitate quis admittitur in teste, qui alias non admitteretur. c 1. cum ibi no. de test ib. cogen. l consensu. C. de repud. Salic. in l. ea quidem q. 5. C. qui accus non pos. cum late congestis per Petrasan. sing vlt, qui cum necessitate omnibus inimica concludit, & ponit pro singulari vnum, quod non est in vsu, quod Doctor in casu necessitatis non potest recipere pecuniam, pro consilio dando, vel faciẽdo, vt ibi per eum, de quo nullus recordatur.

3 Declaratur † hæc conclusio, vt procedat durante necessitate, alias secus. l. 1. vbi no. ff. de offi. eius. nam quod pro necessitate statutum est, cessante necessitate tollitur 1. q. 1. quod pro necessitate. Bal in l. 1. C de naut. fœno. Ang. cons. 53. Mass. in l. vnica nu. 23. inferens in proposito, q licet pater possit vendere filium pro necessitate famis. l. 2. & ib. Doct. C de pat. qui fil. distraxe. tamẽ filius venditus potest agere contra patrem, vt eum redimat, si peruenjat ad pinguiorem fortunam. Bal. in c. ex rescripto. in fi. de iureiur. an. sequitur, & commendat Feli. in c. cum dilec. col. 18. vers. fallit

fallit octauo. de rescrip. pro sing. commendat Marf. sing. 101. pater potest.

Et sic correlarie habetur limitatio ad l. 2. C. de pat. qui fil. distrax. Ripa hanc eandem sequitur declarationem, fol. 42. Tiraq. de cau. cessan. in prin. in vers. necessitatis causa.

4 Declaratur secundo, † quia in proposito plures sunt necessitatis species, quædam est fatalis, quæ ex fato, & casu euenit, vt cum quis in latrones fortuito incidit, vel similis casus contingit, de quo in materia depositi supra tetigimus, dum de casu tractauimus. Secunda est species necessitatis, quæ naturalis appellatur, quæ a natura ipsa causatur, vt edere, bibere, vestire seruos, & famulas habere, domum ruinosam reparare, agros colere, indictas collectas, gabellas, ac tributa persoluere. Soc. ad l. Marcellus, §. res quæ, num. 1. ff. ad Treb. Crauet. in respon. pro genero. nu. 94. & hæc naturalis necessitas inducit iustam causam alienandi feuda, fideicommissa, & alia aliàs inalienabilia, vt per scribentes ad auth. contra rogatus C. ad Treb. Huc etiã spectat, quod superius tetigimus quod ob causam alimentorum licet patri filium proprium distrahere. similiter pro causa famis, licet alienare Deo dicata. l. sancimus nemini, prope medium C. de sacrosan. eccle. c. cum aurum. 12. q. 2 Furari etiam licet. c. si quis propter. de furtis. si igitur ex causa huius naturalis necessitatis licet inalienabilia alienare, filios proprios distrahere, Deo optimo maximo sacrata vendere, & aliena furari, licitum ẽt erit depositario ex causa huius naturalis necessitatis vti re deposita, & in sui vsũ cõuertere.

5 Declaratur hæc conclusio, † vt liceat depositario tantum capere, vel alienare de rebus depositis, quantum vrgens necessitas requirit, & non plus. ita Bal. cons. 332. præmittendum est ad euidentiam. lib. 1. & cons. 20. in fi. lib. 2. quam sententiam secuti sunt, Ias. in l. creditor. num. 3. in 3. limi. ff. si cer. pet. in l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 37. ff. de verb. oblig. Dec. ad l. si donatione. num. 17. C. de colla. idem in c. in præsentia. nu. 6. de prob. cons. 403. num. 18. Crauet. consi. 241. col. 1. vers. secundo respondeo, & in responso pro genero. nu. 394. Iac. Menoc. de arb. iud. lib. 2. cent. 2. casu 182. sub num. 32.

6 Tertia † est necessitatis species, quæ culpabilis appellatur, cum quis laute, & prodigaliter viuendo omnia profundit, & euertit, atque ita deinde pauper, & inops effectus est, & ista nõ excusat, & sibi imputet, qui in eam incidit. l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisd. cogan. sentit Castren. in l. etiam. §. fi. ff. sol. mat. Ias. in l. non tantum. in fi. & in l. sicut autem. num. 4. ff. de re iud. Dec. in c.

quia.

quæ in ecclesiarum nu.30. vbi Mar. Maur. nu.64. de consti. Didac. lib.2. var. resol. c.16. nu.9. vers. secundò illud est, &c. declarando late, vt per Iaco. Menoc. in casu 182. sub nu.39. cum sequen.

Non omittam etiam vnum singulare dictum in materia necessitatis, & ad declarationem regulæ quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum, intelligitur quando reperitur authoritas aliqua approbans ex necessitate illud posse fieri saltem approbatione generali, licet non specialiter, aliàs non est veniendum contra legem propria auctoritate, hæc est glo. not. & ni fallor, singularis in cano. quoniam. dist.48. quam ibi summopere commēdat Anto. de Sancto Georgio ad limitationem, & intellectum c. quæ propter necessitatem, & in casu nostro videtur permissum saltem permissione generali, cum in casu necessitatis permittat furari, cum depositarius vtens re deposita committat furtum, vt supra vidimus.

Et prædicta locum sibi vendicant ad fauorem depositarij etiā in foro conscientię data debitoris extrema paupertate, vel si extrema necessitas non sit, tamen debitor habita ratione status, & dignitatis suæ, grauissimam pateretur ex restitutione iacturam. Didac. post alios in reg. peccatum. par.1. in prin.

7 Visis aliquibus excusationibus in materia depositi, quæro, † si depositum fiat apud filiumfamilias, an teneatur pater? dic vt sup. in princ. filiusfamilias depositarius.

8 Quæro vlterius, † depositarius deposuit penes alium bona fide, qui commisit aliquid dolo in re deposita, quomodo succurritur? vtique depositarius liberatur cedendo actionem. l. si is apud quem. ff. depos.

9 Ex † qua l. habetur limitatio ad l. nam & Seruius. §. si. ff. de neg. gest. quia ibi non liberatur cedēdo actionem, sed tenetur de mala electione, vnde ibidem Pau. Cast. dicebat, quandoque tenetur quis ratione suæ culpæ, vel promissionis, & tunc non liberatur cedendo actionem, quia non videtur teneri ex eo, quod actionem habet, sed ratione suæ culpæ. quandoque quis tenetur, quod actionem habet contra alium, & tunc liberatur cedendo actionē. d. l. si is apud quem. Secundo videtur correlarie inferri limitatio ad reg. l. vtique. ff. de rei vend. quod mala electio est in culpa, quæ procedit in eo, qui tenetur ratione culpæ, prout in procuratore, negociorum gestore, & similibus, quia eligendo minus idoneū tenetur, secus in depositario, & similibus, qui liberantur simpliciter cedendo actionem, d. l. si is apud quem.

10 Quæro vlterius de subtili materia, † depositum factum est pe-

rees duos, an intelligatur pro virili, vel insolidum in materia, & titulo depositi duo sunt iura, & leges principales. s. l. si duo, & l. 1. §. si apud duos, ff. depos. ad quarum, & materiæ intelligentiam considerandum est cum Bart. & cæteris interpretibus, quod in contractibus rem restitui duæ considerantur principales obligationes, vna appellatur primitiua, vel principalis, quæ respicit rei depositæ, vel commodatæ restitutionem, altera est secundaria, vel accessoria, quæ prouenit a dolo, vel culpa cõmissa a recipientibus rem ipsam quatenus ad primitiuam illam obligationem constituuntur duo rei debendi, si id expresse actum sit, l. si diuisa. C. loc. alioquin quisque reorum pro parte tantum tenebitur. arg. l. 3. §. heres, ff. commo. & d. l. si duo. ff. depos. & hęc diuiduitas consideratur quantum ad obligationem, seu conueniendi modum, cæterum solutione inspecta indiuidua cẽsetur, quia si vnus partem soluat non liberabitur, quemadmodum indiuiduis prorsus liberaretur, quatenus verò attinet ad obligationem secundariam, multum refert, an à partibus actũ sit, vt sint duo rei debendi, vel non: nam priori casu, scilicet si est actũ, sunt duo rei prorsus. Secundo autem casu non, quamobrem distinguẽdum in hoc videtur; aut enim dolus, vel culpa vnius ex obligatis intercessit, & solus ille tenetur, alleg. l. 1. §. si apud duos. si vero vterque peccauit, vterque instar duorum reorum insolidum tenebitur. l. 3. §. si duobus vehiculum, in fine, ff. commo. & ita docet Bar. in l. eandem, vers. secundo quæro. vbi Castren. nu. 2. ff. de duobus reis. in auth hoc ita. col. 3. vers. quarto quæro. & in l. 4. §. Cato. in 2. & 6. oppos. in l. stipulationes non diuiduntur. in 8. oppos. ff. de verbor. * oblig. & hæc cum Bart. est commun. opin. vt per Soc. iun. in d. §. Cato, nu. 103. Ronchegal. in d. l. eandem, nu. 20.

11 Declaratur † hæc commu. sententia circa secundariã obligationẽ, vt procedat qñ depositum consisteret, & factum esset de re indiuidua, puta specie, secus de re diuidua, puta quantitate, quia diuidi potest, & quilibet tenetur solu pro rata. ita limitat, & declarat Ang. in d. l. eãdem, quem ibi etiam sequi videtur Pau. Cast. late Sãcius Bascolet. in suo arbore diuidui, vel indiuidui. nu. 54.

12 Ex prædictis igitur sequi videtur, † quod si vnus depositarius decedat pluribus relictis hæredibus, quod non sint hæredes insolidum obligati, sed pro rata tantum. Bene verum est, quod si vnus ex hæredibus vellet soluere partem suã, vel etiã esset per Iudicẽ condemnatus ad soluendum portionẽ sibi tangentẽ, quod nõ dr̃ liberatus, quia est obligatio rẽ restituẽdi indiuidua solutione. ita Bar. in l. 4. §. Cato, in 2. oppos. & ibi cæteri sequuntur ff. de verb. oblig.

Amplia-

13 Ampliatur hæc conclusio, † vt procedat etiam si essent plures depositarij insolidum obligati: nam si decedant pluribus relictis hæredibus tenentur solû pro parte, & pro virili si res in contractum deducta sit sui natura diuidua, vt per Castren. in d. l. eandem. in princ. vbi rationem reddit, quia in principalibus depositarijs, cum plurib. contrahitur, & plurium fidem sequi volui, quæ ratio non militat in pluribus hæredibus, cum quibus nō contraxi, & quos fortasse non noui. sequitur etiam Alc. in alleg §. Cato. in 2. oppos Bar. rationem philosophicam reddens, quia fides est indiuidua, cano. si ad scripturas, dist. 9. l. si ex falsis, C. de transact. quæ non militat in hæredibus, quorum fidem non sum sequutus. addit Rouchegal. vbi supra, nu. 265. aliam eius rationem, quia in obligationibus solidi mitius agitur cum eo, qui ex alieno facto, quàm qui pro proprio tenetur.

Ex quib. sequitur correlarie limitatio ad reg. l. 2. §. ex his. ff. de verb. oblig. quod ex persona hæredum non mutatur conditio obligationis, quia hoc non procedit, vbi diuersa ratio considerari potest, & rei in obligationem deductæ qualitas hoc patitur.

14 Declaratur etiam illud, † quod superius dictum est, quod in obligatione depositi rem restitui si vnus solus dolum cōmisit ille solus teneatur, nisi alij carēti dolo possit imputari culpa, quare non præcauerit ne alter committeret dolum, tunc ipsi potest conueniri ex culpa sua propter alterius dolum, sed contra consocium actio sibi per agentem est cedenda. l. vnde quæritur. vbi gl. in ver. compellitur. ff. de rei vend. quæ culpa debet clare probari, aliàs in dubio non præsumitur. l. fi. §. interdum, ff. de cullo reo. l. quotiens, §. qui dolo ff. de prob. Ias. in d. §. Cato, sub num. 29.

15 Declaratur etiam illud, † quod dictum est, quod in obligatione depositi conueniantur plures hæredes committendo dolum, vel culpam, quod omnes teneantur insolidum, per l. si duo, §. si lancem, & l. 1. §. si apud duos, ff depos. tamen inter eos habent diuisionis beneficium exemplo tutorum, quibus æquiparantur, l. 1. §. nunc tractemus, ff. de tute & rat. distrahen glo. & Doct. in l. 1. C. de transac. & ita declarat Bar. in l. 3. §. 1. q. 2. ff. de duob. reis, cum
* quo est commu opin. vt testatur Ias. ad d. § Cato nu. 30. dicens in pract. bene notandum.

16 Notandum tamen est in actu practico, † quod in huiusmodi obligationibus rem restitui non committitur dolus, per quem nascatur illa secundaria obligatio ex simplici recusatione, & denegatione restituendi, immo opus est, quod aliquis dolo versatus sit ea in re interuertendo, vel contrectando, iuxta l. si duo. in 2. respon.

resp.ff.depos.Ronchegal.ad l.9.sub nu.271.ff.de duob.reis.

Quæro vlterius, hæres depositarij dolo commisit, de hoc patet in præcedenti quæstione, & ponam inferius dum tractabitur quid veniat in actione depositi.

Quæro vlterius, si post litem contestatam dolo fecit, posui supra in materia de dolo depositarij, ad l.1.§.non tantum.ff. depos.

Quæro, si conueniatur ne dolus præstetur, vel ne depositi agatur, posui supra in materia doli.

Quæro vlterius, quid si in restitutione depositi dolus, vel culpa commissa sit, posui supra de resti.depos.

Quibus competat actio depositi, & quæ remedia dentur pro deposito.

Tit. Hæredibus.

SVMMARIVM.

1 *Repetitio depositi, quibus competat.*

Vidimus superius, dum de restitutione depositi tractauimus, quod competit hæredi restitutio depositi, & ibi vidimus de pluribus hæredibus, & de re diuidua, & indiuidua, quibus addendo
1 dicitur, † quod repetitio depositi competit cuicunque hæredi, & directo, & fideicommissario, & cuicunque bonorum successori, & possessori.l.1.§.hæc autem actio.ff.depos.cum superius adductis, & hæredi pro recuperatione depositi competunt plura remedia.s.rei vendicatio, actio depositi, & petitio hæreditatis, vt not. glo.in l.fi.in vers.hæredi,ff.vt legatorum nomine.

RVBR.

Legatarijs, & quibus testator restitui mandauit.

SVMMARIVM.

1 *Testatore mandante pecunia deposita restitui, quomodo sit agendum.*

Depo-

2 *Depositi species quædam, quæ vtilis dicitur.*
3 *L. 1. §. fi. depos. limitatio.*

1 Mandat † testator pecunias depositas restitui alicui, & in hoc distinguendum videtur, aut depositarius accepit aliquod commodum ex deposito penes eum facto, & potest conueniri actione ex testamento: aut nullum percipit commodum, & est depositarius vti merus executor, & tunc conuenitur actione depositi, vel negociorum gestorum, vel ex stipulatu si intercessit. ita Bart. in l. si à plurib. & in l. Imperator. ff. de leg. 1. in l. 1. nu. 8. ff. de leg. 2. clarius in l. Firmio. §. 1. in fi. ff. quan. dies leg. ced.

Ex quibus iuribus infertur correlarie ad multa, & primo, quod si est contentio cui depositum à defuncto restitui debeat, an hæredi directo, vel fideicommissario, & vtiq; hæredi directo, qui suis loco, & tempore fideicommissario restituat. ita clare in materia depositi, probat tex. in allegata l. fi. ff. vt legatorum nomine caue.

2 Secundo infertur, † quod in tractatu depositi reperitur quædam species depositi, quæ vtilis appellatur, puta si depono penes te cẽtum soluenda Lucretiæ, cum nupserit, vel erit ætatis annorũ tot, & si talis, cui solutio facienda est decedat ante tempus, transmittit ius petendi depositum ad hæredem, ita probat tex. in allega. l. Firmio. §. 1. cum ibi no. ff. quan. dies leg. ced.

3 Tertio infertur † limitatio ad l. 1. §. fin. ff. depos. qui vult, quod in contractu depositi habeat locum pœnitentia ex parte deponẽtis, vel eius hæredis: nam hoc procedit, & habet locum in puro, & simplici deposito, secus in conditionali & facto in certum euẽtum. ita Bar. per illum tex. in d. l. Firmio. §. 1.

RVBR.

Qui deposuit, & rei dominus.

De hac materia posui supra in principio de personis deponentibus, titulo si non dominus deponat, ad materiam l. fi. C. ad exhibendum.

RVBR.

Qui deposuit, & mandauit deponi.

De hac materia posui supra, forma tertia, ad materiam l. 1. §. si te rogauero. ff. depos.

RVBR. I.

SVMMARIVM.

1 *Seruus deponens, cui dominus acquirat actionem.*
2 *Depositario monacho ad aliam religionem transeunte actio primo monasterio remanet.*
3 *Initium in contractibus, & praesertim in deposito, spectandum est.*

1 Si † seruus duorum deponat, quorum vnus est prior, alter posterior. Si seruus meus deponat eo competit mihi actio directa, & hoc procedit siue in seruo habeam vsumfructum, siue proprietatem, siue etiam tantum bona fide possederim, siue manumiserim, siue alienauerim, quia talis alienatio non praeiudicat iuri iã quaesito, l. 1. §. si seruus, & §. non solum. ff. depos.

2 Ex qua conclusione inferuntur corrolarie duo. Primum, † si Monachus, vel aliquis religiosus deposuerit, & sic monasterio sit iam quaesita actio, vel aliquid aliud acquisiuerit, si transeat ad aliam religionem etiam de licentia Superioris, tamen sibi nõ prę iudicat, sed remanet primo monasterio, cui iam quaesita erant. gl. quae ad hoc passim allegatur in c. quod te, de clerico coniugato. Pau. Castren. in l. antepen. per illum tex. C. de vsufruct. dicens hãc opi. esse de iure veriorem.

Addo glo in cano. si quis rapuerit, 27. q. 1. in cano. fin. 17. q. 4. Inno in c. ex transmissa. de renunciationib. Spec. in tit de sta. mona. §. 1. vers. 6. & vers. 25. Anch. in reg accessorium, lib. 6. But. in c. statuimus, col. 1. de regularib. Imo. in c. ne in agro. de statu monacho. in clemen. Lap. alleg. 62. Bar. in l. 2. §. fin. de bonorum poss. secundum tab. Bal. in auth ingressi. C. de sacrosan. eccle. Cald. consil. 23. & 27. de regularib. Barb. cons. 20. col. 4. vol. 3.

Secun-

Secundum correlarium colligitur, † quod in contractibus, & maxime in deposito initium spectandum est, d. §. non solum, quod intelligitur, & habet locum si quæratur de aliquo contractu, vel si quæratur an valeat, vel non valeat, secundo procedit an agatur, vt aliquid detur ex eo, tertio an proueniat. de primo habetur exemplum, ff. commod. l. 1. cum sequenti, & ff. de ritu nuptiarum. l. si quis. & l. eandem, §. si quis, ff. de duobus reis, de secundo ferè sunt omnia exempla ex titulo depositi, prout in l. 1. §. si apud seruum, & §. idem Pomponius, & §. non solum, & l. si id quod, §. fin. ff. pro soc. & l. sed an vltro, §. 1. ff. de negot. gest. in l. si procuratorem, ff. mand. De tertio habetur exemplum in l Rutilio. ff. de contrahen. empt. in l. sed quæ loca. ff. de seru. rust. præd. l. ergo. ff. de acquir. rerum dominio. Azo in broccardicis suis, in principio. Damasus reg. 104.

R V B R. II.

Si duorum seruus deponat.

S V M M A R I V M.

1 *Seruus duorum deponens, quomodo dominis paribus acquirat, & an idem in institore vnius societatis dicendum sit, num. 2.*

1 Si duorum seruus deponat, vnicuique dominorũ pro eius parte quærit actionem. l. 1. § si duorum seruus. ff. depos.

2 Et hæc decisio, † licet loquatur in seruo communi, tamẽ in actu practico vtilis est in institore vnius societatis, & habent plures partes in societate quomodo eis acquirat: nam distinguendum videtur, & in deposito, & in cæteris contractibus, quandoque enim stipulatur simpliciter, & tunc aut omnibus quæri potest pro dominica portione, vt l. seruus communis, & ibi Bar. ff. de stipul. seruor. si tamen ad alterum ex dominis pertinuisset, alteri restituere cogeretur condictione sine causa, vt l. pen. de stipul. seruor. aut non potest omnibus quæri pro dominica portione, & quæritur pro ea portione, pro qua potest, vt l. si seruus communis. ff de dam. infec. aut non potest omnibus quæri, & quæritur illis, quibus potest, vt l. 1. §. si seruus communis, & latè Barto. in l. si seruus communis ita. ff. de stipul. seruorum.

RVBR.

RVBR.

Alter ex deponentibus, an insolidum agere possit.

SVMMARIVM.

1 *Deponentes plures, an insolidum agere possint.*

Vidimus supra de duobus reis debendi in deposito, quid in
1 pluribus deponentibus, † hæc vera videtur cum Paulo Castrensi resolutio ad dict. l. 1. §. sed si duo, ff. depositi. aut conuentum est, & conuentio seruanda est, aut non constat de conuentione, aut depositum consistit in pecunia, & cuilibet est restituenda pars sua, vt l. si pecuniam, ff. depositi, aut est deposita species, & non potest restitui sine altero, vt l. si quis aliquid, §. instrumenta, ff. de penu leg. & adde textum, & ibi Bartol. dicit esse casum quotidianum, pulcherrimum, & menti tenendum, quod de mandato Iudicis res indiuidua solutione potest vni ex hæredibus solui, ita Bart. in l. si stipulatus, in principio, per illum textum, ff. de solutionibus, ex quibus colligitur limitatio ad prædicta, nisi species, vel alia res indiuidua deposita restitueretur vni ex dominis tantum, vel hæredibus tantum de mandato Iudicis.

RVBR.

De Filiofamilias.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias, an depositi agat, & quid in deposito facto à patre, & filio ad vnum certum effectum, num. 2*

1 Certi iuris est, quod filiusfamilias etiam de iure antiquo agere poterit depositi. l. Iulianus. ff. depos. l. filiusfamilias, & l. factū, de actio. & oblig. & notandū est, prout in allegatis iuribus apparet,

quod actio depositi est vna ex illis, quæ etiã directa competit filio, & tunc licet proprietas actionis sit filij, exercitium tamen est penes patrem, & ideo si pater, vel eius procurator est præsens filius non poterit se intromittere, si autem abest vterque, tũc exercitium competit filio, nec habet necesse cauere patrem ratum habiturum, quia agit nomine suo proprio, non paterno, quia habet actionem directã vna cum exercitio residente in personã ipsius. ita post antiquos declarat iura prædicta Pau. Castren. in l. si longius, §. 1. ff. de iudic. subdens etiam quod de iure nouissimo in casibus, quibus acquirebatur patri ex aduentitio peculio non acquiritur patri proprietas, sed ipsi filio, & apud ipsum remanet per titulum, C. de bon. quæ liber. patri vero datur exercitium si habet vsumfructum: si autem non habet, tunc etiam exercitium competit filio: potest etiam pater quãdo est præsens exercitium concedere filio per authent. quod locum, C. de collation.

2 Additur etiam prædictis id, † quod consulendo tradidit Bal. cons. 384. lib. 1. quem refert, & sequitur Ronchegal. de duob. reis, l. 2. in princ. nu. 167. vbi Bal. agit de deposito facto à patre, & filia penes quempiam ad vnum certum effectum, & dicit quod si agatur de restitutione depositi filiæ deberi quãtitatem tantũ actionis depositę, quia diuidua est obligatio, allegat. §. Cato, & l. reos. §. cum tabulis. ff. de duob. reis, & l. si diuisa, C. loc. & hoc etiam si constaret pecuniam depositam totam esse filiæ, vt ibi latius per eũ. De alijs, quibus detur, posui supra de personis deponentibus.

R V B R.

Aduersus quos detur actio depositi.

S V M M A R I V M.

1 *Actio depositi, an detur contra hæredes, siue quid ad eos peruenerit, vel lis contestata sit, vel non. nu. 2. materiaque declaratur, nu. 3. & 4.*

2 *Dolus dans causam contractui, quando reddat eum nullum, tam in contractibus bonæ fidei, quàm stricti iuris, nu. 6. cum subdeclarationibus. nu. 7. & 8. Declaratur item, nu. 9. vsque 12.*

12 *Dolum passus declarare cogitur, an velit stare contractui, vel nõ, nisi lex actui resisteret. nu. 14. & quæ consideranda sint in hoc materia. nu. 15.*

Vidimus, quibus detur actio depositi, modo videamus contra

quos

1 quos detur. † & primo contra hæredes depositarij. Datur & cōpetit depositi actio contra hæredes ipsius depositarij. l. si in Asia. §. cum sequestro. l. die sponsaliorum. in prin. l. si hominem. §. datur. ff. depos. l. ex depositi, & l. ex contractibus. ff. de act. & oblig. l. hoc iure. §. fi. de reg. iur.

Ad huius conclusionis, & allegatorum iurium intelligentiam notandum est, quod recepta est conclusio, quando dolus fuit cōmissus in contractu depositi, vel alio simili, vel circa contractū, quia dolus descendit ex contractu, & rei persecutione hæres tenetur sicut defunctus, & si sit vnus in solidum, si plures pro hęreditarijs portionibus. ita tradit Alberi. quem ibi sequitur Cag. in l. hoc iure. §. fi. ff. de reg. iur. Bar. & Ang. in l. ex depositi. ff. de act. & obliga. in l. 1. C. ex delic. defun. num. 13. in l. 1. ff. de priua. deli. in l. si hominem. §. datur. vbi tex. in terminis. ff. depos.

2 Ampliatur concl. † vt procedat siue ad hæredes aliquid peruenerit, siue non, siue lis fuerit cum defuncto contestata, siue non, vt per scribentes in locis superius allegatis.

3 Declaratur † præsens materia generaliter loquēdo in cōtractibus, vt ꝓcedat qñ dolus, vel delictum cōmittitur in contractu, vel circa: secus si extra contractum, quia tunc hæres non tenet. l. 1. & ibi no. C. ex delic. defun. Bar. in d. l. ex depositi. in 1. oppos.

Ex quibus sequitur correlarium ad l. 1. C. ex delic. defun. vt ꝓcedat quando dolus, vel delictum fit extra contractum.

4 Declaratur secundo, † vt procedat quando agitur actione descendente ex contractu, secus si agatur alia actione non descendente ex contractu, puta actione de dolo, quo casu non transit ad hæredes, nisi in tribus casibus. Primo quatenus ad eum peruenit. Secundo, si dolo fecerit ne perueniret. Tertio, si lis est contestata cum defuncto. l. itaque. cum l. seq. ff. de dolo. declarat Castren. in l. curatoris. col. fi. C. de neg. gest. Ias. in l. ex parte. §. fi. ff. de verb. oblig.

Et quoniam præsens regula, & conclusio includit in se vnā, & præsupponit aliam, quæ est.

5 Dolus † dans causam contractui reddit eum ipso iure nullum. glo. in c. cum dilecti. de emp. & vend. Bart. in l. sub prætextu. C. de transac. dicitur aūt dolus dare causam contractui, quando dolosis suasionibus induxisti me ad contrahendum, qui aliâs non essem contracturus, & iste dolus est radicatus in consensu, qui tradit vim, ac robur contractui, vt l. 1. ff. de pact. adeo quod dolus cōsensus est, & ob id dicitur dare causam contractui; dolus vero dicitur incidere in contractū, quādo ꝗs aliâs contracturus, puta vē-

dituros, vel locaturus, & ego dolo demonstraui, quod pretium, vel pensio talis rei non est nisi tanta. vnde dicitur dolus incidere in contractum, quia consensus, qui est causa contractus fuit bonus, & purus, sed illud accidens, quod versatur circa pretij quantitatem, fuit dolosum. Bar. ad l. eleganter. in pri. ff. de dolo. Cano. in d. c. cum dilecti. Pantal. ad l. 2. vbi Cag. nu. 16. C. de rescin. vendi. Ferret. in l. si quis cum aliter. num. 1. ff. de verborum obl. Docto. in §. actionum. Insti. de act.

6 Quæ conclusio procedit, † & habet locum in contractibus bonæ fidei, secus in contractibus stricti iuris, in quibus purgatur dolus per actionem, vel exceptionem doli, idem quando incidit dolus in contractum stricti iuris, & hæc est magis commu. opi. vt testatur Bal. in §. actionum. vbi Beninca. num. 232. in fi. Insti. de act. cuius ratio in promptu videtur, quia dolus est contra naturam contractus bonæ fidei. l. bona fides. ff. depos. at non in contractibus stricti iuris, sed contra naturalem æquitatē. Mant. sing. 316. dicens hoc perpetuo notādum, & perpetua obseruatione dignū. lace Ant. Nicel. in trac. de concor. glo. concor. 13.

7 Subdeclaratur, † quod dictum est de contractibus bonæ fidei, vt procedat si daret causam contractui, secus si incideret, quia tūc non reddit contractum nullum, sed bene purgatur per actionem descendentem ex eo contractu, & isto casu datur contra heredes modo, quo superius diximus, & ita procedunt iura loquentia, dari contra heredes. ita tenuit Bar. in l. eleganter. ff. de dolo. in l. in summa. ff. de condi. indeb. in l. & ideo. ff. de condi. fur. eleganter Bal. in l. arbitro. ff. de dolo. Corn. in l. in actione. C. de. transac. Alex. in. l. iurisgentium. §. prætor ait. ff. de pac. Ias. in l. in deposi. nu. 8. ff. de re iud. in l. transactione nu. 5. C. de transac. Seisel. in l. si id qp. ff. de verb. obl. Crot. in repe. l. si is qui pro emptore. nu. 114. ff. de vsuca. & hæc est commu. opi. vt attestatur Io. Igne. in l. cōtractus nu. 105. ff. de reg. iur. Cur. in l. actione. C. de transac. in l. sub prætextu. C. eodem tit. Imo. in c. cum dilecti. de emp. & vend. Cagno. in l. 2. num. 16. vbi etiam alij repetunt. C. de rescin. vend. Euerar. in loco à contrac. ad distractum. Emil. Ferret. in l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig. & hæc est mera veritas, vt dicit Ias. in §. actionum. Insti. de act. & verissima opi. vt ibidem Io. de Pla. attestatur.

8 Subdeclaratur † secundo id, quod dictum est de contractibus stricti iuris, vt dolus dans causam contractui stricti iuris nō reddat eum nullum, vt non procedat de æquitate canonica, secundū quam omnes contractus sunt bonæ fidei. Bal. in c. 1. de mutu. petquē commendat Ias. in l. &, si post tres. ff. si quis cau. Bar. Cæpo. in

c. cum

d. cum venerabilis. de excep. Bonacos. de æquit. caño. conclus. 60. Galles. de bo. fi. iud. nu. 12. cum seq. vbi pulchre se extendit.

Vnde in terris Ecclesiæ, in quibus seruari debet ius canonicũ allegata sub declaratio locum habebit.

9 Declaratur † secundo loco alleg. concl. de contract. bonæ fidei, vt procedat in dolo, qui caderet in prudentissimũ, & cordatũ hominẽ, & non in quocũq; alio dolo. Inno. in c. cũ dilectus. de emt. cau. sequitur Bal. in l. interpositas. C. de transactio. in l. si quis cum aliter. num. 9. ff. de verb. obl. in §. actionum. nu. 6. Instit. de act. & hæc est communis opinio, vt attestatur Eman. Soarez. in suo thesau. in verbo. dolus, num. 108. secundum quam pluries in facto obtinuit Marsil. singul. 407. dicens quotidie in facto contingere, commendat etiam in practica Bald. in rubr. C. de rescind. vend.

10 Declaratur † tertio, vt non procedat, quando dolus esset commissus ab vtraque parte, quia tunc dolus cum dolo compensatur. l. viro atque vxore. ff. solu. matri. declarando, vt per Sebast. Medic. in tract. de compensat. par. 1. q. 37.

11 Declaratur † quarto, vt procedat in dolo contrahentium, secus si sit dolus Tertij, vt proxenetæ, & similium. glo. in l. eleganter, & ibi etiam Alex. ff. de dolo per. l. 2. ff. de proxenet. Bal. in l. 2. in 3. opposit. ff. de fideius. & in l. multum. C. si quis alteri, vel sibi. Nisi ille tertius sit ferè idem cum aliquo ex contrahentibus, & illius persõnam repræsentet, vt tutor, curator, procurator, & similes. Bart. in l. sed si ex dolo. ff. de dol. Bertinca. in §. actionum. nume. 302. Instit. de act. Igitur dolus tertij nocet alteri ex contrahentibus, si illius personam repræsentet, aliàs non, & sic habetur limitatio ad l. 2. ff. de proxenet.

12 Declaratur † quinto loco notabiliter, vt procedat volente eo, contra quem dolus commissus est, nam si valeret contractum valere dolo non obstante, valeret, ne inducta in fauorem retorquerentur in odium, cõtra l. quod fauore. ff. de leg. glo. est notabilis, secundum Bal. & Angel. in d. §. exigentium. §. prætor. in verbo dolo. ff. de pact. sed similis est glo. in l. eleganter. in glo. in verbo nulla, & ibi Bart. de dolo, & in l. in causæ, la. 2. in pri. ff. de mino. & cogeretur is, qui dolum cõmisit contractum seruare. Feder. de Sen. consi. 89. puto. Bal. in l. quod fauore. col. 2. per illum tex. C. de leg. Panor. in c. cum dilecti. col. 2. versic. item cape aliam. de empt. & vendi. Castr. cons. 295. si dicta pignora. col. 1. lib. 2. Feli. in c. dilectus, il secundo. col. 5. versic. tertio facit, de rescr. & in c. tuis quæstionibus. col. 1. de test. Rui cons. 198. viso, & perfecto, num. 12. lib. 1. Io. Igne. in l. contractus. col. 34. versi. nunc restat articulus,

cum multis seq. ff. de reg. iur. Tiraquell. late inferens ad multa, in tract. le mort Saisit. par. 7. declarat. 1. num. 8.

13 Cogitur † tamen is, qui dolum passus est, declarare, an velit stare contractui, vel non, ita practicare docet Bar. in l. Iulianus. §. si quis colludente, in fin. verb. ff. de act. emp. quem summopere cõmendat Bald. in l. dolum. C. de peric. & commo. rei vend. in l. 1. col. 3. C. plus vale. quod agitur. Ias. in l. transactione. C. de transac.

14 Quod limita, † nisi lex resisteret actui, quia declaratio dolum passi nihil operabitur. glo. notabilis. in l. a diuo Pio. ff. de ritu nuptiarum, quam glo. dicit non esse alibi, Bal. in l. 1. col. 3. C. plus valet. quod agitur. in l. non dubium. colum. 10. C. de leg. in l. ea quæ. C. de donat. an nupt. Ias. in l. iurisgentium. §. prætor ait, in fine. ff. de pact. Alex. ad Bart. in d. §. si quis colludente. Ex quibus postea infertur correlarie ad duo, & primo ad intellectum §. sine. versic. aliquando, Instit. de perpet. & temp. act. quia ibi ea actio non transit ad hæredem, quia dolus dedit causam contractui, & sic contractus erat nullus ipso iure, vnde non agitur actione descendente ex eo contractu, qui nullus est, & consequenter nullam parit actionem, sed actionem de dolo, quæ ad hæredem non transit, nisi lite contestata, cum defuncto, vel quatenus ad eum peruenerit, vel dolo male fecerit, quo minus perueniret. ita declarat Bart. in l. ex depositi, ff. de actio. & oblig. Castr. in l. curatoris in fine. C. de neg. gest. Iason. in l. ex parte. §. 1. ff. de verbo. oblig. Cagnol. ad leg. hoc iure. §. fin. ff. de reg. iur. scribentes in §. actionum, Insti. de action.

15 Secundo loco † correlarie considerabitur practicando qualitas contractus reiecta, quia cum omnes contractus de iure Canonico sint bonæ fidei in omnibus locum habebit, considerabitur modus, s. an dolus dederit causam, vel inciderit. considerabitur qualitas doli, an caderet in prudentissimum virum, & considerabitur si persona, contra quam est commissus dolus, an velit stare contractui, vel non. considerabitur, an talis declaratio releuet, quia lex resistat, vel non resistat actui, qui geritur, & sic poterit forsasse in practicam deduci in materia depositi, & aliorum cõtractuum dolus contra hæredem.

R V B R.

Contra filiumfamilias.

Actio depositi datur contra filiumfamilias, de hoc posui supra in prin. in verbo, filiusfamilias, depositarius,

RVBR.

RVBR.

Contra seruum manumissum.

SVMMARIVM.

1 *Seruus manumissus, an conueniatur depositi.*
2 *Tit. C. an seruus, declaratur.*
3 *L. Pomponius, la 2. ff. de neg. gest. declaratur.*

1 Seruus † depositarius, postea manumissus, licet de rigore iuris ciuilis conueniri non possit, sicut in cæteris contractibus actione depositi. l. 1. § si apud. ff. deposi. datur tamen de æquitate. l. si apud, in fine, ff. deposi. vbi Castren. dicit, quod speciale est in actione depositi, quæ ex post facto mutata conditione depositarij dicitur etiam mutare naturam suam in realem actionem, & dari contra quemlibet possessorem.

2 Ex quibus † correlarie inferuntur multa, primum limitatio ad titulum, C. an seruus, vt non procedat in actione depositi.

3 Secundum † infertur limitatio ad l. Pomponius, la seconda. ff. de neg. gest. vt non procedat, nec habeat locum in contractu depositi, vt ibi etiam Bar. & Cast. animaduertunt.

Tertium, vt actio depositi ratione sui priuilegij mutet naturã suam de personali in realem mutata conditione, & statu depositarij, adhuc depositum retinentis.

RVBR.

Contra hæredem putatiuum.

SVMMARIVM.

1 *Actio depositi datur contra hæredem putatiuum.*

1 Actio depositi datur contra hæredem depositarij, qui putauit se hæredem, cum re vera non esset; & tenetur restituere rem depositam vnà cum fructibus perceptis, vel qui percipi potuerunt iuxta consuetudinem regionis. l. 4. ff. deposi. l. idemque, §. sed &

si pecuniam. ff. mand. l. post Senatusconsultum. ff. de pet. hæred. l. 1. ff. de vsur. de qua materia, quia tractatur quid veniat in actione depositi, ponam inferius Deo dante, suo loco.

R V B R.

De eo, apud quem, & cuius iussu depositum est.

Est materia l. 1. §. idem Pomponius. ff. deposi. de qua posui supra in principio, causa 4.

R V B R.

De altero ex duobus reis, apud quos depositum est.

Est materia l. 1. §. sed si apud duos. ff. deposi. de qua posui supra de duobus reis.

R V B R.

Contra fideiussorem.

S V M M A R I V M.

1 *Fideiussor depositarij quomodo & quando teneatur.*
2 *Actio depositi præsertim contra fideiussorem nascitur antequam dolus committatur.*
3 *Depositario mortuo adhuc fideiussor remanet obligatus.*
4 *Fideiussor mortuo principali liberatur, limitatur tamen nu. 9. si obligatio fideiussoris commissa sit ante mortem, secus in committenda. nu. 10.*
5 *Fideiussor pro aliquo q uicquid facto calculo talem debere apparebit soluere liberatur, si debitor nondum declarato debito moriatur.*
6 *Fideiussio pro aliquo simpliciter de iudicio sisti, vel stando iuri, illo mortuo extinguitur, atque declaratur, nu. 7.*
8 *Fideiubens aliquem quid facturum, & facta curaturum, illo mortuo liberatus est.*
11 *Decedere sine hærede dicitur quis, quando missis bannimentis, nec [illegible] reper. &c.*

reperiatur, qui velit habere hæreditatem.
12 *L. mortuo. ff. de fideiuss. declaratur.*

1 Fideiussor † depositarij tenetur, vt l. 1. §. idem Pomponius, vers. plane, si fideiussistis. ff. depositi, in quo contextu duo principaliter contineri videntur, & notabilia.

2 Primum est, † quod actio depositi nascatur præsertim contra fideiussorem antequam committatur dolus, vt Accurs. & Bart. notant, in hoc contextu, in quo capite pro resolutione distinguendum est, quod actio depositi est duplex, quædam ad rei restitutionem, & ista statim nascitur facto deposito. quædam actio est ratione doli, & ista nõ oritur, nisi dolo iam commisso. ita declarant glo. Bar. & Castren. ad l. si stipulatus. § qui lancem. ff. de sol. vbi Bar. dicit esse casum pulcherrimum, & menti tenendum.

3 Secundum colligitur ex hoc textu, quod mortuo principali debitore, puta depositario, adhuc fideiussor remanet obligatus. & quoniam hæc materia fideiussionis per mortem principalis, an extinguatur, est quotidiana, & practicabilis, ob id, vt & in contractu depositi, ac etiam in alijs veritas appareat, ponam aliqua non inutilia in præsenti materia.

4 Concl. igitur sit, † mortuo principali fideiussor liberatur. late Marsi. in rub. de fideiuss. q. 20. nu. 155. cum seq. Ang. in l. sancimus, C. de fideiuss. Aret. in trac. malefi. vers. pro quibus, &c.

5 Hinc postea infertur, † si quis fideiusserit pro aliquo, quicquid facto calculo talem debere apparebit soluere, si debitor nondum declarato debito moriatur, fideiussor liberatur. Castren. in l. qui Romæ. §. Augerius. vbi Alex. & cæteri. ff. de verb. oblig. Soc. cons. 24. col. 3. vol. 3. Ias. in l. petens. num. 11. C. de pac. dicens hoc perpetuo notandũ pro mercatoribus obligantibus se pro alio, quia intelligitur si eo viuo facta fuerit declaratio, aliàs fideiussor non
* tenebitur, & hæc est commu. opi. teste Ias. in d. §. Augerius. nu. 5.

6 Secundo infertur, † quòd fideiubens pro aliquo de iudicio sisti, vel stando iuri simpliciter, mortuo illo, prò quo est facta fideiussio extinguitur, vt no. in l. si decesserit. ff. qui satisd. cog. vbi Ias.
* sub nu. 3. dicit hanc esse commu. opi.

7 Declaratur, † vt procedat in fideiussore de iudicio sisti simpliciter, secus si esset etiam appositum de iudicatum soluẽdo, quia tunc transit ad hæredes, & fideiussio non extinguitur, vt no. in l. si vero vbi Alex. Ias. & alij. ff. qui satisd. cog.

8 Tertio infertur, † quod fideiubens, vel promittens Titium aliquid facturum, & se ita curaturum, &c. morte Titij liberatus est

fide-

fideiussor.ita Abb.in côs.90.circa primum,col.2.refert, & sequitur Mars.in rub.de fideius.q.20.sub nu.155.

9 Limitatur † principalis concl.supra posita,vt non procedat,nec habeat sibi locum quando obligatio fideiussoris est commissa antequam principalis persona extingueretur,quia tunc eo mortuo remanet obligatio fideiussoris.l.hactenus.vbi Barto.no.ff.de consti.pecu.idem Bar.ad l.si fine.ff.de administ.tut. ad l.1.§.idẽ Pomponius.de quo in præsenti agimus.ff.depos.

10 Si † verò fideiussoris obligatio esset cõmittenda,mortuo principali debitore extinguitur, vt per Bart.in locis superius alleg. quem declara,& intellige,quãdo non esset hęres, nec hæreditas iacens,aliás secus,vt per Bar.in l.Stichum,aut Pamphilum. §.1.ff. de sol.vbi Pau.Cast.dicit, quod de æquitate quadam per viam restitutionis datur vtilis contra fideiussorem, nisi fideiussor se sub conditione obligasset, quæ sit purificata mortuo principali sine hærede,vel hęreditate iacente,vt ibi per eum,dicentem prędicta omnia esse in practica singularia,& vtilia.

11 Dicitur † autem quis decessisse sine hærede,quando missis bãbimentis nõ reperitur aliquis,qui velit habere hęreditatem,nec etiam fiscus,vt per Bar.in l.postquam.in princ. ff.vt leg. nom.cauea.in l.sancimus,C.ad Trebel.in l.fideiussor obligari,§.fin.ff.de fideius.

12 Ex † quibus correlariè habes intellectum ad l.mortuo. ff.de fideius.& teneatur fideiussor in deposito etiã pro pupillo recipiente sine auctoritate tutoris,dummodo non interueniat dolus, vel culpa.l.2.& ibi Cast.ff.de fideius.

R V B R.

Si depositarius mutuet alteri.

Actio depositi considerata vti mere personalis non datur contra singularem successorem,sed si res deposita extet,datur deponenti rei vendicatio.l.si is qui.C.depos.de qua materia superius diximus.

RVBR.

Quantum veniat in actione depositi.

SVMMARIVM.

1 *Actio depositi ad quantum detur, & quando in duplum, nu. 2.*
3 *§. præterea. Instit. quibus mod. re contrah. obligat. declaratur, vbi de casu notabili. num. 4.*
5 *Actio depositi quando perpetua, & quando intra annum tantum sit.*
6 *Depositarij hæredes quando ex dolo defuncti, & quando proprio, in quantum teneantur.*
7 *Depositarius ex dolo proprio ad quantum conueniatur.*
8 *Compensatio, an locum habeat in depositi contractu.*

Vidimus superius, quibus datur actio depositi, videamus quantum veniat.

1 Prima sit conclusio, regulariter actio depositi datur in simplum, l. 1. in princ. ff. depos. & hæc est vna quæ dicitur primitiua, altera quæ dicitur secundaria. Primitiua datur ad rei restitutionem. Secundaria datur ratione doli, vel culpæ ad emendationem damni, vt l. 1. §. si apud duos. & l. si duo. ff. depos. & vidimus superius in q. de duobus reis.

2 Fallit, † si fiat depositum ratione tumultus, incendij, ruinæ, vel naufragij, quibus casibus datur in duplum depositario inficiante, & isto casu actio depositi est mixta, §. sequens. vbi no. Instit. de act. & ratio est in promptu, quia istis casibus depositum factum fuit ex necessitate, nec habuit tempus deliberandi penes quem melius deponere posset, vnde magis subuenitur, l. si fideiussor, §. si necessaria, ff. qui satisd. cog. vt superius vidimus.

3 Ex quibus † correlarie sequitur limitatio ad §. præterea. Instit. quib. mod. re cont. oblig. in verbis illis, sibi imputet, qui parum diligenti amico rem custodiendam dedit, quia fallit si hoc ex necessitate faciat, & depositarius in duplum inficiando grauatur.

4 Et casus † iste est sanè miserabilis, & notandus, quia quandoque ex infortunio incidit ignis in domum vicini, qui pro conseruatione rerum, maxime pretiosarũ proijcit, vel tradit in domum vicini ad conseruandum, vnde si postea in restitutione negaret,

esset

esset sanè ab omni fide, & caritate alienum.

5 Et † talis actio depositi est perpetua, quando intentatur contra depositarium, si verò intentatur contra hæredem ex dolo defuncti, tunc infra annum tantum, licet detur in duplum, vt not. in l. quod de eo. in 1. lect. ff. depos. & per Castren. in l. 1. §. 1. ff. eodem & no. in §. sequens. Instit. de act.

6 Secunda principalis sit conclusio, † hæredes depositarij quandoque conueniuntur ex dolo defuncti, quandoque ex dolo proprio, si ex dolo defuncti in simplum, nisi superuenerit inficiatio, de qua superius vidimus in proxime præcedenti quæstio. l. 1. §. 1. cum ibi not. ff depos. similiter datur contra hæredem, vel insolidum si est vnus, vel pro hæreditarijs portionibus si sunt plures, de qua superius vidimus de dolo dante causam contractui.

7 Tertia sit conclusio. † Depositarius ex dolo proprio ad quantum conuenuatur. vide supra de dolo depositarij.

8 Quarta sit conclusio, † in depositi contracto, an habeat locum compensacio. vide supra ad materiam l. si quis. C. depos.

R V B R.

De in litem iurando.

S V M M A R I V M.

1 *Iuramentum in litem, an detur contra depositarium. & nu. 2.*

3 *Depositarius sine iusta causa restituere negans, & litigans in dolo dicitur, & quomodo infamis efficiatur.*

4 *Iuratur in litem contra depositarium rem deteriorem reddentem.*

5 *Depositarius rem depositam alienans, furtum committere dicitur.*

6 *Iuramento in litem locus est, si deponens valisiam sigillatam probet, quod ampliatur, nu. 7. declaraturque nu. 8. & 9. & quando illi iuramento non sit locus, num. 10. & quid si clausa restituatur, deponens asserat claue adulterina apertam, per testes probabit: nu. 36.*

11 *Cauponæ procurator cautus esse debet, vt illius legalitatem probet ad excludendum iuramentum in litem.*

12 *L. non omnes. §. à barbaris, ff de re milit. intellectus.*

13 *Hospiti à iure suspecto iuramentum in litem non defertur.*

14 *Iuramentum in litem contra depositarium vsurario adhuc vsuras exercenti non defertur, & num. 20. & quando in desistente, nu. 30.*

Iura-

15 Iuramentum contra depositarium bonum & verum Christianum Iudaeo non defertur.
16 Iudaeo, an deferatur iuramentum in litem. & 21. & 22.
17 Vsurarius, qui desijt vsuras exercere, an sit vsurarius. & 18.
19 C. quanquam. de vsu. dispositio, an procedat in vsuras exercere desistẽte.
23 Conuersi de recenti, & diu conuersi, an vt Iudaei, an vero vt Christiani iudicandi.
24 L. fin. C. de Iudaeis declaratur.
25 Iuramentum in litem, an deferatur pro iuramento emendato. declaratur tamen, nu. 26. 27. & quid in homicida conuerso. nu. 32. 33.
28 Intellectus ad §. sancimus. Auth. de monach. & nu. 34.
29 Intellectus ad reg. semel malus.
31 Iudaeo recens conuerso contra depositarium iuramentum in litem non defertur.
35 Caupo depositarius & similes, quando excusentur. nu. 36. & 37.
38 Caupo dans claues armarij, an a custodia liberatus sit.
39 L. clauib. ff. de contrah. emp. ampliatur.
40 Depositarius caupo, nauta, & similis, contra quem in litem iuratum est, contrarium probare potest. declaratur tamen, nu. 41. 44. 46. 47.
42 Consentiens tacitè in actibus iudicialibus in vno actu tacendo, sibi in alio praeiudicare non censetur.
43 L. cum ostendimus §. fi. de fideius. et c. gratum. de offi. deleg. declarantur.
44 Cap. tuis de testibus declaratur.
45 L. pen. C. de pact. declaratur.
48 Mutuum de iure communi in quatuor casibus attenditur.
49 Iuretur ne in litem contra depositarium pro nummis & pecunia deposita.
50 Mutatio monetae, in cuius praeiudicium tendat, & vide nu. 51.
52 Cap. olim de censibus declaratur.
53 Depositario non restituente tempore debito pecuniam numeratam, vt deponens damnificetur, iuramentum in litem datur.
54 Deponens vsuram repetit, vbi sibi depositum in tempore non sit restitutum.
55 Deponens, an possit cogi recipere depositum ante tempus.
56 L. sicut. C. de act. & oblig. limitatur.
57 Depositarius morosus ad quid teneatur.
58 Lucrum cessans deponentis iuramento probatur.
59 Agi non potest contra depositarium in alio quàm in pecunia extrinseco interesse in damno consistente, nec etiam per testes, neque per iuramentum, maximè si mora in omittendo commissa sit.
60 Interesse etiam extrinsecum venit in maleficijs & dolo malo pro frumento, vino, & similibus contra depositarium.

Deposi-

61 Depositario pro omni damno & interesse intrinseco & extrinseco iuramentum datur, si dolo malo morbosum pecus depositum sit.
62 Interesse ratione lucri cessantis vbi venit, an in infinitum rei æstimatio debeatur, & interesse damni emergentis quadrupliciter veniat. nu. 63. atque etiam in foro conscientiæ debeatur. num. 64.
65 Iuram. in litem non datur contra depositarium ex actu illicito.

1 Prima sit concl. † Contra depositarium negantem depositum iuratur in litem, siue negauerit in iudicio simpliciter absq; iuramẽto, siue cum iuramento respondendo positionib. & conuincatur de mendacio, & ex ipso iuramento quantitas, & qualitas, & pretium rerum depositarũ probabuntur, & oĩa damna, & interesse deponentis. l. 1. §. in depos. l. ei apud quem. ff. depos. Ias. ad l. in actionibus, col. pen. vers. secundus casus, ff. de in litem iurando.

2 Secunda † sit conclusio, & limitatiua præcedentis contra depositarium non iuratur in litem si negauerit depositum, non contra ipsum deponentem, sed contra alium tanquam eius procuratorẽ, vel hæredem agentem, nec probantem se esse hæredem, vel procuratorẽ, nisi facta probatione quod sit procurator, vel hæres perseuerauerit in tali negatione, & tunc iurabitur in litem, ad materiam l. si quis inficiatus. ff. depos. de qua materia superius vidimus de excusationibus depositarij, excusatione quarta.

3 Tertia sit conclusio. † Depositarius negans, vel recusans sine iusta causa restituere depositũ, & absq; iusta causa litigat, dicitur esse in dolo, & fidem non seruare, & si patiatur se condemnari ad restitutionem depositi, efficitur infamis. l. 1. ff. de infam. & superius vidimus, & ob id contra eum iuratur in litem. Plot. de in lit. iuran. §. 10. nu. 3.

4 Quarta sit cõclusio. † Cõtra depositariũ reddentẽ rem deteriorẽ iuratur in litẽ. l. 1. §. si res deposita. ff. depos. & superius vidim. de restitutione depositi, vbi videas, & iuro probabitur pretium deteriorationis, ac damnum, & interesse deponentis, d. §. in deposito, & d. l. ei, apud quem. & no. in d. §. in actionib. de qua materia vide supra de restitutione depos. c. si res deterior reddatur.

5 Quinta sit cõclusio. † si depositarius alienauerit rem depositam dicitur furtum committere. l. 1. §. si rem depositam vendidisti. ff. depos. & ibi not. l. qui furtum. ff. de condict. furt. §. furtum, Instit. de oblig. quæ ex delic. nascũtur. diximus superius de causis actionis depositi, causa 2. ergo contra ipsum iurabitur in litẽ, & cuius iuramento rerum quantitas, qualitas, pretium, interesse, ac damnum probabitur iuribus, & auctoritatibus superius adductis, pro

qua

qua facit, quia contra furem iuratur in litē. Anchar.consi.286, & hæc est cōis opin.teste Parif.conf.109.col.3.nu.30.vol.3. Cassan. cōs.21.col.8.nu.35.vers.& etiā,&c. Ampliatur ista concl. vt procedat etiā si depositarius rem depositā venditā postea redimat, adhuc tā dr̄ esse in dolo, & tenetur de interitu, periculo, & casu fortuito, ex quo per alienationē semel dolum cōmisit, d.§.si rem depositam vendidisti, de qua materia vidimus superius tāgendo de emphiteota, qui rē alienauit irrequisito dño, postea redemit.

6 Sexta sit conclusio, † cum valisia, vel fardellū restituitur dissigillatum, sed non constat dolo an depositarij fuerit dissigillata, vel non, si deponēs probet valisiam traditam fuisse sigillatam, locus erit iuramento in litem, quoniā dolus ex illa dissigillatione præsumitur, Paris.cons.74.nu.6.11.& 16.lib.1.Plot.de in lit.iur.§.10. nu.12.& secundum antiquam impressionem, nu.397. Cag.ad l.1. num.130. C.de senten.quæ pro eo quod interest profer.& hæc est * communis opinio, Ias.ad l.in actionibus, nu.41. ff.de in lit.iuran. Iul.Clar.in §.furtum, vers.complemento, Diaz reg.184.Plotus de in lit.iuran.num.62. & dicit Iul.Clar.vbi supra, hanc opinionem esse satis æquam, ex quo tale hominum genus est furacissimum, vt magistra experientia docet. vnde ad reprimendam eorum improbitatem est bonum seruare opinionem Ias. Addo Nat.consi. 79.nu.14. Menoch. cas.208. vbi limitat quando valisia de facili ex se dissigillari potuisset, Cephal.cons.34.num.14.Ioseph.Ludo. conclus.15.ampl.12.Bonacos.de fam.q.56.

7 Ampliatur † hæc conclusio, vt non sit necesse quod hospes aperuerit valisiā cauponi, ita quod caupo sciret quæ res essent in valisia, & hæc est communis opinio, vt per Ias.in d.l. in actionibus, nu.43.Iul.Clar.in §.furtum. vers.pro complemento, in fine, attestans glo.in l.1.§.fi.in verbo in noui.ff.naut.caupo.stabul.communiter reprobari. adde quod idem attestatur Gomes.in §.item Seruiana, nu.31.vbi Ias.num.52.Instit.de actio.Rui.cons.143.nu.29. lib.5.Paris.cons.74.nu.3.lib.1.Plot.de in lit.iuran.§.10.nu.6.circa medium, dicens sufficere consignare cauponi, vel mulioni, aut similibus valisiam clausam, etiam quod non aperiatur ostendendo particulariter res in ea existentes. vnde sufficit sola consignatio * valisiæ sine alio, dicens hanc esse veram, & communem opinionē. idem dicit Iacob. Menoch.cas.208.nu.38.Viui.opin.192. lib.1.

8 Declaratur † præsens conclusio, vt non procedat, nec locū habeat, qn̄ qualitas facti, & personarum aliter suaderet, puta si valisiā, vel fardellū ita foret sigillatū, vt de facili per se aperiri potuerit, vt qn̄ experientia docetētiā in litteris, vel ex defectu sigillantis,

tis, vel exqualitate tēporis, vel incōmodo aliquo in asportando, vel similibus. Vnde solent esse admodum cauti caupone, in inspiciēdo impressionē sigilli, & clausurā ipsius alio modo factā, puta cū stuchetto, & similibus. cōsideratur etiā qualitas depositarij si habeatur pro viro probo, & laudabilis, iuxta illius conditionem vitæ, & morū. Bal. in rub. C. depos. nu. 1. in l. 1. nu. 5. C. loc. Alex. in addit. ad Bar. in l. 2. ff. de via publi. August. Arim. & Bernar. Landr. in addit. ad Ang. in tract. malefic. in verbo, fama publica, col. 15. vers. quęro, quo casu testes. Mars. in l. qui falsam. col. pen. ff. de fals. Tiraq. summopere commendās allegatū dictū Bal. de pęnis legū, causa 23. in fine, & latius causa 51. nu. 59. vbi redarguit Dec. solū contrarium tenentē, & posuimus latè de viro bonæ, & inculpatæ vitæ, de culpa depositarij in quæst. de custode carceris, declaratione quinta. Mascar. de probat. concl. 507. & nō mireris cādide Lector, de hac declaratione Doctorū, quia licet cauponæ, & similis exercitij, & cōditionis homines à iure, & ab hominibus sint in mala existimatione, & pro talibus, vt plurimum reputentur, tñ ista regula non est infallibilis, nec est, vt dici solet, præsumptio iuris, & de iure, vnde inter eos reperiri facilè possent homines probi, & inculpatæ vitæ, sicut econuerso reperiūtur homines parum probi inter homines nobiles, & mercatores, & similis generis homines, pro quibus homines, & communis existimatio præsumit.

9 Et licet quilibet præsumatur in dubio bonus, cap. dudum, vbi not de præsumpt. in glo. in verbo idoneus, ex qua habentur multa iura concordantia, tamen ista qualitas bonitatis est probanda per cauponem, vel similes, quia hoc est fundamentum intētionis eorum, & maxime quia in iure reputantur improbum genus hominum, & non obstante legis prohibitione anhelare ad fraudes, & extorsiones, vt habetur in l. 1. §. 1. ff. nau. caupo. stabul. & dicebat Bal in l. 1. ff. loc. quod arguendo a communiter accidentibus sunt fallaces, & dicit Ang. in l. 1. ff. furt. aduers. naut. caup. & stabul tangimus, & palpamus modicos caupones diuites, & eorum diuitias diutius durare, & ideo in eorum mendacijs non iustificabitur Ecclesia. hinc postea videmus, quod licet reus non teneatur edere actori ad fundandam intentionem ipsius, l. 1. C. de eden. tamen fallit in nauta, caupone, stabulario, vt per Alexan. in d. l. 1. in 3. fallentia, vbi Ias. num. 11. Dec. num. 15. in fine, similiter dispositio Clem. 1. de vsur. extenditur ad huiusmodi genus hominum, iuxta tamen opinionem multorum, vt per Bald. in l. 1. dissolutæ, C. de cond. ex l. vnde cum tales hōmines dicantur esse in tali mala existimatione, eorum bonitatē, & legalem vitam ar-

ticulare,

ticulare, & probare tenentur, quia qñ adest aliqua suspicio bonitas non præsumitur, maxime in præiudiciũ tertij. Feli. in d. c. dudum, nu. 11. limit. 1. & in c. cum in iure, lim. 1. de offic. deleg.
19 Sequitur igitur ex prædictis, † quod quando hospes non consignasset valisiam, vel fardellum cauponę, sed illam ipse retinuisset, puta quod dedisset custodiendam, vel tenendam famulis, vel in camera propria reposuisset, & eius claues secum asportasset, prout quandoque faciunt hospites, quibus a caupona hospitante datur camera pro eius seruitio, & in ea reponit sua necessaria; tunc enim non est locus iuramento in litem, ex quo deficit vnum ex substantialibus, quod est consignatio. Bal. in rubr. C. deposi. fatet Flor. de in lit. iuran. §. 10. nom. 11. subdens, quod similiter non iuratur in litem si fuerit valisia dimissa supra dorsum equi, vel in porta hospitij, & licet caupo dando claues, nō per hoc liberetur a custodia, Bar. post glo. in l. si § 1. ff. fur. aduers. naut. caupon. stabular. tamen hoc casu non poterit iurari in litem contra cauponam, si non constat illam subtraxisse, vel apetruisse, cum non constet de dolo cauponæ. Ias. in d. l. in actionibus. col. penul. vers. tertio limita. ver. tamen aduerte &c. Boss. in suo tract. caus. crim. in tit. fur. aduers. naut. caupon. stabul. num. 5. Iacob. Menoch. de arb. iud. lib. 2. centur. 3. casu 208. sub nu. 89. declarat. 3. Borgni. decis. 37. num. 18. Et si viator, vel alius hospes conqueritur, prout passim contigit de furto sibi facto, quid agẽdum per iudices, ad hoc vt non offendantur indebite cauponæ, & ne hospites damnũ recipiant. Practicando considerari solent duo casus, aut caupo est homo habitus bonæ conditionis, & famæ, & tunc sibi defertur iuramentum purgationis, quod non sit conscius, vel particeps talis commissi delicti, & eo præstito vlterius non molestabitur. aut nō est homo reputatus bonæ conditionis, & famæ, & tūc pro re modica, vel summa modica contra eum poterit iurari in litem præmissa taxatione iudicis, iuxta summam pecuniæ, quam verisimiliter maxime pro viatico habere potuisset viator, & iuxta ipsius iuramentum erit condemnandus hospes, caupo, nauta, mulio, & similes, Spec. in tit. de furt. ver. quid si peregrinus. Mar. Ant. Blan. in repet. l. fin. nu. 65. vers. tunc iudex. ff. de quæst. per textum in l. fin. C. de iu. dom. impetr. & in l. fin C. de bon. author. iud. possid. Bal. in l. 1. C. depos. Hippol. in pract. crim. §. principium, num. 6. in fine, versic. sed circa. Barto. ante eos in l. 1. §. serui. num. 4. ff. fur. aduers. naut. caupon. stabul. cautus igitur erit procurator hospitis, vel viatoris, in allegando, & deducendo improbitatem huius generis hominum, quia legibus, & hominibus pro fallacibus tenentur

nentur, & reputantur, ne cum viatorum iactura locuplètentur, & post discessum eos derideant.

11 Cautus igitur erit procurator, & defensor caupone, & † similium personarum, vt probent, si possibile fieri poterit legalitatē, & bonam famam ipsorum ad excludendum iuramentum in litē, & vt eis deferatur iuramentum purgationis.

Ex quibus supertius adductis, inferri, ni fallor, correlarie potest
12 intellectus ad † l. non omnes. §. a barbaris. ff. de re militari, vt occulta, & in animo consistentia probentur iuramento alicuius verum sciuerit, vel ignorauerit, quia hoc videtur esse verū, si persona iurare volens sit apud leges non suspecta, prout nauta, caupon æ, & stabularij, quo casu non erit locus tali iuramento, nec consequenter dispositioni l. non omnes. §. a barbaris, nisi probata bona vita talis iurare volentis, quibus addere poteris ad regulam, quam in hac materia ponit Feli. in c. significasti. il primo de homicidio. Coras. lib. 3. miscell. c. 7. Ioan. Igne. ad l. necessarias. §. non alias. nu. 208. ff ad Sillan. Alphan. reportat. 301.

Sequitur igitur ex prædictis alia conclusio, fallentia, & decla-
13 ratio, † q̄ si hospes non sit homo legalis, sed a iure suspectus, puta vsurarius, iudęus, & similes personæ, quod eis non deferetur iuramentum in litem. Marsil. singul. 41. iudęus, & singul. 74. tu hēs, & 273. notissimum est. in quib. locis allegat pro singulari, & notabili Imo. cōsilium scd'm. Plot. de in lit. iuran. §. 10. nu 7. pro quo facit, quod iuramentū suppletorium non defertur ei, qui alias legalis a iure non præsumitur, vt per Bar. in l. admonendi. nu. 58. & id Ias. in repet. nu. 260. ver. tertius casus. vnde fęneratori non defertur. Cin. in l. in bonæfidei, q 7. C. de reb. creditis, vbi Curt. iun. nu. 73. limitat in eo, qui desijt esse vsurarius, ad l. admonendi. similiter iuramentū suppletorium non defertur iudęo. Bal. in l. qui accusare. nu. 2. C. de eden. quā conclusionem limitat duob. modis Crauet. cons. 73. nu. 25. cū seq. vt procedat contra verum Christianū, secus si esset malus Christianus, puta iudęus effectus Christianus, & tn̄ adhuc exercet opera iudaica mutuando ad vsuras, & similia faciendo, quia priuilegio Christiani dignus non vr, qui Christiani nomine, & effectu abutitur, arg. l. a nullo. C. de ferijs, vbi a quo remouetur effectus, remouetur & nomē, Castr. cōs. 27. col. 2. circa mediū, lib. 1. scd'o limitat, nisi iudæus plusquam semiplene probasset ea rōne, quia in causis arduis, & magnis deferē iuramentum suppletorium, qn̄ est plusquam semiplene probatū. Cast. cons. 87. col. 2. lib. 2. Ias. in l. admonēdi. col. 25. ver. limita omnes illos casus, de iureiur. in l. ait prætor. la 1. in prin. col. penul. ff. eod.

eod. Cor.conf.131.col. fi.lib.1. quam rationem considera obiter quia non videtur vera consequentia, defertur in causis magnis, quando est plusquam semiplene probatum, ergo & iudaeo, qui ratione suae personae prohibetur principaliter, sic in rustico respondit Soc conf.136.col penul.lib.1. relatus per Iacob Menoch. de arb.iud.lib.2.centur.2.cas.190.num.16. Iudicem quoque admonet Baptista à S.Seuer.in l.admonendi. num.257 quem ibi sequitur Cur.sen.num.363. vt personae conditionem iudicet ex parentibus, patria, diuitijs, paupertate, sexu, & aetate.

Ex quibus circa intellectum, & veritatem praesentis conclusionis inferuntur multa correlaria.

14 Primo † iuramentum in litem contra depositarium non defertur vsurario, vel foeneratori, hoc verum si adhuc fenus, & vsuras exerceat, secus si desijt exercere.

15 Secundo † iuramentum contra depositarium non defertur iudaeo, hoc verum contra verum, & bonum Christianum, secus contra malum Christianum, nomine Christianum, operib. iudaeum.

16 Tertio iuramentum in litem defertur iudaeo, si concurrant alia adminicula ad ipsius fauorem.

17 Quarto † in delatione iuramenti inspicienda est qualitas personarum, patria, sexus, parentes, diuitiae, & aetas.

18 Circa primum correlarium animaduertendum est, † quod vsurarius, qui desijt vsuras exercere, adhuc dicitur vsurarius. Barto. in l.praetor ait.§. is etiam ff. de eden vbi tenet contineri sub constitutionibus sinodalibus Episcopi loquentibus de vsurarijs. idē Bar.in l.qui sic fugitiuus.in prin.per illum textum, in verbo, Celsus.ff de aedil.edic.vbi Ang & Veronen num.20.idem sequuntur in l palam.§. non solum, per illum tex.ff. de ritu nuptiarum. Ang. ad l.sicut.§. superuacuum.ff. quib.mod.pign. vel hipote. soluantur. Ioan.de Anan.in c.quia in omnibus.q.12.de vsuris, & haec est
* cōmunis opinio. Vide ī verbo, vsurarius manifestus, circa mediū.
19 Vnde † in eo adhuc ꝓcedit dispositio c.q̄q̄, de vsuris, & haec est ma
* gis com opinio.Soc.cōs.127. nu.2.lib.3. Vnde dubia vr̄ limitatio
* Curtij iun. ad l.admonendi, superius relatam, sed dēt intelligi duobus concurrentib.s.ꝙ desijt foenerari, & restituat vsuras.Iul. Clar.in §.testamentū.q.26.ver.itē quaero, in fine. & licet ipse non alleget, hoc fuit dictum Bal.in rubr. C.de vsur.quaes.2. dicens ita consuluisse per cap.cum tu, in verbo donec, cum glos. de vsuris.

20 Redeundo igitur ad propositam materiam, † vsurario non defertur iuramentum in litem contra depositarium, nisi desierit foenerari, & vsuras restituerit.

21 Quid in Iudæo contra Iudæum, periuro contra periurum, caupona contra caupona n? cauponæ etenim quandoque sunt in itinere, & fortasse deuotionis gratia pro incertis, & male ablatis, & similibus. vtique putarem esse locum iuramēto in litē ex regula, nil Iudæus Iudeo, nil Carelina Cathego. glo ad l quoniam. C. de heret. in l. si duo. ff. de dolo i c. qm cōtra Christianū, de hęret. li. 6.

22 Quid in Iudæo, qui ad fidem conuersus sit? videtur dicēdum, quod non, per c. 1. & per totum. 48. distin. vbi dicitur, quod Iudęi nouiter conuersi prohibentur ordinari, & hoc duplici ratione. Prima est, ne elatus in superbiam tāquam religio Christiana eo plurimum indigeat, incidat in ruinam diaboli. Secunda, quia nouus paries non valet statim constructus sustinere pōdus lignorum, nisi prius à nouitatis suæ humore siccetur. vnde talis Christianus neophitus non potest esse testis contra ipsum Christianum, secundum Feli. in c. inde. de test. per tex. in cano. nō potest. 2 q. 7. & c. cum sit. de Iudæ. Corroborantur prædicta, quia neophitus nuper ad fidem conuersus non potest admitti ad officia secularia, secundum glo. in cano. constituit. 16. q 4. quam singularem dixit Rom. sing 679 nunc veniamus. ad lucrum panis.

23 Vera, † & magis recepta resolutio videtur, aut loquimur in nouiter, & de recenti conuerso, & de eo iudicatur idem quod de Iudæo in similibus: aut loquimur in eo, qui diu conuersus est, & de eo iudicatur, prout de Christiano, & ita tenet Arch. in d. cano. constituit. Io. Andr & post eum Feli. in c. cum sit de Iudæ. latius idem Feli & post eum Dec. & Rip. num. 30. in c. cam te. de rescri. Iaf. Clau. Seisel. & alij in rub ff. de iusti. & iure. sentit Marf. singul. 307 & 273. Tiraq. de cau. cessan lim 12. sub num. 13. vbi loquitur per verba, f. qui diutissime steterit in religione, & fide. Io. Crot. in tract. de test. num. 99. & hanc opinionem optime probant verba in alleg. cano. 48. dist. ibi, qui heri post, ibi hodie, &c & momētaneus nanque Sacerdos, & passim tota illa distinctio loquitur in actu ferè repentino, & momentaneo.

24 Ex quibus postea correlarie infertur † ampliatio ad l. 6. C. de Iudæis. & l. generaliter. §. qui Iudaicam ff. de decurio. & cap. cum sit, & c cum speciali de Iudæis, vt procedant in Iudæo nuperrime, & de recenti facto Christiano, & vide late Marquar Susan. in tract. de Iud. par. 3 cap. 5. num. 6. vers. an autem per Baptismum.

25 Quid † in periuro emendato. vtique non videtur deferendum iuramentum in litem, per c testimonium. de test. vnde sibi etiā in emendato non defertur iuramentum suppletorium, & hæc est cōmu. opi. vt attestatur Soc. consi. 136. num. 9. lib. 2. & consi. 155. li. 2.

& 4

& à testimonio dicēdo in omni causa tam ciuili, quàm criminali repellitur, & est etiam glo in l. qui cum vno, §. ignominia, ff. de re milit quam singularem & notabilem dixit Bald. in l. Lucius. ff de infam. Io. Crot. in tract. de test. nu. 180. Corn. cons. 21. col. fi. vol. 3. Rui. cōs 146. in fi vol. 5. vbi dicit hoc probari in c. per tuas. in ver. ad . . . de si. no. quem text. ad hoc propositum ibi summopere not. Abb. quod sub generali dispositione, qua habilitantur testes criminosi, nunquam admittitur periurus, nisi de eo fiat expressa, & specialis mentio. Rolan. cons. 16. nu. 12. vol. 1. Alc. reg 2. præsump. 10. latè Mars. in rub. de fideius. nu. 167. vsque ad nu. 179. qui ambo volunt, quòd nedum nō faciat indicium ad torturam, sed nec ad formandum inquisitionem, nec ad capturam idem Mars. consil. 78. salus omnium, col. antepen. & sing. 74. ubi habes regulam, Lucrat. in loco à tempore. Crauet cons. 6. col. 4. Roland. cons. 73. nu. 9. cum seq vol. 1. & hæc est commun. opin. Viuius lib 1. opin. 357. quæ fundata est in optima ratione, quia talis caret eo, quod est potissimum in quolibet iuramento, quod est veritas, cap. & si Christus. de iureiuran. vnde ea semel violata semper remanet suspicio periurij. cano. quicunque, & cano. paruuli. 22. quæst. 1.

26 Quæ † communis conclus. & regula limitatur, vt procedat in violāte iuramentum licitum, secus si sit illicitum, quia nec etiam infamat isto casu, & hæc est commun. opin. attestata per Steph. Aufrer. in tract. de test. nu. 81.

27 Declaratur secundo, † vt procedat in dolose, & studiose periurante, secus in eo, qui temere periurauerit, & hæc est communis opi. Iul. Clar. in §. periurium, vers. repellitur etiam, &c. Eman. Soar. in suo Thesau. littera P, nū. 107.

28 Ex † quibus correlatiue videtur inferri limitatio ad §. sancimus. Auth. de monac. vt maius præsumatur conuersus per triennalem abstinentiam, & reditum ad meliorem vitam, quem tex. ibi summopere commendat Ang. solemnem dixit Sal in l fin § si fideiussor ff qui satisd. cog in l si minorem, col. 5. de in integ. rest. Rom. cons. 125. col. 2. Ias. late commendans in l. si prius, nu. 42. ff. de noui oper nunc. Alc. reg 2. præsumpt 7.

29 Secundo † infertur ampliatio, & intellectus ad regulam, semel malus, lib. 6.

30 Ampliatur enim, † vt procedat in vsurario, qui desijt vsuras exercere, nisi ablata cum effectu restituerit vnde sibi in litem iuramentum non defertur contra depositarium, vt constat ex prædictis.

31 Ampliatur † secundo in Iudæo nouiter ad fidem conuerso, cui

nec etiam iuramentum in litem defertur contra depositarium.

32 Ampliatur † tertio in periurio conuerso, & pœnitente, vt iam dictum est.

Ampliatur quarto in homicida conuerso, vt per Crauet. cons. 9. in principio ampliantem, c. testimonium. de testibus, etiã ad homicidam conuersum, cui adhuc fides non adhibetur, vt per eum.

33 Quæ consideratio, † & extensio ad d. c. testimonium, videtur aliquantulum dubitabilis: nam si procedit in periuro conuerso, hoc est, ideo ratione iuramenti, in quo si deficit veritas, quæ est vnum de substantialibus, corruunt ferè omnia, quæ ratio nõ consideratur in homicida, vnde cogitari posset.

34 Illud autem, † quod dictum est de periuro conuerso, vt adhuc ei non sit adhibenda fides, ex communi opinione superius relata, videtur fortasse vera in simpliciter abstinente, sed si fecerit actus per multos annos periurio contrarios, textus in d. §. sancimus, innuit contrarium, ibi, experimento percipere eorum tolerantiam, & melius paulò infra, optimos semetipsos, & tolerabiles, &c. Vnde si pluries sese obtulerit facultas, & occasio periurandi, nec fecerit, immo contrarium, cum examinatus fuerit, & per eius examen veritas tandem apparuerit, postmodum fides adhibenda videtur. nec huic intellectui repugnare videtur dispositio cap. testimonium. de testibus, quod similiter loqui videtur in simpliciter abstinente, non in eo, qui per actus contrarios periurio, & indicatiuos veritatis, & optimæ vitæ aliquid demonstrauerit.

35 Nona igitur † est conclusio in iuramenti materia in litem depositarius, caupo, & similes excusantur reponendo in loco solito, & consueto, sciente, & patiente domino. Plot. in alleg. l. si quando. §. 9. nu 8. Menoch. in alleg. casu 208. num 42. de qua materia soliti posui supra de culpa depositarij. versic. quarta conclusio. declarat. 4. ibi videas.

36 Decima sit conclusio. † contra depositarium non iuratur in litem, si valisia, fardellum, & similia restituuntur clausa, prout fuerunt consignata, nec apparent aliqua signa mutata, licet deponens dicat fuisse aperta per clauem adulterinam, cultello, & similibus. ad hoc enim probandũ non potest deponens iurare in litẽ, sed debet probare per testes. Bar. in l. 1. ff. naut. caupon. stabul. & in l. 1. §. si cista. vbi Cast. Salic. & alij. ff depos. in l. eos, §. serui. col. fin. num. 5. ff. fur. aduers. naut. caupon. stabular. Rofred. in tit. nau. caup. stabul. Spec. in tit. de furt. §. 1. vers. sed quid si peregrinus. Imo. cons. 2. col. 1. ver. primo casu. Plot. de in lit. iuran. §. 10. nu. 9.

& ante, cùm in l. in actionib. col. pen. sub nu. 41. ver. primus casus.

37 Vndecima sit conclusio † contra cauponem in litem non iuratur si prædixerit, & potestatus fuerit, vt vnusquisque res suas conseruaret, quia ipse non vult in aliquo teneri: isto enim casu etiã ꝙ valisia aperta fuerit, & aliquid furto fortasse subtractum, nõ iuratur in litẽ, nisi constaret, ꝙ caupo, vel similes aperuerint, & subtraxerint; imputent enim sibi viatores, si stante talis protestatio non ꝓuiderunt, vel discesserunt. l. debet. §. itẽ si pdixerit, vbi etiã glos. in ver. consenserunt, vbi Bar. & alij. ff. nau. caupo. stab. Plot. vbi supra. nu. 13. Notandum tamen est circa resolutionẽ, & intellectum. §. itẽ si pdixerit, ꝙ Bart. idem vĩ distinguere, aut ꝓtestatio fuit facta postꝙ caupo receperit in hospitio, & tunc sola non sufficit, nisi illi consenserint: aut ꝓtestatio fuit facta antequã eos reciperet in hospitio, & tunc siue consentiant, siue non, statur ꝓtestationi, & imputetur viatoribus, quare postea steterũt, & Bart. sequutus est Imo. in capitu. potuit. col. 33. de loca. contrarium indistincte, vt requiratur indistincte in vtroque casu expressus cõsensus partis, tenet Bartol. in l. non solum. §. morte. num. 22. ff. de noui oper. nun. cum quo est communis opinio, vt ibi Ias. attestatur sub num. 17. & ratio videtur in promptu: ex quo enim hospitans, & caupo tenetur de necessitate: ex dispositione legis custodire res in hospitium inuectas, leg. 1. in prin. & §. viatorum. ff. fur. aduers. naut. caupon. stabul. ergo protestatio contra dispositionem legis nihil releuat. l. alimẽta. C. de neg. gest. & idem tenẽt communiter scribentes in l. pacta nouissima. C. de pact. & in cap. cum M. Ferrariensis. de constitu.

38 Quid † si caupo dedit claues capsæ, vel armarij, an sit liberatus a custodia. glos. distinguit ad leg. debet. §. item si prædixerit, in glos. 1. versic. sed quid si dedit claues &c. aut consignauit ab initio, vel ex post facto. primo casu liberatur, secundo non, ne detur materia delinquendi, & cum furib. coeundi, & eam ibi notabilem ad hoc reputat Bartol. sequitur Bald. in rubr. C. depos. num. 1. quæst. 2. in fine Cyn. ad l. ex diuẽ, in fine. C. loc. Boss. in tit. fur. aduers. naut. caupon. stabul. num. 5.

39 Ex quibus sequitur correlariè ampliatio ad l. clauib. ff. de cõtrahen. emptio. vt procedat in caupone tradente claues cameræ, vel armarij hospiti ab initio, vt excusetur.

40 Duodecima sit conclusio, † quod licet contra depositariũ, cauponẽ, nautã, & similes iuretur in litẽ ex causis aliis superius adductis, potest tũ per depositariũ, & si[illegible] contra quos est iuratũ contrarium probari, vt late per l. [illegible] & Decius proposuit. col. 2,

de probat. Plot. ad d. l. si quando, nu. 17. §. 10. cui adde latius Barbac. in tract. de prestan. Cardina. in 2. q. 2. par. col. 3. versi. decimo facit. Innoc. Io. And. Ant. de Butr. & alij. in cap. fin. de his quæ vi, metusve cau. Imo. in hoc sibi contrarius in l. quod iussit. ff. de re iudic. & in l. ait prætor. §. 1. ff. eodē titu. Aug. ad An. in trac. Malef. in verbo, nec non ad denunciationē, num. 15. latissime Ias. ad l. si quādo, col. 4. & 5. C. vnde vi. & hæc opinio est verior, & magis cō-
** munis, de qua testatur Alex. ad l. qui bona. §. qui damnum, in fi. ff. de dam. infec. Tiraq. de retract. lignaier. §. 4. glos. 1. num. tertio. Didac. in epitom. de sponsa. in cap. 3. §. 1. num. decimoquarto. Emanuel Soarez litera I, num. 320. dixi ad regulam, cum quid, parte prima, in quæsito de statutis, num. quinto.

41 Quæ† concl. decl. secundū aliquos, vt nō procedat qñ iuratū esset præsente, & tacente aduersario, cuius interest; nā is postea non auditur volens probare contrarium. Cald. in cap. statutum. §. cū uerò, & ibi Domin. col. 4. versi. sed an contra iuramētum, & Frā. col. fin. de rescrip. lib. 6. Feli. in ca. proposuisti, col. 2. de prob. Aufrer. ad Tolos. q. 236. Verum contraria opinio verior videtur, cū regulariter tacens non videtur consentire in sui præiudicium, l. inuitus. ff. de procurato. l. qui vas. §. vetare. ff. de furt. præsertim illo casu, quo tacens non potest impedire iuramētum a lege delatum: ergo non debet haberi pro consentiente. l. sæpe, vbi not. ff. de re iudic. l. Caius, vbi glo. ff. de pignor. act. latè Ias. in l. quæ dotis, nu. 95. ff. solu. matri. cui adde Din. in reg. is qui tacet, sub nu. 6. de reg. iur. lib. 6. & facultas probandi contra iuramētum est separata ab ipso iuramento: & ideo licet tacens videatur fortasse consentire, vt iuramētum deferatur, sicuti à lege disponitur, non propterea necessario infertur tolli facultatem probandi contrarium, prout sentit Dec. in d. cap. proposuisti, sub nu. 14. ad cuius opinionis confirmationem facit, si testis non iuratus deponit me præsente, & non contradicente probat, licet iuramentum de cōsensu partium remitti possit, c. tuis, vbi textus principalis, de testibus. latè Bar. Bal. & alij in l. iurisiurandi. C. de testib. in l. 1. vbi Bar. sub nu. 4. Ias. num. 11. ff. de ferijs, vbi rationem reddunt, quia hoc est principaliter inductum fauore partium, & sic renunciare possunt, l. pen. C. de pact. Ias. in l. nemo potest, nu. 26. cum seq. ff. de leg. 1. in leg. reprehendenda. C. de instit. & substit. sub condit. fact. in repet. l. admonendi, nu. 196. vbi Ripa, nu. 199. ff. de iureiur. Afflic. decis. 191. num. 7. & hæc est communis opinio, teste Feli. in cap. tuis, num. 6. de testi. Crauet. ad Vellr. lib. 6. cap. 2. num. 42. Eman. Soarez. in suo thesau. litera I, numer. 271.

Secundo

42 Secundo etiam facit,† quod in actibus iudicialibus si quis tacitè consentit in vno actu tacendo, nō censetur sibi præiudicasse in alijs. glo in Clemen. sæpe, in verbo, partib. quam ibi commendat Cano. de verb. significa. quam singularem dixit ibi Abb. & in c. quoniam contra, col. fi. de proba. in c. præsentium. col. 4. de testibus. in c. si quis contra clericum, col. 16. de foro compet. Ias. dicens eam solemnem, & auream in l. quæ dotis, in fine. ff. solu. matrimo vnde licet tacens consentire videatur, vt deferatur iuramentum, non per hoc videtur præiudicare in alijs, & sic quominus possit probare contrarium, & hæc opinio verior videtur. Ex quibus omnibus ad vtilitatem infertur correlarie ad multa.

43 Primo † infertur intellectus ad l. cum ostendimus. §. fi. ff. de fideius. tutor. c. gratū, de offic. deleg. c. cū venissent, de testib. c. 2. de accusa. lib. 6. quæ iura allegari solent, vt taciturnitas in iudicialibus habeatur pro cōsensu, quia intelligitur præcisè quo ad actū, qui ex aduerso geritur, nō aūt in actu per tacentē explicando postea ad sui vtilitatē consentit ergo campo præsens, & tacens iure a lege inducto, nō per hoc quia ipse contrarium probare possit.

44 Secundo † procedat in iudicialibus, quibus tacēs obuiare posset aliquo iuris remedio, puta appellando, vel similibus, alias tacendo testi non iurato, nec contradicendo non præiudicat.

Secundo infertur intellectus ex communi opinione ad c. tuis, de testibus, vt procedat in remissione expressa, secus in tacita.

45 Tertio † infertur ad regul. l. penul. C. de pac. quod licet quilibet possit suo fauori renunciare, non tamen in dubio semper hoc præsumitur, prout in parte vidente examinare testem non iuratum, nec contradicente.

46 Declaratur † secundo ista cōclusio, vt admittatur probatio in contrarium, quod hoc sit verum, quādo sit quæstio de re magna, secus si de re modica. Rom. dicens esse casum singularem, & notabilem in l. fi. quā legit, cum l. pen. ff. de in lit. iuran. per glo. ibi in verbo facile, & in l. videamus. §. item videndum. ff. eo. titu. Tiraq. de retract. lignaier. §. 4. glo. 1. nu. 86. subdens sibi æquum, & rationabile videri, vt pro minimis a lege recedatur.

47 Quæ † declaratio mihi videtur aliquantulū dubitabilis, ex quo quando tractatur de dāno, quodlibet præiudicium etiam minimum habetur in consideratione, vt not. in c. maioribus, de præben. vbi Dec. col. 1. nume. 1. declarando l. si in. ff. de in integrum restit. dicit quod illa lex procedit eo casu, quo per restitutionem in minimo damno recederetur a contractu maioris summæ, & quantitatis; secus in minimo damno, per quod non fieret maiori

summæ præiudicium, puta in re de se minima, quia tunc videtur restitutio competere, & sic minima respectu sui sunt adeo in consideratione, vt minoribus læsis detur restitutio. quare nõ debent audiri caupone, & similes, vt a minimo damno releuentur, & Anto. Gabr. sequutus est hunc intellectum de restit. in integrum, conclusio. 1. nu. 4. Accedat secundo loco ad hoc propositum, quod similiter circa materiam de minimis, & ad intellectum l. scio, ponit Port. in §. apum nu. 12. Instit. de rerum diuisio. distinguit, aut loquimur de iure singulari, ac speciali, & pro re minima non datur, prout est restitutio in integrum, quæ maioribus speciali priuilegio conceditur: aut loquimur de iure communi, & tunc minima considerantur. vnde in casu nostro si a iure communi est consultum deponenti, vt deferatur iuramentum, cur non est consulendum cauponæ, & similibus indebitè grauatis, vt saltem summariè pro re minima contrarium probare possit?

Sed videtur responderi posse ex dictis Decij in cap. de appel-
48 lationibus, colum. 2. de appellatio. † quod in quatuor casibus minimum de iure communi attendi debet, scilicet si dispositio loquatur per verba se verificantia etiam in minimo, vel cõditionalia, vel quando minimum requiratur pro forma, vel tendat ad integrandam maiorem summam. vnde cum prædicta ad casum nostrum adaptari non posse videantur, sequitur quod Rom. decisio remanet vera. bene fortasse vera dici posset, quod si deponens asserat sibi de re, vel pecunia deposita aliquod residuũ deesse, & sic habeat dependentiam a maiori summa, quod prędictis locus esse posset. non omittam tamen quod Ias. ad l. penul. allegatam ad hoc propositum supra per Rom. sub nume. 5. respondet, quod ideo in casu illius glo. non admittitur reus ad probandum contrarium etiam per inspectionem, quia ibi iuramentum fuit delatum actori propter dolum, & contumaciam aduersarij. cautus igitur erit caupo, vt coram testibus fide dignis faciat inspici res, & bona, quæ in valisia reperiuntur ad hoc, vt contrarium le-
49 gitimè probare possit. † sed quid in nummis, & pecunia deposita; an pro eis contra depositarium iuretur in litem? vtique non, l. nummis, vbi not. ff. de in litem iuran. Illud non omittam, quod tradunt Duen. & Coras. ad l. in actionibus. ille nume. 5. ille nume. 9. ff. de in litem iuran. & pariter libro 6. Miscellan. iur. capit. 6. dicentes, in allegata l. nummis. de iuramento affectionis non agi, sed eam esse legis rationem, quod cum nummi æstimationem non requirant, frustra iusiurandum in litem deferri ad interesse probandũ, cum nullum considerari possit; est enim

certa

certa eorum æstimatio, contra quos inuehit aliquantulum Plot. ad l. si quando. nu. 418. secundùm primam impressionem, in numeris continuatam, & secundum nouam. §. 10. sub nu. 18. vers. custos autem, &c. dicens per longam verborum seriem etiã in nummis æstimationem considerari, quoniam eorum valor in dies variat tam ratione intrinsecæ, quàm extrinsecæ bonitatis, vt scribunt omnes ad l. cũ quid. ff. si cert. pet. ad l. Paulus, vbi locus suus, ff. de sol. tamen respondetur quod licet variet æstimatio, cũ idem nummi, qui dati sunt quandoque nõ restituantur, l. 2. ff. si cer. pet. attamen illa præstatur æstimatio, quæ tempore contractus extabat; licet ergo augmẽto, aut diminutione eorum valor variatur, tamen æstimatio, quæ per genus aliud monetæ fit, secundùm tempus contractus certa, atque inuariabilis est, & non modo ratione vnius loci, sed etiam cuiuscũis alterius loci, vt tradit Plaut. ad l. vnicam, in ver. etiam ex lucro, nu. 45. C. de sent. quę pro eo, quod interest, profer. sequitur Iac. Menoch. de arb. iud. lib. 2. centur. 3. casu 208. nu. 8. cum seq.

Et vt veritas huius indagationis facilius appareat, ponam tres principales conclus. in materia mutationis monetæ, in cõtractibus attẽdi debeat, vel tẽpore promissionis, vel tẽpore solutionis.

50 Prima sit omnium consensu recepta conclusio tam apud Canonistas, quàm Legistas, si valor monetæ decrescat propter deteriorationem materiæ, vel formæ, attendi debet valor tempore promissionis, non tempore solutionis, propterea eademmet, si reperiatur, præstari debet, vel eius valor secundùm æstimationem illius temporis, & hæc est vera, & communis opinio tam apud Legistas, quàm Canonistas, de qua testatur Abb. in c. quanto. col. 5. vers. venio ad secundum casum, de iureiurando. Ias. idem attestatur in l. 2. q. 36. C. de iu. emphit. Corn. cons. 287. col. fin. vol. 2. Bertran. cons. 312. vol. 1. Calcan. cons. 15. col. 10. Ant. Gabr. de solut. conclus. 1. vbi late limitat, & declarat.

51 Secunda sit conclusio, † monetæ valor, si decrescat, non ex deterioratione materiæ, vel formæ, sed ob Principis voluntatem, vel aliàs valor mutetur, tunc diminutio cadit ad incommodum creditoris, vt satis sit soluere secundum tempus solutionis, & hęc * est communis opinio. Aret. cons. 11. colum. 2. vers. te tamen vera. Brun. de aug. monet. par. 3. col. 1. Boer. pulcre decis. 137. num. 12. Ant. Gabr. de solut. conclus. 1. cui adde vltra eum Bolog. ad l. cum quid. nu. 69. 70. & 74. ff. si cert. pet. Crauet. cons. 47. nu. 6. pulcre Beinten. decis. 39. per totam.

Tertia sit conclusio, stante mora debitoris, prout in casu nostro,

stro, diminutio monetæ cadit damno debitoris. Bart. in l. 2. ver. secundo modo ff. de solut. Rebuff. in l. 2. col. 2. C. de vete. numisma. decis. Neapol. 194 Mant cons. 170 Ant. Gabr. de solut. con-
* clus. 3. cui addas, quod hæc est communis opinio. Eman. Soar. in suo Thesau. littera M, nu. 204.

52 Ex quibus correlarie infertur intellectus ad † cap. olim. de censibus, vbi dicitur quod attendi debet tempus contractus, vt procedat secundùm primam supra positam conclusionem, vt per Brun de augmen. monet. conclus. vlt. de cap. 1. Gui. Pap. dec. 494. Calcan cons. 14.

53 Decimaquarta sit principalis conclusio, si depositarius nō restituat depositum tempore debito, loquendo nunc in pecunia numerata deposita, & per hoc deponens sit in aliquo damno, puta fuit coactus accipere sub vsuris, vel simile aliud, vendere pro viliori pretio agros, vel domum, tunc datur iuramentum in litem per quod hæc omnia probari poterunt. glo. Bart. & omnes alij ad l. manumi. ff. de in lite n iuran. vbi Castr. nu. 5. Ias. n. 5. 14. & 17. Lauren Siluan. cons. 10 in nomine Iesu. col 25. vers. primo secundum, &c. Sum. Siluestrina in verbo, restitutio, in q. 3. nu 9. & hæc
* est communis opinio, vt testatur D Camil. i laur in l. 1. in gl. in verbo, etiam ex lucro, nu. 45. vers. limitatur, &c. de sent. quæ pro eo, quod interest vbi Dec. nu 92 in hoc Cagnol. nu. 105.

54 Et considerandum est, † quod licet vsuræ præsertim de iure Canonico sint prohibitæ, si tamen deponens, quia sibi non fuit restitutum depositum in tempore accepit sub vsuris, quod eas licite a depositario repetere poterit, & probabuntur iuramento. Innoc & alij in cap. 1. de vsur. late Alex cons. 362. egregie, & copiose. col. 3. lib. 2.

55 Sed pone hic † vnum satis vtile, & quotidianum. Depositarius ad euitandum fortasse contra se hoc iuramentum in litem si non restituat in tempore, & die determinata, vult restituere ante tempus, nunquid ad hoc cogi possit deponens recipiendum? vtique sic, l. 1. § penult. ff. deposi. Qui textus limitatur, vt non procedat, nec habeat locum, si interim conuentum esset, vt posset vti pecunia deposita. Ias. ad l. nummis, nu 27. ff. de in litem iuran.

56 Ex quibus correlarie habetur limitatio ad l sicut, C. de act. & oblig secundo infertur ad l magnam, de contrahen & commit. stipul vt licet dies interpellet pro homine, tamen depositarius potest, si vult ante tempus depositum restituere.

57 Cautus † igitur erit depositarius, vt non sit in mora soluendi pecunias depositas, de hoc enim deposito in præsenti loquimur,

quia

quia si erit in mora tenebitur nedum ad interesse intrinsecũ, sed etiam extrinsecum, & ad damnum emergens, quod debetur etiã deponenti, & cuilibet creditori non solito negociari, vel mercari. Alex cons 31. viso, nu. 9 lib. 6. verumetiam debetur lucrum cessans respectu mercatorum, & solitorum cum pecunia mercari, & negociari, vnde si deponens erat solitus negociari licite lucrum cessans petere poterit, & hæc est vera, & cõmunis opinio. Dec. in c. cum venerabilis, nu. 14. vbi etiam Feli. nu. 7. idem post Abb. attestatur idem Abb. cons. 65. in c. cum dilecti, col. 2. de foro comp. in c. P. & G. in princ. de offic. deleg. in c conquestus, in fi. de vsur. Alex. ad l. nummis, in fine ff. de eo, quod certo loco. Plau ad l. vnicam, C. de sent quæ pro eo, quod interest, in gl. in ver. etiam ex lucro, nu. 16. ver. fallit secundo, & ibi Cagnol. nu. 37. attestatur simi-
* liter hanc esse communem opinionem. Gomes. ad §. actionum, nu. 18. de action. Soc. cons. 156. pro fundamento, col. 2. nu. 9. vers. quoddam est, vol 2. Alex cons 52. nu. 5. vol 6. & cons. 200. prospectis, eod. vol. & cons. 141. vol. 5. Dec cons 21. & cons. 116. in fine, & 322. colum. fin. & in l. diem functo, nu. 8. ff. de off. assessorum. in l. rogasti. §. si tibi, vbi etiam alij recentiores. ff. si cert. pet.

58 Quod † lucrum cessans probabitur etiam iuramento deponentis. Flor. de in litem iuran §. 10 nu. 30. in fine, vbi extendit l. nummis, vt procedat in quocunque contractu bonæ fidei.

59 Decimaquinta sit † conclusio contra depositariũ in alio, quàm in pecunia numerata, puta frumenti, vini, olei, & similium, agi non potest pro extrinseco interesse cõsistente in damno, eo quia cum deponens frumentum in tempore non habuerit, familia fame perijt, vel non potuit soluere fictum, vel quid simile, nec agi poterit etiam per testes, neque per iuramentum, & hæc est com-
* mun. opin. Ias. dicens hoc valde notab. ad l. nummis, nu. 4. de in litem iuran. per tex. in l. sterilis, § cum per venditorem. ff. de act. emp. Doct. ad l. vnicam, C. de senten. quæ pro eo, quod interest, vbi Rebuff. in glo. in ver. d. plu nu. 60. vers. secunda regula. Plau. in glo. in verbo, etiam ex lucro, nu 44. Ferret. nu 30.

Et hoc maxime verum est, si mora sit commissa in omittendo, quæ minor est Lauren. Silu. cons. 10. in nomine Iesu, col. 2. vers. nec obstat. Pau. Cast. & alij ad alleg. l. sterilis, §. cum per venditorem. ff. de act. emp. & ita l. 2. ff. ad Sillan.

60 Decimasexta † sit conclusio, si sumus in maleficijs, & dolo malo venit interesse etiam extrinsecum pro frumento, vino, oleo, li-
* gno, vestibus, & similibus. & hæc est commun. opin. Ias. in d. l. 1. num. 50. & 51. & ibi Ferret. num. 31. Dec. num. 82. & 81.

Deci-

61 Decimaseptima † sit conclusio, ex parte depositarij: nam si penes eum scienter, & dolo malo sit depositum pecus morbosum, vel equus vitiosus datur iuramentum in litem depositario pro omni damno, & interesse intrinseco, & extrinseco, & de pretio pecudum mortuarum ex contagione, de calcitratione equi, de * furto famuli, & similibus. & hæc est communis opinio. Plot. de in lit. iuran. §. 10. nu. 29.

Practicando tamen notandum est, vnà cum Angelica, in vér. 62 vsura, nu. 30. † quod quando venit interesse ratione lucri cessantis, siue ex absentia, vel destructione rei, æstimatio nō debetur in infinitum, sed vbi res principalis extat, non debet excedere duplum communis æstimationis: vbi verò res non habet communem æstimationem, vel vbi res est incerta, vt iactum retis, aucupationes ad columbas, tunc æstimatio fiet arbitrio boni viri, licet excedat duplum, tamen vt immensum non excedat. Dicitur autem interesse ex absentia, quia mutuaui tibi pecunias, & non reddidisti tempore debito, quod si fecisses, possessionē emissem, qua tui culpa sum priuatus, vnde ad interesse teneris, destructione autem est lucrum cessans, si serui, vel animalia mortua sint.

63 Interesse † damni emergentis venit dupliciter omittendo, & committendo. primo casu venit interesse intrinsecum tantum, puta illud plus pretij frumenti à die moræ. Secundo casu venit interesse extrinsecum etiam, puta illud plus pretij, & mors animalium, & similium, intelligendo quando creditor, & deponens aliter sibi prouidisset, si non esset tali promissione fraudatus. intellige secundo, vt debeatur interesse extrinsecum, dummodo non in infinitum. vnde venditor tigni magagnati scienter tenetur ad ruinam domus, & ad pensionem solutam, scilicet de prima tantum soluta pensione, argumen. l. hoc iudicium. & l. Neratius, ff. de seru. corrup.

64 Correlarie igitur sequitur, † quod interesse, de quibus supra debetur etiam in foro conscientiæ. Angeli. vt supra. Silu. in ver. restitutio. q. 3. & hæc est commun. opin. Camil. Plau. ad d. l. vnicā, in glo. ex lucro. nu. 47. Cagn. nu. 36. Rebuff. num. 65. dixi de loca. par. 1. de natura locationis.

65 Decimaoctaua † sit conclus. contra depositarium in litem non iurabitur, si fuit conuentum, vt mercaretur, & lucraretur cum pecunia deposita, & det medietatem lucri. vnde si non mercaretur, nec librum conficeret, in litem non iurabitur, ex quo contractus * est fœneratitius, & illicitus. Ias. dicens hac commun. opin. conf. 274. spectabilis.

Con-

Correlarie igitur sequitur, vt iuramentum in litem detur ex actu licito, non illicito, & a iure reprobato, &c.

Tit. Quid veniat in actione depositi.

SVMMARIVM.

1 Accessorium depositi, an sit depositum. in quo consideratur verborum conceptio. nu.2.

3 Dictio cum, inter ea quæ accessorie veniunt, quid significet.

4 Depositum licet quandoque non sit in accessorio, actio tamen depositi competit.

5 Depositum non est, ergo non competit actio depositi, consequentia non valet.

6 Agens ex deposito, an teneatur exprimere singulas res. & numero 7. & 8.

9 Depositarius non excusatur, licet ignoret quid sub cista signata claudatur.

1 Conclusio sit, † quod accessorium depositi non est depositum. Vnde si homo vestitus deponatur, vestis non est deposita, nec si equus cum capistro; nam solus equus depositus est. l. 1. §. quæ depositis. ff. depos.

2 Limitatur primo hæc conclusio, † vt considerari debeat verborum conceptio, aut dixit, depono equum cum capistro, & non solus equus dicitur depositus; aut dixit, depono hunc equum, & nulla facta est mentio de capistro, & solus equus dicitur depositus. ita not. in l. illi. ff. de vsu. leg. in l. si vt certo. §. si me. ff. commo.

3 Vnde dictio, cum, si ponatur inter ea, quæ veniunt accessorie, tunc accessorium in vno significat. Bar. in l. Titiæ textores. §. 1. & in l. si quis in quibus. §. ita. ff. de leg. 1. Feli. in c. querelam. in fine. de simo.

4 Limitatur secundo, † vt licet quandoque in accessorio non sit depositum, semper tamen competit actio depositi, & de eo habenda est custodia, prout de principali deposito, vt no. in d. §. quæ depositis.

5 Vnde non valet consequentia, † non est depositum, ergo non competit actio depositi, prout in præcedenti apparet. Similiter si deponatur cista, capsa, scrinium, vel valisia sigillata, de singulis quoque rebus agere poterit, licet eas in termino depositi non osten-

ostenderit. l. 1. §. si cistæ. ff. depos. de qua tetigi superius in tit. de in li. iuran. concl. 6. in materia probandi per iuramentum res contentas.

6 Circa tamen petitionem faciendam ex parte deponentis tres fuerunt apud antiquos Iurisconsultos opiniones. Prima fuit Trebatij, quod agens ad valisiam depositam sigillatam non teneatur exprimere singulas res, nisi tempore depositi eas sigillatim demonstrauerit.

7 Secunda † fuit opinio Labeonis deponentem cogi, & astringi ad singulas res in libello exprimendas.

8 Tertia † fuit modificatiua opinio Vlpiani ad d. l. 1. §. si cista, quod possit deponens singulas res exprimere, non tamen necessitate astringatur ad id faciendum.

9 Colligitur autem vnum notabile priuilegium depositi, † quod licet ignorantia excuset. l. peregre. §. Iulianus. ff. de acq. pos. l. in lege. ff. de contrahen. emp. l. quæ fundum. ff. de euic. fallit tamen hoc in depositario, qui non excusatur, licet ignoret quid claudatur sub cista signata, vt in d. § si cista.

Et sic res istæ depositæ in cista signata non sunt accessiones isto casu rei conuenti, prout in §. quæ depositis.

R V B R.

Accessio tertia.

S V M M A R I V M.

1 *Fructus, an veniant in actione depositi.*

1 In † actione depositi veniũt fructus. l. videamus. §. si possessionem. ff. de vsu. Loriot. de fruc. concl. 1. Moz. de cont. in tit. de depos. in ver. naturalia, nu 2. qui tamen nihil allegat, prout videri potest. addo bonum tex. in l. 1. § hanc actionem. ff. depos. vbi generalius loquendo dicit venire in hac actionẽ nedum fructus, sed partus, & omnem causam. glo. in l. 2. C. depos. hæres tamen depositarij si rem depositam non attingit ad fructus, vel vsuras, non tenetur, nisi fuerit in aliqua mora. l. si nauis. iuxta glo. ff. de rei vendicatio.

RVBR.

RVBR.

Accessio Quarta Vsuræ.

SVMMARIVM.

1 *Vsuræ, an veniant in actione depositi.*
2 *Vsuræ etiam non promissæ in deposito officio Iudicis debentur, & an actio depositi remaneat. num. 3.*
4 *Depositarius pro vsu pecuniæ depositæ, an & qualiter aliquid dare teneatur.*
5 *Vsuras licitè recipit pupillus coactus pecunias iubente deponere.*

1 In actione depositi, vt bonæ fidei veniunt vsuræ. l. Lucius. l. die. §. fi. l. Publia. §. 1. l. Quintus ff. depos. l. 2. & 3. C. eo.

Pro quarum legum, & materiæ intelligentia considerandum est, quod quandoque sumus in mero, & puro deposito, prout quia pecunia deponitur inclusa, & signata ad instar speciei, vt eadem reddat, & illo casu nullæ debentur vsuræ, & hoc nisi depositarius converteret in vsus proprios, quia tunc ratione illius contrectationis vsuræ ab eo possunt exigi officio Iudicis etiã si nulla mora intercesserit, & cum depositario dicitur gratius agere ad vsuras, cum furti teneretur, vt dicit tex. in l. 3. C. depos. l. qui furem ff. de condi. fur. & tenetur eligere, an velit agere ciuiliter actione depositi, vel criminaliter actione furti, nec cumulare potest. l. 1. C. de fur. l. quod in hæred. fit. § eligere ff. de tribut. l. cum filius. §. varijs. ff. de leg. 2. vnde illo casu vsuræ nõ possunt dici lucratoriæ. Aut sumus in casu, quando pecunia non est data in crumena signata, sed ad numerum, vt sciatur quanta sit, & eadem reddatur, tunc si depositarius in vsum proprium conuerterit, & hoc renunciauerit deponenti, promittendo in illum casum soluere vsuras, tunc exigi potuissent sicut modo pacto promissæ etiã nulla mora intercedente, ac etiam concessisset deponens ipsum depositarium pecunia vti. vnde isto casu veniunt vsuræ ratione vsus ipsius depositarij, & sic quemadmodum dici possunt vsuræ punitoriæ, nõ lucratoriæ, cum deponens non habuerit animum fœnerandi.

2 Immo † etiam si promissæ non fuissent, debentur officio Iudicis Bal. in l. 1. q. 10. C. pro loc. Io. de Ana. in c. fi. col. 4. de vsu. Dec. in l. certi condictio. §. fi. nu. 4. ff. si cer. pet.

Et isto casu cessat illa disputatio glo. in d.l. Lucius, & in d.l. si sacculum, & in l. Quintus. vbi Pau. Castren. dum tradunt pactum illud vsuræ debere incontinenti apponi, & ibi omnes communiter sequuntur.

3 Et † in isto casu credo etiam remanere actionem depositi, & priuilegia ipsius, de quibus in l. si hominem. §. quotiens. ff. depos. & in l. pen. C. eo.

Aut sumus in casu, in quo deponitur pecunia ad vsum depositarij, non vt eademmet reddatur, & cum transierit in terminos mutui, & debentur vsuræ ex mora & nõ aliter, & in casu crederẽ extensa priuilegia depositi, & eius actionem. ita sentit Dec. in l. certi condictio. §. fin. num. 4. ff. si cer. pet. quicquid alij dixerint de contrac. q. 83. nu. 631. & isto casu sunt vsuræ morosæ.

4 Immo isto vltimo casu in foro conscientiæ non ex debito iustitiæ, sed cuiusdam gratitudinis tenetur depositarius aliquid dare deponenti ratione dicti vsus pecuniarum depositarum. Sot. de iust. & iure. lib. 6. q. 3. art. 1. commendat F. Tho. Boninsegn. in tracta. de negocia. tit. de monte. c. 6. per totum. pulchre Io. Lup. in c. per vestras. no. 6. de dona. inter vir. & vxo. in prin.

5 Est † etiam alius casus, in quo licite recipitur vsura, vel interesse, puta in pupillo, qui coactus pecunias in mõte deponit, prout Florentiæ, & similibus in locis, vt per M. Tho. Boninseg. de ver. negocia. in tit. mon. c. 7. vbi inuehit contra alios, qui sponte in montibus deponunt, & interesse recipiunt. pulchre Franc. Marc. decis. 889. par. 1. vbi videas.

R V B R.

Accessio quinta. Res vendita, & pretium acceptum.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres depositarij, rem depositam ignoranter vendens, ad quid teneatur, & quid in filio hærede. nu. 7.*

2 *Depositarij hæres, qua actione conueniatur ad pretij recepti restitutionem. & nu. 3. & 4.*

5 *Pretium loco rei in particularibus, quando succedat.*

Depo-

6 *Depositi actio in non verum hæredem non transit.*
8 *Cessio actionis in deposito materia dupliciter contingit.*

1 Si† hæres depositarij per ignorantiam vendiderit rem depositam, tenetur de pretio, quod ad eum peruenit: si tamen pretium non exegit, vel rem minoris vendidit, tenetur isto casu actionem cedere, vel si potest tenetur redimere: nam est in culpa, si potest non redimat. & si est hæres putatiuus tenetur restituere id omne quod est consequutus. l. 1. §si. cum §. seq. ff. depo. Bar. de Cap. singul. 79.

2 Et si quæratur, †qua actione conueniatur hæres depositarij ad restitutionem pretij recepti. glo. in d. §. si. tenere videtur, quod cōpetat actio negotiorum gestorum, si deponens habeat ratam vēditionem in subsidium re perempta, vel præscripta, secundū l. si. ff. de neg. gest.

3 Vel† condictione sine causa ex æquitate. l. si me & Titium. ff. si cer. pet. similiter re perempta, vel præscripta, si venditionem ratam non habuerit, secundum quod ibi no.

4 Posset fortasse dici, †aut deponens vult agere contra possessorem rei depositæ venditæ, & sine dubio competat rei vendicatio vti domino, aut vult agere contra hæredem, qui alienauit, ad pretium, & tunc competet sibi actio depositi, quæ cum sit bonę fidei prægnans est, & latos habet terminos, vnde dabitur ad pretium, quod ex post facto venit loco rei, sicut datur ad interesse ratione doli. l. 1. §. si apud duos. ff. depos.

5 Et†sic fortasse dabitur vnus casus, in quo pretium succedit loco rei in particularibus contra regulam l. venditor. ff. de hæred. vel act. vend.

Crederem tamen, quod si deponens iam consequutus est pretium, & postea agat contra possessorem ad rem ipsam, & eam cōsequatur, quod teneatur refundere pretium, ne habeat vtrunque contra æquitatem. l. curabit. C. de act. emp.

6 In† vno tamen casu procedit sine dubio glo. opinio, s. in l. & si non sit hæres, vbi cum non sit verus hæres actio depositi contra ipsum non transiuit. vnde necesse est recurrere ad æquitatem l. si me & Titium, vel vtilem negotiorum gestorum habendo ratam venditionem in subsidium re perempta, vel præscripta.

7 Id autem, †quod in dictis iuribus habetur de herede ignorāte limitatem id non præsumi in filio hærede, prout late deduxi in tit. de loc. in versi. successor.

8 Et sic† in hac depositi materia cessio actionis dupliciter contingit. Primo in hærede ignoranter vendente, & pretium non-

dum recipiente, prout in d. l. 2. ff. depos. Secundo contingit cessio actionis in primo depositario deponente: nam primo deponenti non datur actio contra secundum, nisi prius cedatur, quam cessi à dolo liberatur. l. si is apud quem. ff. depos.

Ex quo contexto etiam habetur, quod depositarius deponit, & liberatur actiones cedendo.

R V B R.

Quando, & quandiu competat actio depositi.

S V M M A R I V M.

1 *Actio depositi, quando, & quandiu competat, & ad quantum detur. & nu. 2. vsque 6.*

7 *Vsus in precario attenditur, qui in depositario non consideratur.*

8 *L. quod dicimus. de sol. declaratur.*

9 *Depositum non restituitur ante conditionis euentum.*

10 *Depositum etiam ante vsum repeti potest, si fiat vt vti possit.*

1 Primo † ex l. quod tumultus. ff. depos. vbi in quatuor casibus actio depositi datur contra heredem ex dolo defuncti. s. incendij, ruinæ, tumultus, naufragij. datur in simplum, infra annum, & pro hereditaria portione.

2 Ex quo habetur vnum aliud priuilegium in hac depositi materia. regulariter enim quando dolus purgatur per actionem ex eo commissio datur actio in hæredem in solidum, & in perpetuum, l. si quominus. §. datur. ff. depos.

Sed hic hoc vbi datur infra annum tantum, prout habetur in d. l. quod tumultus.

3 Sed et sicut speciale est in hærede, vt ex proprio dolo teneatur in duplum, vt in l. 1. §. 4. ff. depos. ita quoque fit pro eo, vt dolo ipso cessante non teneatur, nisi infra annum, arg. l. eum qui an pram. de iureiuran. & ista ratio me magis moueret.

4 In † depositarium vero, vel in ipsummet hæredem, ex proprio dolo datur in duplum, in solidum, & in perpetuum, & ita exponitur vers. in ipsum, secundum primam expositionem glo. quam ibi Accur. met in fi. dicit veriorem, & communem attestatur ibi Raph. Fulgo.

Secundo loco depositarius potest statim conueniri ad restitutionem

tionem depositi.l.1.§.est autem.ff.depos.

5 Limitatur, † nisi iusta causa superueniat, prout in dictis iuribus habetur, prout si res deposita non sit præ manibus, & ex his verbis putarem verbum statim, ibidem appositum regulari arbitrio boni viri, prout in simili de precario dicitur, ad l.1.ff.de precar. quod ita exponit Abb.in c.fi.nu.11.de precar. Ias.in l.si pœnam. num.7.ff.de verb.oblig.Capic.decis.116.nu.5. Iac.Meno.de arb. iud.lib.2.cent.1.casu 23.in fi.

6 Licet de hoc dubitauerit Dec.a Menoc.non alleg.ad l.contractus.num.11.ff.de reg.iur.per tex in l.quæsitum.§.cum quoque. ff.de precar.quem sequi videtur Barb. in c.fi.de precar. per l.Lucius.ff.de dona.

7 Verum est, † quod in precario attenditur vsus, qui in depositario non consideratur, bene verum est, quod arbitrium de facili versari potest in considerando opportunitates, de quibus in d.§. est autem.

8 Et ex † prædictis habetur limitatio ad l.quod diximus.de sol. vt procedat in obligationibus dandi, secus in obligationib.rem restitui, prout in deposito.

9 Colligitur etiam ex eo contextu, † quod depositum restitui nõ cogitur ante euentum conditionis.

De restitutione verò ante tempus facienda, posui superius, ad l.si quis.§.4.C.depos.

10 Similiter † si fiat depositum, vt depositarius vti possit, etiam ante vsum repeti poterit.l.1.§.si pecunia.il.primo ff.depos.

Adeo igitur voluntarium est depositum, vt possit deponens pœnitere in præiudicium alterius.

R V B R.

Adiuncta officia Actoris.

S V M M A R I V M.

1 *Agens depositi ad speciem, quid exprimere debeat. & nu. 4.*
2 *Iuramento pondus ignorantis statur.*
3 *Sententia incerta non admittitur, sed libellus.*

1 Agens † depositi pro specie consistente in materia debet in libello specificare speciem, materiam, & pondus, puta sciphum argenteum librarum tot, pariter si agatur ad rem, quæ loco materiæ deseruire solet, puta ad purpuram, & lanam, debet & pondus adijci, vnde bonum est dum lana in sacculo deponitur, vt ponderetur, prout textus inferius allegandus dicit.

2 Limitatur † hoc ignorante pondus, cuius iuramento stabitur, prout in l. 1. §. si quis argentum. iuncta glo. ff. depos.

3 Ex qua colligitur hoc notabile, † quod sententia incerta nunquam admittitur, libellus autem incertus admittitur stante præsertim iuramento, sed si postea libellus valuerit sententiam debet probare, & quotidie ad hoc allegatur ista gl. ad materiã l. si. Pomponius scribit frumentum. §. fi. ff. de rei vend. quam singularem dixit Bar. in l. in rem. in fi. ff. de rei vend. Cin. in l. edita. col. 5. C. de eden. Bal. in l. 2. vers. nunquid. C. de sen. quæ si cer. quan.

4 Si † verò simus in speciebus animatis, puta boue, asino, & similibus, sufficit specificare speciem cũ aliquo signo, prout Castren. po. in hoc §.

Cætera in hanc materiam pertinentia posui ad l. 1. §. si cista. ff. depos. vbi etiam de libello agitur in hac depositi materia.

R V B R.

De Depositi probatione.

S V M M A R I V M.

1 *Depositum quot modis probetur.*
2 *Iudex probationes depositi non subtilizet.*
3 *Depositum per depositaru confessionem probatur, ampliatur tamen & limitatur, atque etiam declaratur num. seqq.*
4 *Exceptio non numeratæ pecuniæ contra confessionem in deposito factam non opponitur.*
5 *Confessio depositarij in præiudicium suum, non autem tertij probat.*
6 *Depositum confessionatum priuilegijs veri actualisque depositi non gaudet. declaratur tamen, nu. 7. atque subdeclaratur, nu. 8.*
9 *l. desiderium. C. depos. Baldi conclusionem de confessione facta in instrumento non probat.*
10 *Auctoritas acquisita quantum operetur.*

Con-

12 *Confessioni depositarij stipulatio adiecta, an non solum probationem, sed obligationem etiam inducat. & quod non. num. 12. sed verius quod sic. nume. 13. & quid in confessione extraiudiciali coram parocho pro conscientiæ exoneratione. num. 15.*

14 *Accessorium principalis naturam non sequitur, quando in vtroque est diuersa ratio.*

1 Videamus superius, quomodo concipiendus libellus in materia depositi, † videamus modo, quomodo probari possit, & debeat. Illud primo loco præmittam, prout & alias dictum fuit, cum depositum sit contractus bonæ fidei, prout in l. bona fides. ff. de pos. vt quando agitur ad illius probationem non sit de iuris apicibus disputandum, Bal. consi. 256. nu. 3. in fi. vol. 1. no. in §. actionum. Insti. de act. Castren. in l. cum quid. post nu. 13. vers. sed Bal. ff. si cer. pet. idem Bal. in l. vnica. col. 4. post num. 28. vers. disputare enim. C. de confes. Tiraq. de retrac. conuen. §. 4. glo. 6. post nu. 15. Mascar. de prob. concl. 509. in prin.

2 Vnde † circunspectus erit bonus Iudex, nec ita in quibusdam subtilizare probationes depositi, & puræ veritati, simplicique æquitati initi.

3 Probatur † igitur depositum per confessionem depositarij, l. Publia. §. fi. l. Lucius. ff. depos. quæ iura allegat Afflic. in constitu. Neapolit. in const. de caus. depos. rubr. 33. nu 7. Io. Andr. ad Specu. §. 1. vers. item debet Iudex, num. 67. super verbo fundus, littera L. vers. in contrarium est, de test. Feder. de Sen. cons. 53. Titius, col. 1. & seq. Bal. in d. cons. 256. nume 1. & 2. vol. 1. & cons. 364. nume. 2. volu. 2. Papien. in for. cap. ad perpet. memor. in verbo habuisse, numer. 2. & for. in act. hipothe. in verbo, in deposito. numero 6.

4 Ampliatur ista conclusio, † vt contra istam confessionem in deposito factam opponi non possit exceptio non numeratæ pecuniæ. Bal. d. cons. 256. lib. 1. & cons. 270. in fine, lib. 1. & cons. 364. tribus rationibus. lib. 2. Papien. in for. libel. quando testes producuntur ad æternam rei memoriam, in glo. habuisse, & in forma actio. hipothec. in verbo, deposito, num. 2. Tiraq. de retract. conuen. §. 4. glo. 6. num. 8. Pet. Duen. reg. 160. num. 5. Seraph. de priuile. iuramen. priuileg. 74. nume. 93. Moz. in tit. de depos. col. 7. nu. 2 Ias. cons. 172. col 2. lib. 2. Lup. de vsur. in l. 2. C. de pact. in empt. & vendito. §. 4. numer. 100.

5 Limitatur ista conclusio, vt talis confessio probet in præiudicium confitentis, non autem tertij, Bal. d. cons. 364. num. 2. Fede.

d.cons.53. Ias.cons.172.col.2.vol.2. Alex.in l.2.§.si quis ita, num.53. de verb oblig. Mascar.in dicta conclusio. 509. numer.3.

6 Limitatur secundo, † vt tale depositum confessionatum non gaudeat priuilegijs veri, & actualis depositi, prout superius latè in principio diximus. Addo vltra Mascar. in citato iã loco, qđ si deposuisti penes Titium aliquam rem, & dicatur in instrumẽto quòd illã rẽ habuisti à me in depositũ, licet instrumentum sit factum inter te, & Titium, probat tamẽ intentionẽ meã contra te, etiã si nõ possim aliter probare quòd deposuerim, sufficit hoc instrumentũ ad probandũ. dictum est singulare Bal. in l. desideriũ. C. depos. quod est perpetuo memoriæ cõmendandũ, secundũ Castren. ibi cõmendat etiã Per. de Rauen. sing. 885. deposuisti. Bal. in l. is apud quẽ, vbi Ias. num. 8. C. de eden. idem Ias. in l. admonẽdi, col. 65. de iureiur. latè Feli. in cap. fi. & in cap. examinata, col. 2. de iudic. Marsi. in rub. de probat. col. 71. Castren. cons. 92. vol. 2. Rui. cons. 40. col. 4. vol. 4. Cremen. id valde commendans singul. 140. Anto. Gabr. de confes. conclus. prima, num. 69. limit. 19.

7 Declaratur † autem id verum esse, vt semiplene tantum. glo. in l. cum de indebito. §. fi. ff. de condic. indebi. Cor. cons. 63. col. 2. * vers. tamen his non obstantibus, vol. 1. & hæc est communis opinio. Grãm. cons. ciui. 79. num. 9. Firman. id valde commendans in verbo, instrumenta probat. vers. 17.

8 Subdeclara, † nisi appositum sit iuramentum, quo casu ex priuilegio iuramenti plene probat, nec reuocari poterit. Bar. in l. Lucius, la seconda. §. quisquis mihi. ff. de lega. 2. in l. cum quis decedens. §. codicillis. ff. de lega. 3. in l. Aurelius. §. fi. ff. de libera. lega. in l. generaliter, vbi etiam Ang. C. de non nu. pecu. Bald. & Butr. in cap. fi. de succes. ab intest. idem Bal. cons. 344. vol. 4. Alex. cons. 85. vol. 7. Cor. cons. 113. col. 3. in fine, vol. 2. Soci. reg. 63. limit. 80. Marsil. vbi concordant. singu. 202. & 402. in fi. verbis. Gome. in §. item si quis postulante, nume. 13. de actio. Gram. decisio. 34. nume. 59. Grat. respon. 135. num. 49. lib. 1. & respon. 27. numer. 15. & respon. 50. num. 34. Anto. Gabr. de confes. conclusio. 1. num. 41. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 93. sub num. 4.

9 Bene verum est, † quod circa principalem conclusionem de cõfessione facta in instrumento, textus in l. desiderium. C. depos. in quo se fundauit Bal. auctor huius notabilis sententiæ, hoc non probat, immo cõtrarium sentit, scilicet quod inducebas ad probandum intentionem tuam contra me, scilicet quod depositum non habebas penes te, sed in alium transtuleras bona fide, & de hoc apparebat instrumẽtũ. Ex auctoritate tñ Baldi omnes tenẽt.

Et sic

10 Et sic vides, † quantum operatur auctoritas acquisita, vt credatur ex lege, quæ totum contrarium probat: si enim alter minoris auctoritatis, quàm Bal. hoc per illum textum dixisset, quot insurgerent reprehensores? maledicta scientia in auctoritate, & numero tantum fundata.

Sed pulchra, ni fallor, est quæstio ad materiam d. l. Publia. §.
11 fin. † quid si adiecta sit stipulatio, an ex hoc inducatur non solum probatio, sed obligatio, puta Titius fatetur habere mille in aliquo instrumento ex causa depositi, & promisit per stipulationem restituere, an per stipulationem sequentem inducatur nedum probatio, sed obligatio?

12 Negatiuè, † primo loco dicendum videbatur, quia stipulatio illa est accessoria ad confessionem principalem, ideo non mutat naturam ipsius, l. si stipulatus, in principio. de vsur. dixi ad regul. cum quid, par. 1.

13 Contrarium † est verius, vt isto casu inducatur etiam obligatio, vt per Bartolum in l. Titium, colum. 1. vers. sed primo, ff. de verborum obligatione.

14 Nec obstat, quod stipulatio est accessoria, † quia accessorium non sequitur naturam principalis, quando est diuersa ratio in vtroque, vt latè dixi ad regul. cum quid, par. 1. limit. 5. nam quando iuxta confessionem apponitur stipulatio occultatur confessio, & oritur actio ex stipulatione, vt not. in l. si ita fuero. §. fin. cum l. seq. ff. de nouat.

15 Quid † in confessione extraiudiciali facta coram Parocho pro exoneratione conscientiæ? Bald. in l. generaliter, quæst. 10. C. de non numerata pecunia. Corn. cons. 211. colum. 2. volum. 3. Afflic. decis. 163. in fine. Maran. hoc valde commendans, par. 1. artic. 5. nu. 16. bona glo. in capo. cordis, 1. q. 7.

R V B R.

Depositum per Testes.

S V M M A R I V M.

1 *Depositum, an probetur per testes, & quomodo deponere debeant, & numero 2.*

3 *Testes, vnus de simplici deposito sacculi, & alter de vera numeratione coniunguntur.*

Deposi-

4 *Depositum libram auri excedens, quinque testibus probatur, infra autem tribus.*

5 *Depositum legitimè per testes probatum, est priuilegiatum, sicut si appareret publicum instrumentum.*

6 *Depositi in scriptura tres testes requiruntur.*

7 *Testis asserens Titium deposuisse pro sua, & tanquam sua probat, si verum, vel putatiuum deducat titulum.*

8 *Litteras recipiens & tacens, an videatur fateri, & approbare, vbi regula, quæ limitatur septem modis, à num. 9. vsque 16.*

17 *Confessio depositary per litteras, ante illarum receptionem morientis, an hæredibus suis noceat, & quòd non, nu. 18.*

1 Probatur † etiã depositum per testes, qui vt bene probẽt deponere debent de vero, reali, & actuali deposito, aliàs si deponerẽt de simplici, & mera confessione non probarent, Bal. cons. 118. nu. 5. vol. 1. per textum in l. 1. §. si mutuum, ff. si quid in frau. patr.

2 Et † licet deponãt vidisse deponi sacculũ nõ probãt, nisi deponãt de reali numeratione. Bar. ad l. cũ seruus, nu. 3. ff. de condit. & dem. cõsuluit Nat. cõs. 102 nu. 12. vol. 1. Rol. cons. 63. nu. 24. vol. 1.

3 Bene verum est, † quod si sint duo testes, quorum vnus deponat de simplici deposito sacculi, & alter de vera numeratione, quia coniunguntur, & probant. Ias. & alij post gl. ad l. cum quid, super verbo, pro tanto. vers. sed quid si dixero, ff. si cer. pet. Spec. in tit. de teste. §. 1 nu. 66. vers. sed pone. sequitur Bal. in l. 1. col. 4. nu. 14. vers. vnde si peto decem. C. de testam. Nel. in tract. de test. in verbo, testis inductus ad probandum mutuum, nu. 182.

4 Illud notãdũ est, † quod aut depositum excedit librã auri, aut est infra. primo casu probari dẽt per quinq; testes instãtarios, secũdo casu per tres. ita probare docet Afft. in tit. de inuell. inter dom. & vasal. in c. si quis se, vel patrem nu. 3. per tex. in § si quis igitur, iuncta gl. in verbo, non minus tribus, de fi. instr. Nell. de test. nu. 84. in verbo, de numero testium. ver. si quis vult probare solutionem debiti, nec probatur depositum per testes singulares. Anch. cons. 277.

5 Et † depositum legitime per testes probatum habet ea priuilegia, sicut si appareret publicum instrumentum, vt late deducit Sar. in ad Mathesil. notab. 5.

6 Et † tres requiruntur in scriptura depositi. Sal. in l. in contractibus, nu. 10. C. de non numer. pec. & in quolibet deposito . . . . . de excep. num. 47.

7 Et † testis dicit Titium deposuisse pro sua, & tanquã sua probat, si deducat titulum verum, vel putatiuũ. Ang. in l. si quis legatum.

tum.in fine.ff.de fal.Montec.de test.in verbo,depositum.
8 Sed practicabilis est quæstio, † quam vidi in facto sæpissime occurrere, præsertim in materia sequestri, scribo amico litteras, vt depositam pecuniam restituat, si in receptione litterarum tacet, an dicatur confessus? vidi sæpius in facto fieri sequestra debitoribus ne soluant, qui si non compareant censentur confiteri, nec ex internallo audiuntur. cautela igitur datur, vt si quis non valet debitum aliunde probare, & vellet exigere, quod scribat litteras amico debitori pro repetitione pecuniarum coram testibus, quibus legat, & per vnū ex testibus litteras transmittat, qui recipiēs si nihil dicat, nec protestetur, cēsetur consentire ita Bart. in l. si filius. la seconda. vbi textus principalis de hoc, ff. ad Macedon. in l. cum tabernam. §. 1. in fine ff. de pign. in l Titius in fine. ff. de const. pecu. in l quo enim, § 1. in fine. ff rem rat. habe. Bal in l. si absentes. col. 2. ver. tu dic, quod quandoque, C. ad Macedon. & in rub. C de fide instr. col pen. ver quæro, quid de litteris. Alex. cons. 78. col. 1. vol. 1. Dec cons. 632 nu. 16. in fi Goz. cons. 23. col. 2. in fine. Imo. in l non solum. § morte. col. 3. de noui oper. nunc. Abb. in c. cum iniusta. num. 7. de procur. & in c cum M. col. 18 vbi Feli. pariter col. 18. limit. 20. vbi Rip. nu 131. de const. Ias. in reper. l. admonendi, col. 50. de iureiur. Marsil. in rub. de proba. col 51. & in practica, diligenter. § 24. Paris. cons. 47. col. 2. in fine, & consi. 91. col. 1. eod. vol. Mathesil sing. 21. late multos allegans Anto. Gabr. de præsump. conclus 2 nu. 1.

Addo bene loquentes, Alex. in l. inuitus, col. 2. C de proc. Bal. in l. si procuratorem. ff. de procur. & in l. 1. ff. mād. Veron. caut. 9. Ias. in l. emptor §. Lucius. ff. de pact. Mars hoc valde commendans sing. 344 Aret. in §. 1. col. 2. Inst. quod cū eo, & in §. item si. nu. 18. Instit. de excep. Boer. decis. 221. nu 14 Cępol. caute 24 Dec. cōs. 430 in fine. Ias. cons. 47. nu. 2. vol. 1. Paris cons. 47. nu. 15. consi. 91. nu. 3. vol. 1. Barb. cons. 15. col 3. in fine. vol. 2. Benuen Strac. de asse
* cur. merc. glo. 11 nu. 47. & hæc est communis opinio. Rip. in l. admonendi. nu. 138 de iureiur. vbi Coras. nu. 73. Bursat. cons. 39. nu. 15. Mascar. de prob. conclus 480.
9 Limitatur † prima ista conclusio, vt recipiens litteras approbet actum ita gestum esse, prout in litteris continetur, non tamē confiteatur ita gestum esse, prout in litteris continetur Cuma. consi. 79. col fi Ripa in c. cum M col. 71. de constitutionibus.
10 Limitatur † secundo vtiliter, vt non sufficiat simplex receptio, immo nec perfunctoria lectio, sed requiritur, quod probetur lectio, & quod scienter receperit. glo. in clemen. 1. in verbo sciēter,
de

de procur. Rip. in d. c. cum M. col. 71. Mathesil. not. 21. vbi in dubio præsumitur ignorantia. Zas. cons. 4. vbi de lectione perfuncto
11 ria, & melius, cons. 15. vol. 1. quicquid † dixerit Anchar. in d. clemen. 1. col. 2. in fi. Bene verum est, quod scientia, & tacitus consensus præsumitur, si post receptioné litterarum effluxerit tantum temporis, vt verisimile sit recipientem vidisse. Imo. in clemen. 1. col. 1. de procur. solent. n. homines esse admodum soliciti ad litteras aperiēdas dū aduenit dies euectionis ad recipiendū litteras, & eas aperiendas, vel vt sciant aliquid noui, vel quid simile &c.

12 Limitatur † tertio, vt non procedat in scriptura continente calculum datorum, & acceptorum, quia non videtur per hoc approbata, quia non est simplex, vel absoluta. Veron. cau. 9. in fine. Rip. in d. c. cum M. col. 71. Ias. aliquantulum palpitando, in l. admonendi. col. 61. Dec. in c. 2 nu. 15. de fide instr.

Licet contrarium videatur sentire Bal. per illum tex. in l. emptor. §. Lucius. ff. de pact.

13 Limitatur † quarto, dummodo testes, qui deponunt super retentione, & lectura scripturæ sine cōtradictione sint sciētes eius, quod in scriptura continetur. Mathesil. notab. 21. in fine. Ias. in d. l. admonendi. col. 61. Zas. cons. 4. vol. 2. Alex. ad Bar. in l. quo enim. §. 1. ff rem rat. habe.

14 Limitatur quinto, si mortuus sit transmittens antequam litteræ recipiantur per illum, ad quem transmittuntur. Roma. in l. nuda ratio. col. fi. ff. de don. Bar. in c. fi. de confes. Alex. consi. 24 nu. 9. vol. 2. & consi. 135. nu. 6. eod. vol. & consi. 110. num. 3 vol. 1 Rain. consi. 131. nu. 6. vol. 1. Mascar. de prob. concl. 480. nu. 6.

15 Limitatur sexto † vltra Anto. Gabr. & Mascar. dummodo litteræ scriptæ sint manu debitoris, vel eius sigillum contineant. Anchar. q. 48. par. 1.

16 Limitatur † septimo, vt detur aliquis terminus iudici arbitrarius, quo possit recipiens deliberare, & peritiores consulere. Alciat. in l. detestatio. nu. 51. de verb. sign. Rub. in l. non solum. §. morte. nu. 262. ff. de noui oper. nun. Iac. Menoc. de arb. iud. lib. 2. centur. 1. casu 21. nu. 5.

17 Quid e contra? † scribo tibi litteras, in quibus fateor me debere ex causa depositi, vel simili tot, si moriar ante receptionem litterarum, an ista confessio noceat hæredib. meis? videbatur, quod sic, ex quo sunt eędē personæ Auth. de iureiur. a mor. præst. §. 1. nec hæres contrauenire potest facto defuncti, iuribus vulgarib.

18 Contrarium est verius. Bar. in l. Arethusa. ff. de sta. hom. Bal. in l. 1. col. 13. C. de confes. Innoc. singulariter, in c. cum dilectus, de succes.

succes. ab intest. Bar. in c. fin. de confes. Barb. in c. cum dilectus, in cap post cessionem, de prob. Castr. in l. qui Romæ, §. Augerius, ff. de verb. obl. Sebast. Med. in tract. mors omnia soluit, conclus. 62.

Addo bene in materia loquentes, Marsil. in l. fin. num. 34. de quæst. in l. is qui cum telo, nu. 42. ff. de sicar. in rubr. de prob. num. 265. & 373. in suis singularibus, ita vt iste Doctor non cesset vbique hoc dictum extollere, & laudare tanquam vtile, & practicabile. Per. sing. 27. Corset. in verbo confessio 5.

R V B R.

Intellectus verborum ad l. Publia. § si ff deposití.

S V M M A R I V M.

1 *Verba, per plus, minusve, §. fin. l. Publia, quid importent, & multorum aliorum verborum declaratio, & nu. 2.*

1 Et † ex quo l. ista collocata est in titulo, ff. depositi. & in substantialibus continet materiam satis vtilem in tractatu depositi, cum in cortice verborum appareant verba satis obscura, propterea veniam ad aliquam ipsorum interpretationem.

Primo ibi leguntur illa verba sine coniunctione, per plus, minusve, hoc est circiter, & secundum Bart. nihil plus important, nec aliquid diminuunt de principali confessione, nisi aliud probetur. Bar. in l. in actione, nu. 3. ff. de fur. commendat admodum Bald. in rubr. C. deposi. quæst. 6. vnde dum in libello ponitur, & plus, & minus, prout liquidabitur, hoc probandum erit vltra summam præcedentem specificatam, alias nihil operabitur, vt per scribentes in citatis locis.

Vnde dicta clausula potest prodesse si aliquid probetur, & nihil nocebit, si nihil probetur.

Item ponitur ibi Trophimalis, id est merces, & præmium nutricis. Alciat. lib. 1. disp. cap. 18. Ant. Aug. lib. 4. emend. iur. ciuil. Hothom. in commen. verb. iur. in verbo, trophima. idem Spileg. & in verbo, plus.

2 Ponitur † etiam ibi, Item ex ratione patris vestri, & quod excurrit, nam excurrere dicitur quod mensuram, ordinem, vel modum egreditur, accedēte summæ paruula minoris monetæ, puta ad centum aureos quindecim solidos, vel decem talenta, & ali-

quot

quot dragmas. vnde est diminutio in qualitate monetæ, & quantitate.

Summa verò nihil excurrens dicitur quadrans. vnde ad excurrens opponitur quadrans.

Tit. Euentus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia in actione depositi, an infamet, & nu. 2. & 3.*
4 *Sententia in actione depositi lata, est diffinitiua.*
5 *Depositi instrumentum paratam executionem habet.*
6 *Fideiussor depositarij, si litis æstimationem soluat, si res deposita præsens est, depositarius efficitur.*
7 *Depositario, commodatario, & similibus condemnatis cedendæ sunt actiones per actorem, quas contra alios habet, fallit, nu. 8.*

1 Sententia † condemnatoria lata in actione depositi infamat, l. qui depositum. C. depos.

2 Limita † in actione depositi directa, secus in actione contraria pro expensis factis per deponentem in re deposita, vt ibi per Castr. cons. qui in casu regulæ rationem reddit, quia non restituendo committit furtum, secundo verò casu non.

Limita secundo in proprio deposito, secus in eo deposito, quod saperet naturam furti, prout late superius in principio diximus, in limit. Rip. respon. 101.

3 Limita † tertio, in Notario depositario, qui licet condemnetur actione depositi, & hac de causa reddatur infamis, poterit tamen instrumenta conficere, vt hic per Baldum. Et sic Notarius, licet effectus infamis, potest conficere instrumenta, nisi efficiatur infamis, ex causa alicuius delicti, & quammaxime falsitatis.

4 Ex quibus correlariè infertur, † quod sententia lata in actione depositi est diffinitiua, ex quo infamat. l. quid ergo, §. ex compromisso, ff. de infamibus.

Ampliatur idem esse, etiam si de eo constaret publico instrumento. aut enim ad depositum agitur ordinariè, porrigendo libellum, & similia, & tunc sententia condemnatoria infamat, licet originem habeat à publico instrumento: aut agitur executione, & tunc executio relaxata non infamat, quia non est lata via ordinaria.

Instru-

5 Instrumentum † igitur depositi habet executionem paratam, Bart.in l.si quis.C.deposi.& posui superius.

6 Si † fideiussor depositarij soluerit litis æstimationem, res deposita, si præsens est efficitur depositarij, l.si fideiussor. iuncta glos. ff.deposi.

7 Tertius euentus est, † q̄ depositario, cõmodatario, & similibus condemnatis cedendæ sunt actiones per actorẽ, quas habet contra alios, puta rei vendicatio contra extraneum possessorem, quæ nec vtilis, neque directa sine cessione non transit.l.in depositi.ff. de re iu. de secundo ponit Bart.in l.1. ff.de vsuc. pro emp. in l.si fullo.ff.de cond.ob cau. si autem reus condemnatus possideret, & non extraneus, tunc non posset actor cedere rei vendicationẽ ipsi reo, quia recipiendo litis æstimationẽ a reo possidente transfertur dominium actoris in reum.l.eius rei, & l.hoc si res.ff de rei vendic. vnde ius concernens dominium ipsius rei sibi cedi non potest, cũ illud habeat.vnde si actor haberet alias actiones personales teneretur eas cedere soluenti æstimationem.arg.in l.creditorem, & l.si res.cum glo.ff.de euic.

8 Limita, † quando actor sciebat reum possidere, secus si ignorabat, quia tunc propter malignitatem rei occultantis possessionem nulla debet fieri cessio actionum, nec tunc transfertur dominium in reum glo.no.in l.hoc si res.& ibi Bar.in 2.oppos.ff.de rei vend. Imo.in l.1.§.fin. ff.pro empto. Alex.Ias. & alij in d.l.in depositi.

R V B R.

Remedia affinia.

S V M M A R I V M.

1 *Actiones concurrentes cum actione depositi.*

2 *Cibariorum ex præstatione locationis contractus non inducitur, nec actionis intentatæ natura mutatur.*

1 Primum remedium satis affine in actione depositi est actio ex locato, vel conducto mercede interueniente. l.1.§.si vestimenta, & §.seq.ff.depos. de qua materia diximus in tit. de loc.in princ. dum, an pro substantia contractus locationis requiratur merces in pecunia numerata.

Illud

Illud addam, † quod ponit tex. in d. §. si quis seruum, quod ex præstatione cibariorum non inducitur contractus locationis, nec mutatur natura actionis intentatæ, & sic depositi.

R V B R.

Remedium secundum, Actio mandati.

S V M M A R I V M.

1 *Actio mandati, quomodo, & quando concurrat cum actione depositi. & nu. 2. 3. & 4.*

5 *Mandati contractus plenior quam depositi, limitatur nu. 9.*

6 *Contractui perfecto præcedenti si conuentio adijcitur, quæ cadere potest in nomen alterius contractus, potius inducitur informatio primi, quàm nouus contractus.*

7 *Plenius quod est, præualet, & præfertur.*

8 *Contractus primus inspicitur præsertim, quando secundum comprehendere potest.*

10 *Mandatum datur naturam contractus depositi sapiens.*

11 *Mandanti tantum actio, non depositi datur, si mandauero tibi, vt rem ab alio meo nomine receptum custodias.*

12 *Finis attendi debet, & omne ius potentius in causa quàm causato.*

13 *Depositi de ordine alicuius facti plures casus. & nu. 14.*

15 *Deposito perfecto iussu alicuius facto, quomodo actio depositi, & quomodo mandati competat, & quid si is cum datur consilium non esset aliàs facturus. nu. 16. quod in dubio præsumitur nu. 17. & quomodo probetur quòd aliàs facturus esset. num. 18.*

19 *Consilio alicuius si rem suam vtilem quis gereret, actio nulla ex hoc competit.*

20 *Depositi teneris actione, si tuo periculo deposui.*

21 *Fideiussor tenetur depositario furente, vel pupillo.*

1 Consurgit † actio mandati, cum actione depositi, ad l. 1. §. si te rogauero ff. depos. in quo côtextu duo sunt casus principales.

Primus est si rogatu meo perrexeris ad Titium rem custodiendam contra te competet actio mandati, côtra Titium vero actio depositi.

2 Limita † secundum glo. ibi, in ver. recepit, aut secundus recepit, & competit actio depositi tantũ attento vltimo, & finali effectu,

fectu, aut ille non recepit, & competit actio mandati tantum, & sic inuicem non cumulantur, sed inspecto euentu vna aliam excludit.

3 Secundus † est casus ex eomet contextu, quod si mandaui, vt rem Titio perferas custodiendam, & ille receperit non nomine mandantis, sed asportantis, actio depositi competet asportanti, & contra eum datur actio mandati: tenetur tamen ille cedere actiones, & sic mandanti competet act o depositi cessa, prout ibi habetur in vers. si verò tuo nomine receperit Titius.

4 Altera † sit conclusio, si mandaui tibi vt rem apud Titium deponeres, & si ille noliet, tu met custodires, est mandatum habens custodiæ legem, & consequenter competit solius mandati actio. l.1.§.quod si rem.ff.mand.

5 Qui tex.notab. est, secundum scribentes, † quod contractus mandati est plenior, quàm contractus depositi: nam mandatarius potest habere custodiam rei, & etiam mandatū potest extendi ad aliud, puta vt mandatarius custodiat; aut igitur a principio committo solam custodiam, & est simplex depositum; aut committo aliud, sed ex postfacto committo etiam depositum, & tunc est mandatum habens custodiæ legē, idest id, quod est de natura depositi.

6 Et sic sequuntur duo correlaria. Primum est, † quando præcedit contractus perfectus, & adijcitur conuentio, quæ cadere potest in nomen alterius contractus, potius inducitur informatio primi, quàm nouus contractus. hoc colligitur notabiliter ex hoc contextu, §.quod si rem.faciunt no. per Panor.in c.sicut dignum. in ver.cos.de homic.Bar.cons.136.& est conclusio, quæ ad multa deseruit, & facit ad materiam informationis actionum.

7 Secundum est, † quod id, quod est plenius præualet, & præfertur.facit l.si te solum.ff. de hæred.instit.

8 Tertium est, † quod inspicitur primus contractus, maxime quando potest comprehendere secundum.facit l.1 §.si seruus ff.depos.

9 Limita, † nisi expresse esset dictum, quod retineret in depositum, ex l.1.§.si seruus, & si quis Titio.ff.depos.

10 Et † sic datur mandatum sapiens promiscuam naturā, s.cōtractus depositi: nec mirum, quia contractus depositi est applicabilis, & præambulus ad omnes cōtractus, prout experientia docet.

11 Quarta † concl.est in consimili materia, ex l.1.§.idem Pomponius, ff.depos.si mandauero tibi, vt rē ab alio meo nomine recepturam, custodias, datur actio mandati tantum, non depositi, & sic licet sequutus sit effectus, cuius occasione fuit factum mandatum, tamen in hoc non attenditur effectus, ad quem fuit fa-

M ctum

ctum mandatum, sed ipsemmet contractus mandati ea ratione, quia primus contractus est.

12 Dixisset aliquis fortasse contrarium; † finis enim attendi debet, & causa finalis etiam, iuxta Philosophum, prima in intétione, vltima in executione, tamen vti nobilior attendi debet, & omne ius potétius est in causa, quàm causato. l. digna vox. C. de leg. Castren. cons. 129. vol. 1. ad hunc igitur finem fuit in hoc casu directum mandatum, vt depositum sortiretur: ergo à deposito esset facienda nominatio. & dicas cum I. C. contractus mandati vti primus attendi debet, dicerem est primus in executione alterius, qui mouet primum, ergo ab alio facienda est denominatio.

13 Quinta sic conclusio † ex eodemmet contextu, in versic. idem quærit, si depono apud alium de ordine tuo, plures sunt casus. Primus est assecuratio, puta volebam deponere apud te, dixisti, deponas penès famulum meum, quia ego ero custos quasi me custoditurum, & dabitur contra me ita assecurantem actio depositi, quia non esset factum, nisi talia verba prolata fuissent.

14 Ponderantur illa verba † quasi te custoditurum; sæpissime enim occurrit. *Depositlo appresso al tale, come se io proprio l'hauessi preso in deposito, & come se l'hauessi io proprio*; & in quolibet genere contractuum similia verba occurrere possunt in constituendo procuratorem, & similibus.

15 Secunda † sit concl. ex eodem contextu. versic. si verò. si posui in depositum apud Sempronium persuasu, vel consilio tuo, competit mihi contra illum actio depositi, penes verò te persuadentem, vel cõsulentem, nec etiã mandati competit actio, quia rem meam gessi, & consilij nulla est obligatio. l. consilij. ff. de reg. iur.

16 Quod † ampliatur etiam si ille, cui datur consilium, non esset aliàs facturus. Franc. in reg. nullus. lib. 6. Ias. in §. omnes. colum. 2. de actio. in vlt. notab. Dec. in c. fin. col. 12. de offic. deleg. Roman. singul. 769. in contractibus.

17 Et † in dubio præsumitur aliàs non esse facturum. Bal. in l. data opera. col. 17. C. qui accus. non poss. Felin. in c. 1. col. 5. vers. vtrum autem. de offic. deleg.

18 Quomodo autem probetur, † quod aliàs facturus esset, ponit Bald. in l. 1. C. de ser. fugit.

Ponderandus enim est tex. in hac secunda concl. ibi, quia rem
19 meam gessi, † licet enim mihi consulas vnum, per hoc tamen dicor rem meam gerere, & quãdo facio aliquid mihi vtile, licet de tuo consilio, tamen rem propriam dicor gerere, & nulla ex hoc competit actio. l. nauis aduersa. in fine, ff. ad l. Rhod. de iactu.

Septima

20 Septima est concl. ibid. vers. † sed si mandasti, & deposui periculo, vel risico t.10, teneris actione depositi, de qua materia posui in tract. loc. in rub. de dolo, & culpa, & casib. fortuitis.

Octaua notabilis est concl. ex eodemmet contextu ibi, vers.
21 planè si fideiussisti, † q fideiussor tenetur depositario furente, vel pupillus esset is, apud quem deponitur, vel depositarius sine hærede, vel bonorum possessore recesserit. licet igitur pupillus sit, tamen est depositarius, & fideiussor tenetur. est notandum in materia hæredis, quod aut obligatio est iam contracta, & est hæres verè, vel interpretatiue, & mortuo principali, adhuc fideiussor tenetur, secus si obligatio non esset contracta, sed veniebat contrahenda, nec erat hæres verè, vel interpretatiue, tũc mortuo principali fideiussor liberatur, vt notatur in l. postquam. in 1. respon. ff. vt leg. nom. Bart. in l. fideiussor obligari. §. si. ff. de fideiuss.

Et sic habemus, quando fideiussor remanet obligatus mortuo principali, quem casum non inueni positum à Mars. in summar. de fideiuss. ad edendum tamen nõ datur actio mandati, neq; depositi, sed officium Iudicis nobile, vel mercenarium, prout in l. 1. C. de edendo.

R V B R.

Actio secunda contra depositarium competens, scilicet ad exhibendum.

S V M M A R I V M.

1 *Rei vendicatio, & ad exhibendum, quando, & quomodo detur contra depositarium. & num. 2. & 3.*
4 *L. si vrbana. de cond. indeb. declaratur.*
5 *Rei vendicatio domino competit, seruo pecuniam eius deponente.*
6 *Depositi actio contra depositarij hæredes transit.*
7 *Rei vendicatio vtilis in materia depositi, an & quando competat, & quid in pensione. num. 9.*
8 *L. pen. C. ad exhiben. declaratur. & num. 10. vsque 14.*

1 Competit † & rei vendicatio in hac depositi matèria si quis bona fide putans eum dominum restituerit Titio depositum, cõ-

tra eum dabitur actio ad exhibendum, qua exhibitione facta cõpetet rei vendicatio.

2 Pariter † si Titius, cui res deposita restituta est, sciens eam non suam, sed alienam consumpserit, condemnabitur pariter ad exhibendum, cum isto casu ratione scientiæ dicatur esse in dolo. l. 1. § si rem. ff. depos.

3 Ex quo cõtextu colligitur, † quod duæ successiue cõpetũt actiones, s. actio ad exhibendum, & facta exhibitione rei vendicatio.

4 Colligitur † secundo intellectus ad l. si vrbana. ff de cond. indebi. aut enim loquimur in debitore certæ speciei, qui tenetur de dolo tantum, & tunc procedat dispositio l. si vrbana, vt alij soluẽdo liberetur: aut loquimur in debitore quantitatis, quo etiam casu non liberatur, l. incendium. C. si cer. per. & tunc non habet locum dispositio l. si vrbana. tetigi de huius l. intellectu, ad tract. loca & conduc. in materia condictionis indebiti.

5 Secundus est casus, † in quo competit actio in rem, seu rei vendicatio, quando seruus deposuit pecuniam domini sui, quo casu competit domino rei vendicatio, probato pecuniæ dominio. l. pen. ff. deposi.

Tertius est casus, in quo competit rei vendicatio, quando depositarius mutuauit pecuniam depositam, quia contra accipiẽtem competit rei vendicatio. l. si is qui. C. depos.

6 Ex quo contextu colligitur, † quod actio depositi transit contra hæredes ipsius depositarij.

Nec ille textus in secundo casu aperit, si aliqua pœna puniatur depositarius mutuans pecuniam depositam.

7 Quartus casus est, † in quo in materia depositi competit vtilis rei vendicatio, de qua in l. fi. C. ad exhi. vbi habetur, quod ex pacto apposito per alium in contractu depositi de re mea acquiritur mihi directa, si sum hæres paciscentis: aliàs datur vtilis actio, & est via de legibus nouis. not. in proposito, Bald. in l. quod procurator. ff. de procur. Bar. in l. stipulatio ista. §. si stipuler. ff. de

* verb. obl. Ang. & ista videtur communis opinio, licet Ias. dubitauerit in d. §. si stipuler col. 6. in fine, per l. 3. C. de inutil. stipul.

8 Ampliatur † hæc conclusio, & dispositio l. penul. C. ad exhibendum, vt procedat etiamsi pactum sit appositum super re prouemente ex re mea, vt partu, fructu, & pensione rei meæ, vt per glo. in d. l. quod procurator, & ibi Bar. Ang. & Castr. & Bar. in d. §. si stipuler. col. fi. & Ang. in d. §. si insulam. col. 1. & in fructibus, hæc

* est communis opinio Bald. in l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cer. pet. Soc. cons. 125. col. fi. vol. 1.

Contra-

9 Contrarium † in pensione tenet Ioan. And. in cap. quanquam, col. 7. de vsur. in sexto, allegans ita tenere Franc. Accurs. in l. Iulianus, §. si procurator. ff. de act. empt. & idem tenet Domin. in d. c. quanquam. colum 6. & in pensione, hæc est verior opinio. Alex. in d. l. stipulatio ista. §. si stipuler. num. 13. & in apostil. ad Bart. in d. l. quod procurator. dixi in tit. de loc. & cond. Hoc idem in vsuris tenet verius, Bart. in d. l. quod procurator ex re, vbi Castr. in princ. & in d. § si stipuler. colum. fin. vbi Imo. colum pen. & fina. Alex. colum. 3. Ias. colum. pen.

10 Ampliatur † secundo dispositio l. pen. C. ad exhib. vt procedat etiam in pretio, & illo casu acquiritur etiam sine cessione ei, cui fit pactum, vel stipulatio. Bald. in d. l. stipulatio ista, §. si stipuler. per textum, secundùm vnam lecturam, in l. Iulianus §. si procurator. ff. de act. emp. Bart. in l. quod procurator ex re. ff. de procura. & ibi Ang. & Pau. de Cast. glo. in §. alij Instit. de inutil. stipul. Bal. & Castr. in l. si cum emptore, §. fin. de pact. in l. si cum venderet; * vbi Castr. dicit casum notabilem. ff. de pign. act. & hæc est communis opinio. Rui. cons. 124 col 3 vol. 1. Bene veru est, quod textus in l. si cum venderet, explicat tres actiones, s. ex vẽdito, rei vendicationem, & in factum. prima nõ competit sine cessione, aliæ sic.

11 Ampliatur † tertio dispositio l. penult. C. ad exhiben. etiam in re debita tantum. Bar. in l. stipulatio ista §. alteri. col. 1. ff. de verb. oblig. quasi tunc illi videatur solui, vel res tradi nomine illius, vt ibi per eum, & in l. 1. in fine. ff. de pact. Rom. cons. 120. col. fin. vol 1 licet contrarium teneat Ias. in d. §. alteri. colum. 4

12 Ampliatur † quarto etiam quod res, super qua est interposita stipulatio, non duret mea. Castr. in l. quod procurator ex re. ff. de procurat. in d. l. si cum venderet, vbi bonus textus de hoc, & per hunc textum in d. l. pen. C. ad exhib. Alex. in d. §. si stipuler. col. 1. Castren. in l. Publia, in princ. ff. depos. Bart. in l. si mercedem, §. ha* bitatoribus. ff. de act. emp. & hæc est communis opinio. Dec. in l. certi condictio. §. quoniam, in fine, ff. si certum petatur.

13 Limita, † vt non procedat econtra, vt si in traditione rei tuæ apponas pactum ad mei vtilitatem, puta quod restituatur mihi, nam tunc acquiritur actio ex illo pacto, si de re tua, alias secus. Bart. Bald. & Castr. in l. Publia, per illum textum. ff. depos. in l. pen. C. ad exhib. in l. pactum. C. de pact. conuen. Castr. in d. §. alteri colum fin Bald. in l. 1. C per quas perso. Bald. cons. 71. vol. 1. * & hæc est vera, & communis opinio. Alex. in d. §. si stipuler. colum penult. Aret. in cap. in præsentia, colum. 9. de testibus.

14 Limita secundo, † vt ex pacto super re mea quæratur actio si-

 ne ces-

ne cessione, quando stipuletur super re, vel circa rem: secus autẽ si occasione ipsius rei, quia tunc non quaeritur actio, sine cessione. Bar. in d. §. si stipuler, vbi Ias. col. pen. per l. 1. C. per quas person. vbi Castr. Ang. & alij, vbi ampliant etiam in pacto adiectionis in diem, licet alij aliter sentiant.

R V B R.

Actio tertia contra depositarium furti.

S V M M A R I V M.

1 *Actio furti datur contra depositarium, nisi credat dominum permissurum, num. 2.*
3 *Glo. in §. aliæ. de act. declaratur.*
4 *Iuramento probantur, quæ in animo consistunt, nisi contra iurantem sit aliqua præsumptio in contrarium.*
5 *Fur quomodo, et quando possit allegare dominum permissurum.*
6 *Depositario non competit actio furti, sed domino.*
7 *Depositarius si fuerit in culpa, an et quando furti teneatur, et nu. 8.*
9 *Depositarius furti agere potest, quando retentione propter impensas vti potest.*

1 Si † depositarius vtatur re deposita domino nolente, furtum committit, & tenetur furti, & depositi, l. si sacculum. ff. depos. l. 3. C. deposi. vbi gaudere debet depositarius, si melius agendo depositi tantum agat, quasi ignuat, quod proponẽdo actionem depositi videtur renunciare furti actioni.

2 Limitatur, † si credebat dominum permissurum. §. placuit, Inst. de oblig. ex delic. quod in dubio non præsumatur, nisi per depositarium probetur, cum nemo præsumatur iactare suum, ita declarat Bart. in l. inter omnes. §. rectè, sub num. 2. ff. de furt. commendat Aretin. in d. §. placuit, & in hoc casu procedit dictum Bar. in l. Aurelius, §. idem quæsijt. ff. de liber. leg. vt per Socin. in l. non vtique. in fine. ff. de excep. Bos. in tit. de confess. num. 22. vbi nu. * 9. in fine, attestatur d. Bar. communiter approbatum in d. §. idem quæsijt.

3 Et sic habetur † limitatio ad glo. in §. aliæ, Inst. de rerum diuis. quod ea, quæ consistunt in animo, probantur iuramento.

Limitatur, † nisi contra iurantem sit aliqua præsumptio in contrarium

trarium, Bar. in d. § recte. Feli. in cap. si diligenti. col. 3. de præscr. glos. in l. non est verisimile, in verbo, præsumptionis, de eo, quod met. cau. facit tex. in cap. ad præsentiam, & ibi Aret. de test. Abb. in cap. pastoralis, num. 8. de excep. Mars. consi. 7. nu. 7. latius consi. 9 num. 32. cum pluribus seq. Alc. reg. 3. præsump. 16. Ant. de Petru. in rep. l. 1. num. 367. de iureiur. Iac. Menoch. de arb. iud. lib. 2.
* centur. 3. cas. 241. num. 6. & hæc est communis opinio. Seraphin. de priuil. iuramen. priuileg. 1. nume. 22.

5 Illud in proposito non omittam, † quod Doct. post Bar. in d. §. recte, considerare videntur, quod tunc quis potest dicere, credebam dominum permissurum, quando ab initio habuit domini voluntatem, quia hac ratione attenta nunquam in deposito fieret furtum, quia depositum attento initio datur domini voluntate, & fortasse non immerito, textus §. placuit, Inst. de oblig. ex deli. loquitur de hac credulitate in commodato tantum, licet in præcedentibus loquutus etiam fuerit in deposito, & alijs.

6 Limitatur secundo, vt non procedat è contra, † quia depositario non competit actio furti, sed domino. l. eum qui, §. is autem. ff. de furt. §. sed is apud quem. Inst. de oblig. ex delic. & ratio est quã ponit Bar. in d. §. is autem. quia aut fuit in dolo, & non debet ex improbitate sua dolosa habere furti actionem: aut non fuit in dolo, & tunc cum non teneatur non habet furti actionem, ad quid enim vis actionem dare si in nullo grauatur?

7 Quid† si depositarius fuit in culpa? aut loquimur in culpa leui, & non habet actionem, quia ipse non tenetur: aut in culpa lata, vel latiori, de qua ipse tenetur, & videtur quod non habeat actionem, sicut quando fuit in dolo, cum culpa lata dolo æquiparetur, l. quod rem. ff. depos.

8 Contrarium† determinat Bar. in d. §. is autem, quem ibi cæteri sequuntur, quia dolus furis præponderatur latæ culpæ dicti depositarij. l. item si obstetrix ff. ad l. Aqui. Præterea quando agitur ratione doli, & dolus punitur, dolus, & lata culpa non æquiparantur, vt not. in l. in actionibus. ff. de in litem iuran.

9 Limitatur tertio, † vt depositarius possit agere furti quando potest vti retentione propter impensas, l. pen. C. depo. reputat notandum Aret. in §. sed is, in fine, Inst. de oblig. ex delic. Et si depositarius consecutus est aliquid ratione furti, vel pro damno dato restituere tenetur. Bar. post. glo. in l. si pignore, nu. 1. ff. de pig. act.

R V B R.

Actio quarta, Condictio.

S V M M A R I V M.

1 *Condictio datur contra depositarium.*
2 *Depositarius in re deposita duobus modis, scilicet in re, et in eius vsu, furtum committit.*

1 Datur † contra depositarium condictio, & hæc est duplex, sine causa, & condictio furtiua, quæ in hoc differt ab actione depositi, quia actio depositi competit etiam ante dolum commissum, sed ista competit post dolum commissum tantum, l. si quis inficiatus, in fine, iuncta glo. ff. depos. l. si stipulatus. §. si lancem, vbi glos. & Bar. ff. de solu.
2 Et in materia furti, † in hac materia notanda sunt duo verba glo. ad l. qui furtum, in glo. fin. in fine. ff. de condict. furt. quod depositarius committit furtum in re deposita duobus modis. vno modo in re, alio modo in vsu tantum ipsius rei. in re committit furtum, denegando eam restituere, vel alienando, l. 1. §. si rem. ff. depos. alio modo vtendo simpliciter re deposita.

R V B R.

Actio quinta iniuriarum.

S V M M A R I V M.

1 *Depositarius tenetur actione iniuriarum, et lege Cornelia de falsis, et num. 2.*

1 Datur actio iniuriarum contra depositarium, qui publicat scripturas secrete depositas, vt l. 1. §. si quis tabulas, ff. depos. quem

textum

textum dixit sing. Bartholom. de Capua, singul. 43. l. si quis testamentum, §. fina. ff. ad l. Aquil. quid enim tam inhumanum, quàm patrimonij secreta publicare? l. 2. C. quibus & quando. Et sic publicare secretum est iniuria.

2 Punitur † etiam pœna l. Corneliæ de fals. siue ostendat scripturas depositas, siue restituat vni ex partib. altera absente, vel ignorante, vt ff. depo. l. l. si quis aliquid. §. instrumenta, & ff. ad l. Corneliam, de fals. l. 1. §. is, qui depos. & ff. de tabu. exhiben. l. locus, §. is qui dolo.

R V B R.

Actio sexta ex l. Aquilia.

S V M M A R I V M.

1 *Depositarius tenetur l. Aquilia.*

1 Competit actio † l. Aquil. contra depositarium reddentem rem deteriorem, l. in rebus, §. siue autem. ff. commo. vbi vna electa alia tollitur, nisi in eo, quod superest detur, vt ibi per Accurs. sed de deterioratione alias superius vidimus, & datur actio l. Aquil. contra corrumpentem tabulas testamenti depositas, l. qui tabulas, ff. ad l. Aquil. Cabal. de eo, quod interest, nu. 180.

R V B R.

Actio Præscriptis verbis.

S V M M A R I V M.

1 *Depositarius tenetur præscriptis verbis.*

1 Datur actio præscriptis verbis quando depositarius mercedem recipit, iuxta tamen l. 1. §. si quis seruum, ff. depos. de cuius l. materia, & intellectu posui in tract. loca. & condu. par. 1. satis est quod colligitur ex eo depositarium locare operas ad custodiandum,

dam, & expræstatione cibariorum non induci locationis contractum.

Actio de peculio, quæ rõne depositi datur contra depositariũ, vel patrem, si quid dolo eorum factum est, l. depositi. ff. de pecul.

Remedium l. fin. C. depositi:

S V M M A R I V M.

1 *L. fina. C. deposi. declaratur, & quomodo procedat, & limitetur, nu. 3. 4. & 5.*

2 *Diligentia mea mihi soli, & non alij prodesse debet.*

1 Notabilis † est lex, secundùm Bald. & Salic. ibi, soluens vni ex hæredibus deponentis portionem suam, quicquid postea contingat contra portionem aliorum cohæredum sibi soluenti non imputatur.

2 Et sic diligentia mea debet mihi soli, & non alij prodesse, ad idem l. 3. in principio. ff. ad l. Falcid.

Ampliatur dispositio huius l. fin. vt non solum procedat in pluribus hæredibus deponentis, sed in pluribus principaliter deponentibus: nam si depositarius restituat vni diligenti portionem suam liberatur, nec ille tenetur communicare consocio, secũdũq; Bald. & Castr. in d. l. fin. Declara nisi in casibus, qui ponuntur in l. pupillus, ff. quæ in fraud. cred. & in l. tutores, ff. de condit. indeb.

3 Limitatur † dispositio huius l. vt procedat, & habeat locum in his, quæ pondere, numero, vel mensura consistunt, in quibus fit diuisio pondere, numero, vel mensura, non autem in speciebus, in quibus non fit diuisio per numerum, sed per singula corpora. vnde si defunctus deposuisset duos equos, relictis duobus hæredibus, si depositarius restituat vni vnum, & alter moriatur, tenetur ille communicare equum viuum, quia in vnoquoque equo quilibet habet portionem, quam communicare tenetur, idem in similibus dici potest, & debet secundùm Castr. in d. l. fin. facit l. cum Sticus, aut Pamphilus. ff. de solut.

4 Limita † secundo, vt procedat quando vni culpa propria imputari poterat, quia alterius diligentia sibi prodesse non debet, secus si imputari non poterat, iuxta not. in l. item habeo. ff. fam. erciscun. vbi notandum, quod Iurisconf. proponit nimis generaliter tam quando fuit in culpa, & quando nõ fuit, tamen in responsione restringit se ad quando fuit in culpa tantum.

5 Limita tertio in vno ex pluribus socijs exigente, qui tenetur

tertio

tertio communicare, iuxta l. verum. §. fin. ff. pro soc. cum societas sit ad instar fraternitatis, & in eod. l. in princ. Et postquã ingressi sumus consimilem materiam, quid dicemus in materia depositi de duobus reis debendi?

R V B R.

De Reis debendi.

S V M M A R I V M.

1 *Rei debendi quomodo constituantur in contractu depositi.*
2 *Rei duo credendi non sunt, nisi expresse agatur in materia depositi, & num. 3.*
4 *Depositario pluribus relictis heredibus diuiditur est in obligatione, & solutione pro rata.*
5 *L. 2 §. ex his. ff. de verb. oblig. declaratur.*

1 Vera resolutio ea esse videtur, † quod in contractu depositi, & similibus rem restitui duæ oriuntur obligationes, quarum altera est primitiua, seu principalis, quæ respicit rei depositæ, vel commodatæ restitutionem: altera est secundaria, vel accessoria, quæ prouenit a dolo, vel culpa commissa ab ipsis recipientibus rem ipsam. quatenus ad primam regulariter duo rei non constituuntur. l. 3. §. hæres. ff. commod. l. si duo, in princ. ff. depos. nisi id expresse actum sit, l. si diuisa. C. loc. de qua suo loco dixi in tracta. loc. in materia duorum reorum, & non constituuntur duo rei, quatenus ad obligationem, in solutione verò semper est indiuiduitas. unde si vnus partem soluat non liberatur, quatenus verò ad secundariam obligationem dolo, vel culpa prouenientem non sunt duo rei debendi, nisi expresse actum sit, vnde aut dolus, vel culpa vnius intercessit, & ille solus tenetur, l. 1. §. si apud duos, in fine. ff. depos. si verò vterque peccauit, vterque in solidum tenetur, d. §. si apud. & l. si vt certo. §. si duob. vehiculum, in fine. ff. commod.

2 Duo † verò credendi non sunt nisi expresse agatur, per l. 1. §. sed si duo. ff. depos.

3 Et ita † tenet Bar. in l. eãdem, quæ est l. 9. vers. secũdo quæro. ff. de duob. reis, & in authen. hoc ita, col. 3. q. 4 C. eo. in l. 4. §. Cato.

in 2.&6.oppos.ff.de verb.oblig.& in l.stipulationes non diuiduntur, in octaua oppos.eo.tit. & in l.si ut certo. §.si duobus vehiculum.col.2.ff.commo.& hæc est vera,& commu.op.Soc.iun. in d. §.Cato.num.103.& ibi etiam Rui.Seissel.ad d l.stipulationes non diuiduntur.col.3.late differens,sed hoc præcipue attestans Ronchegal.de duob.reis.d.l.9.nu.20. Bascole. in arbo.diuid. & indiuid.num.54.

4 Si verò † depositarius decesserit pluribus relictis hæredibus, tunc est diuidua obligatione,& solutione pro rata.Fulg.in d.l.si duo.col.2.& in §.si duobus vehiculum: col.6. Soc.iun.in d.§.Cato.nu.180.Bascole.nu.52.Ronchegal.d.l.9.nu.265.

5 Ex quibus † correlarie habetur limitatio ad l.2. §.ex his. ff.de verb.oblig.vbi ex persona hæredum non mutatur conditio obligationis: nam hoc verum, nisi diuersa ratio assignari possit:& sic enim deposui apud plures principales videor omnium fidem secutus, nec vno tantum voluisse esse contentus, secus in hæredibus,quorum aliquos fortasse non noueram.

R V B R.

De contraria depos. Actione.

S V M M A R I V M.

1 Contraria depositi actio,quomodo,& quando competat.
2 L.actione.C depos.declaratur.
3 Depositario pro expensis et cibarijs præstitis triplici remedio succurritur.
4 Deponentis gratia actum videtur, si quid depositum est apud aliquem Tuderti,vt Romæ restitueres, vt necad expensas recipiens teneatur. numero 5.
6 Actio contraria depositi competit, si seruus depositus sit,et quas qualitates habeat nu.8.
7 Damnum consequi nemo debet ex sua liberalitate.

1 Est † & contraria depositi actio,quæ competit depositario contra deponentem.l.ei apud quem in prin.ff.depos.

2 Primo † competit pro alimentis,& expensis præstitis rei depositæ.l.actione.ff.depos.& an,& quando competat exceptio compen-

pensationis depositario posui superius ad materiam.l.fina.C.de-pos.quæst 1.

3 Circa tamen intellectum, & materiam d. l. actione, † dicitur, quod depositario triplici remedio succurritur pro expensis,& cibarijs præstitis. Primo pro eis datur contraria actio depositi ad eos petendos Secundo datur reconuentio,& hæc fieri debet coram eodem Iudice.l.pen.C.de sen.sed si ex illo iudicio finito,nec excepit, nec reconuenit, potest principaliter conuenire coram alio Iudice, ita vt ex hoc non sit præclusa via. ita declarat Castr. post glo.in d.l.actione. Tertio loco datur retentio,& hoc duplici de causa tam ratione sumptuum, vt not.in l. 1. C. de compen. Pet.in §.in bonæ fidei.nu.14.de act io.tum etiam ratione laboris, vel alicuius incommodi passi: Alex. in l.1. §.sed & si. ff. de var. & extraord.cognit.Sebast.Med de compen.par.1.q.15.nu.5. & hoc maxime obseruant custodes carcerum retinentes reum pro expensis,& ita de consuetudine seruatur. Gui.Pap. decis.448. Cassan.in consuetud.Burgun nu.34.fol.96.Prac.Iod.c.17.nu.17.Iul. Clar.in prac.§.fin.quæst.62.in fine.

4 Addo insuper, † quod si deposui penes te rem aliquam in ciuitate Tudert.vt Romæ restituas,id videtur actum simpliciter gratia deponentis.l.si in Asia.in princ. ff.depos.

5 Et dubium in eo textu fortasse faciebat, † quia cum se obligauerit depositarius alibi consignare, nec aliquid dixerit, videtur tacite consensisse,vt suis sumptibus. Contrarium,& verius,quia depositum fit gratia dantis,& non recipientis,& sic non videtur quis teneri ad expensas ex custodia rei, ex qua nullum commodum reportat.

6 Secundo loco † competit contraria actio depositi,si seruus depositus fuerit.l.si seruus,§.idq; euidentius, ff.de fur.vbi officium suum nemini debet esse damnosum.l.si quando. C.de test.

Et in hac materia distinguendum est, aut deposui seruum furem ignoranter, & sufficit illum pro noxa relinquere: aut scienter,& teneor in solidum,contraria depositi actione. l.si seruus.ff. commo.

7 Et † percurras hoc, & similia iura, illud æquum ante oculos ponitur, vt nemo debeat ex sua liberalitate damnum consequi, immo semper indemnis conseruatur.


8 Insuper † hæc contraria depositi actio habet has qualitates, quod in ea nõ iuratur in litem,sicut in directa l.1.in prin. ff.depos.non infamat.l.qui depositum.C.depos est bonæ fidei.§.actionum vbi no.Inst.de act.est prætoria,& personalis,secundum Azo.in summa,

ma,& est de quinque,quæ competebant filio suo nomine tempore Digestorum,de quibus in l.filiusfamilias, & in l.in factum.ff. de act.& obligat.& in l.Iulianus . ff.eo. Moz.in capit. de depos. in fine.


Hucusque vidimus casus aliquos,qui ferè singillatim apponuntur per antiquos legislatores per casus expressos, iuxta methodũ iuris:inferam modo quęstiones aliquas in facti contingentia per varios Doctores excogitatas vtilitati principaliter studendo,illa ordinis subalterni pro nunc subtilitate omissa.



EIVS.



EIVSDEM TRACTATVS PARS SECVNDA.



SVMMARIVM.

1 *Ecclesia non tenetur pro deposito facto apud Prælatum, limitatur tamen nu.2.3.5.& 6. atque sublimitatur, nu.4.*

QVAESTIO I.



1 VAERO ad materiã capitis primi, ext. de depos. † an ecclesia teneatur pro deposito facto apud Prælatum, vel Rectorem si perijt.& vtique non, vt habetur in c.1.de depos.

2 Limitatur † primo, nisi factum sit depositum, & versum in vtilitatẽ ecclesiæ, quo casu ecclesia tenetur, vt ibidẽ habetur. Actori autem incumbit onus probandi depositum esse versum in vtilitatẽ ecclesiæ, vt per Abb. in d.c.1.vers.in glo. 1.Redo.de reb.eccl.q 4.num.9.& per totum discursum. Summa Angelica in vers.depositum.nu.5.

3 Limitatur † secundo ex intentione eiusdem textus, nisi depositum factum sit cum consensu Capituli, & alijs solemnitatibus, quæ requiruntur, vt ecclesiã obligetur, quia tunc dicitur factum ecclesiæ, & tenetur.

4 Sublimita, † secundu m Inno. quòd ecclesia tenetur in quantum

ad

ad eum peruenit de lucro, aliàs secus, & est ratio, quia videtur initum depositum gratia vtriusque, & pro dicto Innoc. facit l. licet. §. fi. ff. de pecul.

5 Limitatur tertio in deposito facto apud Sacristam ad aliquid deputatum, nec ad talem deputationem est necessaria præsentia capituli, sed sufficit, quod semel ad id officium fuerit deputatus, secundum Ioan. And in d. c. 1.

6 Limitatur † quarto in Prælato solito bene administrare bona ecclesiæ, quia hoc casu ecclesia tenetur, & præsumitur versum in eius vtilitatem. Archid. in cano. hoc ius. 10. quæst. 2. Bart. & alij in l. ciuitas. ff si cert. peta. Bald. in auth. hoc ius. C. de sacrosan. eccl. & non expendens tenetur ad vsuras, & interesse etiam sine interpellatione. Ripa respon. 1. de depos. quem videas, quia bene loquitur.

SVMMARIVM.

1 *Depositarius an possit præferre res suas alienis, quando ambas saluare non potest. & quando viliores res suas præponat. nu. 2. & quanta diligentia adhibenda. nu. 4. et quo tempore. nu. 5.*

3 *Gratificationi locus est, vbi quis res duorum in depositum habet, si non potest vtrunque euadere.*

6 *Depositarius asserens perdidisse res depositas si illæ incolumes appareant, in dolo præsumitur, nisi casum fortuitum probauerit. numero 7.*

QVAEST. II.

1 QVAERO, † an depositarius possit præferre res suas alienis, quando ambas saluare non potest, & quod dicitur de deposito, habet locum in hoc casu in commodato, & econtra, prout Doct. omnes in hoc loquuntur. respondetur si res suæ erant viliores, non potest. facit l. quod Nerua. in fin. de depos. si verò erant eiusdem pretiositatis, similiter non potest, si contractus est factus gratia recipientis. facit l. in rebus. post prin. ff. commo. si verò est factus gratia dantis tantum, tunc recipiens etiam res suas viliores præponere potest l. in rebus. §. interdum. vbi no. ff commo. si autem gratia vtriusque, tunc solum potest præponere res suas, si sunt æque pretiosæ: quando autem suæ erant

pretio-

pretiosiores, potest eas præponere rebus commodatis, vel depositis, quamuis contractus sit factus gratia recipientis tãtum, quia quilibet diligens hoc faceret, d.l.in reb. primo responso. glo. & Bart in l.bona fides, ff. depos. Barb. in c.fides, extra de depos. vbi dicit, quod quãdo res meæ erant pretiosiores, vel passurus eram graue damnum, secus si meæ erant viliores. immo dicit ibi Hostiens. quod si probetur quod superueniente incendio, vel alio fortuito casu vtraque res saluari non potuit, non videtur imputandum si solum res suas saluauit, quia prima charitas incipit à seipso, l.præses. C.de seruit. & aqua. laté Sum. Angel. in verbo, commodatum, nu.16 & in verbo, depositum, nu.6.

2 Et sic † patet per modum correlarij; aut quis tenetur de dolo, & potest suas res viliores præponere, qui verò de leui æquales, qui de leuissima pretiosiores solum.

3 Quid † si habet in depositum res duorum? erit locus gratificationi, vt si non potest vtramque euãdere, euadat quam vult. Bart in d.l.bona fides, in fine, facit l.3 §.2.ff.ad Sillan.

4 Secundo loco † infertur, aut sumus in re communi, aut sumus in re aliena. primo casu sufficit adhibere tãtum diligẽtiam, prout in suis tantum, & ita procedat textus in l. hæredes §.non tantum.ff.fam.erciscun. in §.fin. Instit.pro soc. & in Cano. 1. distin.1. vbi quæcunque vultis faciant vobis homines, hæc eadem vos facite illis, l si socius soc.ff.pro soc. secundo casu debet adhibere diligentiam diligentis patrisfamilias, prout in deposito, commodato, & similibus, & ita declarat Bart in l.1.nu.5. ff de solu. vbi notabiliter limitat, nisi factum sit depositum, commodatum, vel locatio arbitrio recipientis, qui excusatur si faciat, prout in suis, in quibus negligens est, dicens hoc admodum notandum.

5 Quod limita verum † si tempore celebrati contractus erat negligens ex his, quæ not. Bald. in l.1. in 1. oppos. C.de his, quæ pœnæ nomi per l.si cum Cornelius, & l.cum quis.ff de solut. Tertio infertur quomodo ex prædictis intelligenda sit l.præses. C.de seruit. de prima charitate.

6 Infertur quarto, † quod depositarius dicens perdidisse res depositas, si appareant illius res incolumes præsumitur in dolo, prout habetur in cap.2. & ibi Abb.nu.2 de depos. Nat. respondit cons.131. per totum. vol.1. Ampliatur vt etiam procedat, quando depositarius restituit valisiam sine signo; nam si deponẽs probet valisiam traditam cum signo, ex eo quod signata non reperitur, præsumitur in dolo, & erit locus iuramẽto deponentis de rebus inclusis, prout superius dixi de in lit. iurã. & tradit Paris. cõs.74.

num.6.11.& 16.vol.1. & hæc est communis opinio. Ias.ad l.in actionibus,nu.41.de in lit.iuran. Cag.ad l.vni.nu.130. C.de senten.quæ pro eo,quod interest. Iul.Clar.in §.furtum,vers.pro complemento.Mascar.de proba.concl.508.nu.1.licet contrarium teneat Alex.in d.l.in actionibus,nu.18.post Bar.in l.1.nu.5.ff.furt.aduer.nau.caupo.stabul.

7 Limita, † si depositarius probauerit casum fortuitum, vel per alias præsumptiones,vel cōiecturas excluserit dolum,puta si imminente incendio,cum non possit depositarius seruare suas,alienas depositas proiecerit,prout late superius dictum fuit.

SVMMARIVM.

1 *An liceat furtim accipere rem depositam.*

QVAEST. III.

1 

Vaero, † an liceat rem apud alium depositam furtim accipere? vtique non. D.Tho.2.2.q.66.art.5.quia grauat depositarium ad restituendum, vel iustificandum se immunem, nisi deponenti repetenti denegasset, quia tunc furtim accipere licebit.Sot.de iust & iu.lib.5.q.3.art.1.in fine.

Vltra quem declaro id esse verum, si nullum illorum quatuor interueniat. Primum quod possit Iudice sententiante rehabere, quia nemo sibi ius dicere debet. Secundum scandalum sui, vel proximi innocentis,cuius custodiæ res erat commendata. Tertium periculum mortis corporalis, vel alterius magnæ læsionis. Quartum periculum mortalis peccati, puta periurij, vel huiusmodi,Sum.Angel.in §.furtum,num.40.dixi in tract.loca.q.13.ad l.eden.par.4.

SVMMARIVM.

1 *Depositarius non habet ius patronatus,nisi in vim sequestri fieret, numero 2.*

QVAEST. IIII.

QVaero, † an depositarius possit præsentare, & habeat ius patronatus? vtique non, ex quo non possidet, l.licet.§.rui.in fi. ff. de-

ff.depos.per quem ita tenet Lamber. de iu.patron.par.2.artic.9. quæst. 4.princip.

2 Limita, †nisi depositum fieret in vim sequestri, quia talis depositarius posset præsentare, cum sequestrum interim possideat, Ioseph.de Ludoui.concl.42.col.26.versi.fallit 4.car.99.

SVMMARIVM.

1 *Depositi requisita, quæ, & quot sint, & nume.seqq.*
4 *Depositum nimis cautelatum reprobatur.*
7 *Depositum dicitur legitimè factum mandato iudicis.*
8 *Locus tutus in materia depositi dicitur arbitrio iudicis.*

QVAEST. V.



VAERO, † quę requirantur, vt depositum sit legitimum, & debitum operetur effectū, multa sunt.

1 Primum, cum debitor optat se ab vsuris liberare, quas creditori necesse habet præstare, si ei soluere differat, sortem offerre, & deponere debet in loco idoneo, si non habet cui soluat, vt in l. acceptam. C. de vsur.

2 Secundo † tempore congruo. Iac. de Nig.in reper. l. si insulam, num. 14. ff.de verbo.oblig. Affl̄ict.decis.150.num. 11. Ias.in l.qui Romæ, num.13.ff.de verb.oblig. Negus.de pig.in quin.membro, 2.par.num 9. Rolan.cons.51.num.9.vol.1.vnde facta de nocte, in peregrinatione, in mari, non valet, Corbel.de iu.emphit. lim.37.

3 Tertio † parte citata. Quarto pecuniæ verè, & realiter deponi debent. Quinto purè, & liberè, hoc est sine aliqua conditione, vel inuolutione reseruationum.

4 Declara, † nisi esset conditio implenda per recipientem. Alex. cons.26.col.fi.lib.6. Franc. Curt.cons.39.col.3. Et depositum nimis cautelatum reprobatur. Mago.Rot. Luc.31.nu. 19 decis.Genu.144.nume. 15.vbi bene loquitur in deposito puro, & libero.

Et depositum conditionale respiciens conditionem extrinsecam nihil operatur Alex.cons.78.nu.29.lib.5. Curt.sen. cons.39. ante num.8. Grat. cons.93 num 75.lib. 1. Neuiz.cons.39.num.4. Rot.Rom.nouis.decis.71.nu.9.par.2. Ita Doct. in d.l.acceptam. clare Ias. cons.9.num.15.lib.1.& cons. 172.lib.2.

5 Sexto † deponi debent pecuniæ numeratæ; nec enim suffice-

ret si bona alia deponerent, vel illa in solutum cederent. Rom. cons. 163. constitutio. Ias. cons. 44. in fine, lib. 1

Septimo deponi debent pecuniæ, quæ eo tempore currerent. Neuiz. cons. 88. numer 14. latè Bursa. cons. 112. nu. 13. & 14. vol. 1.

Octauo non debent deponi pecuniæ, quæ, statim reprobabuntur. Neuiz. cons. 49. num. 16. & 17. Dec. cons 668 Tiraquel de retract. lignaier. §. 1. glo. 20. num. 11. Vasq. de succe. crea. lib. 2. §. 17. requis. 24. sub num. 66.

6 Nono † requiritur, vt integra summa deponatur. Rui. cons. 119. num. 10. vers. non. obstat, vol. 2. & ita tenuit Rota in vna Bononiensi locationis, vt per Caputaquen. decis. 268. par. 2. Ita docet post alios, Rip. in l. quod te, num. 22. ff. si cer. peta. & ibi Plau. libr. 3 num. 81. ita vt si vnus nummus deficeret, non releuaret. Cæpol. cons. 46. col. 2. versi. præterea etiam, Ias. in l. sancimus, in 8. amplia. C. de iud. & in authen. qui rem. col. 5. C. de Sacrosan. Eccle. Declara hoc non procedere, si per errorem id factum fuisset. Tiraquel. de retract. conuen. glos. 6. § 4. num. 23.

7 Declara † secundo non procedere, quoad pœnæ excusationem. Foller. in pract. cens. in verb. instr. gratiæ, sub num. 49. Addo vltra Menoch. in citato loco, quod depositum dicetur legitime factũ mandato Iudicis, vel penes mercatorem communi opinione fidẽ habentẽ, vel apud ędem sacrã Ang. in l. si à bonęfidei, ff. de rei vend. Alex. in l. si soluturus. ff. de solu. vbi excusat tutores ita deponentes.

8 Locus † autem tutus dicitur arbitrio iudicis, vt latè post alios Tiraquel de retract. conuen. §. 4 glo. 7. nu. 2. monens iudices, vt pro posse abstineant in recipiendo depositum, ne aliquam de se suspicionem causent. Iac. Meno. de arb. Iud. lib. 2. cent. 3. cas. 231. Pariter pecunia deposita in marsupio, non releuat, nec facta die Dominico, vel simili die festiuo. Ioseph. de Lud. decis. Peru. 106. par. 2. Ias in l. Titiæ textores. num. 8. de leg. 1.

9 Decimo † debet esse cum omnibus accessionibus, & pensionibus. glo. in l. 2. C. de vsur. Alex. cons. 75. num. 8. lib. 7. Crauet. consi. 106. Fel. singul. 31. littera. D. etiam cum augmento monetæ. Lup. ad l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. §. 4. num. 104. Hieron. Gabr. cons. 56. num. 6. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Fructus ad quem pertinent in venditione pacti de retrovendendo. & nume. seqq.*

QVAEST.

QVAEST. VI.

1 VENDITVS † est fundus cum pacto de retrouendendo, venditor fructibus iam maturis nondum recollectis offert, immo & deponit pretium, cuiusnam debent esse fructus? plures fuerunt opiniones. 1

2 Prima † fuit opinio gl. in l. 2. in gl. fi. C. de pact. inter empt. & vend. quod absolute facto deposito sint venditoris, licet appareat depositum callide factum, iminēte fructuum recollecta ipsis iam maturis, & hanc opinionem sequutus est Alex. in l. qui Romæ, in princ. nu. 9. ff. de verb. oblig. Bero. q. famil. 98.

3 Secunda † fuit opinio Cumæ. ad d. l. qui Romæ, vt pro rata anni fiat diuisio fructuum, iuxta l. diuortio, & l. de diuisione, ff. solu. matr. l. vnica, §. sed & nouissimi anni, vbi glo. in verbo, emptoris, C. de rei vxor. act. repetit hoc idem Cu. in l. fi. ff. de iu. fisci, quem sequuntur Bononienses, & Taurinenses in d. l. 2. & hanc opinionem dixit æquiorem, Iaso. in d. l. qui Romæ, in fine verbis.

4 Tertia † postmodum fuit opinio Zoannet. ad d. l. 2. nu. 137. C. de pact. inter empt. & vend. vt seruetur æqualitas in tempore, & illius ratio habeatur, vt emptore reclamante in eo tempore, puta mense, admittatur oblatio, & depositū virtute pacti de retrouendendo, quo fuit facta venditio, & initū pactū, vt ibi late per eum.

5 Et opinio † secundo loco relata tutior videtur, prout in simili tetigi in tit. de locato, & cond. si pendente locatione res vendatur. Et ratio, qua tanquam vrgente mouetur Alex. contra Cuma. procedere vř in fructibus recollectis, nō autem in pendentibus.

Stante igitur pacto de retrouēdēdo fiat vel oblatio, vel actuale depositum: tunc aut emptor iam per ante perceperat fructus, & illos fecit suos: aut tempore oblationis, vel depositi nondum perceperat, & fit diuisio pro rata temporis, iuxta l. diuortio, ff. soluto matrimonio.

SVMMARIVM.

1 *Vsufructuario, an satis sit offerre cautionem.*
2 *Oblatio verbalis sufficit in iudicio, siue ex parte rei, siue actoris, maxime ad pœnæ euitationem.*
3 *Fideiussorem verbaliter offerre sufficit, modo se offerat incontinenti ducturum.*

QVAEST. VII.

1 QVAERO † vnum satis notabili in materia mulieris vsufructuariæ, an sufficiat offerre, maxime in iudicio cautionem, vel requiratur realis oblatio, quod nominentur, & realiter adducantur in iudicio, vt ferè, vt ita dicam, depositū sapiat. Et Ant. Gabr. longam ponit in materia regulam, libro 5. conclus. 1. nec vidi hoc in specie tactum.

2 Dubium facit, † quia in iudicio sola oblatio verbalis sufficit siue ex parte actoris, siue rei, maxime ad euitationem pœnæ, vsuræ, vel distractionis pignorum. l. si rem. §. fi. ff. de pigno. act. l. acceptam. cum ibi no. C. de vsu. l. si residuum, C. de distrac. pigno. l. obsignare. cum ibi no. C. de sol. & maxime vbi pars non se opponit tali oblationi verbali, reddendo verba pro verbis, iuxta no. per Bar. in l. fin. ff. de distrac. pigno. facit ad hoc propositum doctrina Bart. ad Ang. cōfirmata in l. de pupillo. §. si is. ff. de no. ope. nun. quod quando in iudicio offertur cautio in præsentia partis, non requiritur quod recipiatur realiter notario stipulante, ex quo pars non acceptat expresse.

In contrarium facit, quod voluit Bar. in l. si quis prætor ait. §. si quis paratus. de no. ope. nun. vbi tenet quod ille, qui tenetur dare fideiussores, debet nominare, & secum realiter ducere.

Bene verum est, secundum Imo. in l. si dubitetur. ff. de fideiuss.

3 † quod sufficit verbaliter offerre fideiussorem, dumtamen se offerat incontinenti ducturum, quia iste actus non potest vnico momento expediri, sequitur in terminis Franc. Marc. decis. Delphin. 878. par. 1.

SVMMARIVM.

1 *Speciale, an sufficiat in deposito.*

QVAEST. VIII.

1 QVAERO, † an in materia depositi sufficiat dicere speciale est. glo. in l. si plures. §. fi. ff. depos. tenuit, quod sic, ex multis priuilegijs, quæ habet. Contrarium est verius. Ripa in l. quod te. nu. 30. ff. si cer. pet. dixi ad materiam l. si quis. C. depos. quæst. 1.

SVMMARIVM.

1 *Depositarius morosus, quibus afficiatur.*

QVAEST. IX.

1 QVAERO, † quibus afficiatur depositarius morosus. Respondetur, quòd in multis acriter afficitur, & est grauior mora depositarij, namque depositarius propter moram efficitur infamis, l. 1. §. furti. ff. de his, qui no. infam. item contra eum iuratur in litem, vt superius videmus, & tenetur de interitu ante moram, propter alienationem, dato quod illam redemerit. l. 1. §. si rem. ff. depos. secus in venditore, & similibus. l. venditor ex hæreditate. ff. de hæred. vel actio. vend. & contra depositarium morosum agitur executione, non obstante exceptione compensationis. l. fi. C. de compen. l. fi. C. depos. de quibus suo loco vidimus.

SVMMARIVM.

1 *Deponens tenetur actione noxali, non depositarius.*

QVAEST. X.

1 QVAERO, † quis teneatur actione noxali? vtique deponens, qui habet in potestate, non depositarius. l. si seruus communis. ff. de nox. act.

SVMMARIVM.

1 *Depositarius excusatur propter difficultatem.*

QVAEST. XI.

1 QVAERO, † an difficultas excusat deponentem à pœna, adhibita per eum omni diligentia. & videbatur quod sic, quia excusat a mora, iuxta nota. in l. quod te. ff. si cer. peta. Contrarium est verius, vt no. Ias. per illum tex. in l. nummis. num. 6. ff. de in lit. iuran.

SVMMARIVM.

1 *Depositi effectus, quot sint & num. 5. & seqq.*
2 *Pecuniam fuisse depositam in marsupio, nulla prius apparente numeratione, an sufficiat & num. 3. & 4.*

QVAEST. XII.

1 QVAERO, † qui effectus ex deposito resultent. Respõdetur, quod plures sunt, qui passim per discursum apparebunt, aliquos tamen recensebo. Vnus est; quod obuiat pacto l. cõmissoriæ, prout ibi expresse habetur in l. fin. ff de l. cõmissor. & in eo contextu tria principaliter concurrunt, s. oblatio, depositũ, & protestatio, siue inhibitio auctoritate Iudicis, & singularis est, secundũ Ro. in cons. 6. Salic. in l. fi. in fi. C. de tẽpo. appella. Fra. in c. fi. col. pen. de appella. lib. 6. Alex. cons. 95. col. penul. vers. sup. est respondere lib. 2. Feli. in c. fi. col. fi. de cau. pos. & pprieta. Ias. in l. nõ. solũ. §. morte. nu. 29. ff. de no. ope. nun. Nat. cõs. 348. quod oẽs idẽ inferunt in notificatione sententiæ auctoritate Iudicis. Lancel. de attenta. par. 2. c. 12. de attẽta. appel. pẽden. limi. 50. nu. 160. dixi in trac. de loc. & cõduc. par. 2. ad materiã l. 2. de iure emphi.

2 Sed † nunquid sufficiet pecuniam fuisse depositam in marsupio, vel bursa, nulla apparente prius numeratione?

Videbatur quod sic, prout innuit tex. in alleg. l. fin. ff. de l. commissor. ad id. l. in l. 3. § si plusquam. ibi, viginti numerauit, siue in sacculo deserit. ff. de statu liber. quem textum dixit ad hoc notabilem, Aret. in l. mora. col. 4. vers. item vide. fi. fol. mat. & ita per prædicta iura tenuit glo. in §. illud quoque. in vers. contestatur. in Authen. vt exact. instan. dot. quam ibi Bart. sequitur, & in l. acceptam paulo ante finem. C. de vsur. & ibi quoque Ang. in fi. Bal. & Inno. in l. si seruus. ff de vulg. & in rub. C. de fi. instr. pen. col. 4. versi. iuxta hoc quæritur, vbi alleg. no. in l. si ex pretio. C. si cer. pet. idẽ Bald. cons. 247. paulo ante finem. lib. 1. Rom. cons. 101. col. 1. vers. quoad secundum, &c.

3 Contrarium † verius videtur si agatur de præiudicio emptoris, vel similium personarum, quæ non excusantur, nisi realis præcedat numeratio, & ita tenuit Bar. in l. cum seruus. vbi bonus tex.

de hoc

de hoc in ver. vtique, ff. de condit. & demonstr. Castren. in l. acceptam. colum. 2. C. de vsu. Bald. in d. l. si seruus, Roman. consil. 351. quæritur, colum. 1 Papien. in forma libel. in causa venditionis. in ver. suprascriptum pretium. in fine. & in for. libel. quo agitur ad pœnam ex compromisso. in ver. legitime obtulit. Io. Pla. in l. 1. colum. 2. versic. nunquid autem. C. de suscep. lib. 11. Aret. in §. fin. colum. 2. Instit. quibus mod. tol. oblig. Ias. in l. Titiæ textores, col. 2. vers. tertio adde. ff. de lega. 1. & latè consi 173. col. 1. lib. 2. Ripa in l. si insulam, col. 15. nu. 68. Bertrand. consil. 97. col. 1. lib. 2. Ias. in l. cum res, nu. 4. ff. de legat. 1.

4 Ampliatur † hæc opinio verior, & magis recepta, vt etiam in contrarium consuetudo non valeat. Bald. in l. si ex cautione, colum. 3. quæst. 7. C. de fide instrum. & consil. 455. colum. 2. versic. illud non omittendum, lib. 1. quod dictum singulare reputauit Castren. cons. 120. colum. fin. lib. 1. Tiraq. de retrac. conuen. §. 4. glo. 6. nu. 19. in fine.

5 Secundus † effectus est in l. tutor pro pupillo, §. fin. ff. de administrat. tuto. vbi tutori non currunt amplius vsuræ ex ratione finita administrat. si pecunias deponit, vbi glo. distinguit, aut iam vsuræ inceperunt currere, vel non. Primo casu depositum nihil operatur, altero sic.

6 Tertius † effectus est in materia appellationis prosequendæ ex forma statutorum vrbis, de quo per Pet. in prac. lib. 5. c. 5.

7 Quartus † effectus est ad effectum ne currat census a die depositi, vt latè deducit Foller. in prac. census. in ver. instru. gratiæ pro cen. pretio. nu. 49.

8 Quintus † effectus est periculum, & risicum: nam si emptor absque legitima causa recusat recipere depositum, & in casu suo facere retrouenditionem, si isto interim depositum pereat, erit periculo emptoris, secus si ex iusta causa recusaret. Bart. in l. creditor oblatam, ff. de solut. in l. 1. C. de suscep. & arc. lib. 10. & in l. acceptam. C. de vsur.

Declara in deposito legitime facto. Cast. in l. qui Romę. in principio, ff. de verb. oblig. de qua latè dixi suo loco. alij effectus apparebunt Deo dante per discursum.

SVMMARIVM.

1 *Mulier, rusticus, & miles, an restituantur aduersus depositum.*

QVAE-

QVAEST. XIII.

1 QVAERO, † si minor, mulier, vel rusticus fecerint minus legitime depositum, an restituantur aduersus eum. Dominus Sfortia in tract. restitutionis in integrum, incidenter per modum illationis tenet quod sic, & in facti contingentia cõsuluisse, vt per eum, par. 2. q. 89. artic. 1. num. 14. Ias. autem in l. 2. col. 55. C. de iure emphit. tenet quod non, quia hi non restituuntur, nisi in casibus à iure expressis, l. pen. ff. de iur. & fac. ignorantia, not. Alber. in l. fin. ff. de cond. sine cau. glo. in §. fin. 2. q. 4. scribentes in l. iuris ignorantia, C qui admitti. & ita etiam tenuit Tiraquel. de retract. conuen. §. 4. glo. 7. nu. 13.

Dominus Iacobus Menochius in suis arbitrarijs quæstionibus enumerat multos casus affirmatiuos, & negatiuos, lib. 2. centu. 2. casu 194. nec de hoc aliquid tangit.

Ego crederem in hoc, & similibus casibus restitutionem concedi, quia res de facili redit ad primæuam naturam. l. 2. §. pactus ne peteret, vbi glo. ff de pac. glo. not. in c. ab exordio. 35. dist. quæ docet nemini iniuriam fieri, vt quis ad pristinum statum restituatur. Feli. in c. cum accessissent. de constit. nec videtur absolute verum, quod rustico non subueniatur, nisi in casibus à iure expressis; nam videtur tex. in contrarium in l diuus. de resti. in integrũ. Mauri. de in integ. restit. c. 345. vbi restitutionis auxilium conceditur, non solum in casibus à iure expressis, sed etiam vbicunque æquitas suadet. Foller. in pract. cens. in ver. instrumentum gratiæ, sub nu. 53 Ioseph. Ro. Luca. 8. num. 6. vbi & moram purgare. & considera in hoc duos casus. Primus est in repetitione depositi, & minori datur actio depositi, prout alijs, nisi ex aliqua particulari conuentione læsus restitueretur. Secundus casus est in deposito penes minorem facto, & tunc datur restitutio, vt possit ad libitum restituere, vel si consumpsit. Redo. de rebus Eccles. q. 4. Sfor. de restit. q. 53. artic. 1.

SVMMARIVM.

1 *L. fin. ff. de rei vend. an procedat in deposito. & nu. 2.*
3 *Conditio iniqua alteri per alterum non infertur.*
4 *Conditio iniqua detentiori duntaxat, non vero domino infertur, & alteri applicatur, & quomodo in deposito applicetur, nu. 5. 6. & 7.*

QVAE-

QVAEST. XIIII.

1 
VARRO, † an dispositio l. fi. ff. de rei vend. procedat, & habeat locum contra depositarium. & Gui. Pap. cons. 3 nu. 4 tenere videtur, quod non, asserens quod dispositio l. fin. procedat in possidente, prout depositarius, & sequitur simpliciter Anto. Gab. de acq. possess. concl. 5. nu. 14.

2 Contrarium † verius videtur, prout alias tenui in trac. loca. & conduc. ea ratione, quia rei vendicatio non solum datur ratione possessionis, sed etiam detentationis, l. officium vbi glo. in verbo posse. ff. de rei vend. Bar. & Bal. in l. 2. C. vbi in rem actio. ex nota. in l. naturaliter. §. nihil commune ff. de acq pos.

3 Sed dices: † nam si transferatur a detentore in actorem illa detentio, hoc erit in præiudicium tertij, & sic veri domini, quod esse non debet, quia alteri per alterum iniqua conditio non infertur, regu. non debet.

4 Sed responderi posset, † quod nulla iniqua conditio infertur vero domino, sed detentori dumtaxat, qui sua detentione priuatur, & actori applicatur, nec pro longiori tempore, vt dicit Bal. in l. 2. col. 3. nu. 13. C. vbi in rem actio, & ibi Castr. col. 2. in fine.

5 Sed † quomodo hoc applicabimus in materia depositi. finge electum depositarium satis legalem, & approbatum, quoad facultates ita, vt deponens satis sit contentus de eo si conueniatur ab aliquo forte minus facultatibus idoneo, & negat, si ex negatione, & mendacio mutatur persona depositarij, nonne deponenti iniqua conditio infertur?

6 † Ampliatur autem Bal. opinio si eam tenere velimus, vt procedat, & locum habeat non solum, si iste detentor negauerit se possidere, seu detinere, sed verum dominum in iudicio interrogatũ non nominauerit, quo casu etiã sua detentatione priuatur, Spec. in tit. de decret. 1. §. restat, vbi ampliat, si dixerit, se suo nomine possidere, cum alieno possideret.

7 † Ampliatur secundo etiam si iste detentor dixisset, se possidere nomine alieno, cum suo possideret. Aret in §. omnium. col. 6. versi. quid econtra, Inst. de act. Marsil. sing. 142. Ro. cons. 78. col. 3.

SVMMARIVM.

1 *Emphiteutæ, an sufficiat oblatio, vel requiratur depositum, & consignatio. & num. 2. 13. & 14.*

Obtu-

QVAEST. XV.

1 QVAERO † in materia emphiteotica ad l. 2. C. de iu. emphi. an sufficiat oblatio, vel requiratur depositum, & consignatio. In hac quæstione considerandi sunt duo casus principales. primus est, ad euitandam pœnam caducitatis, & isto casu non requiritur depositum, sed sufficit oblatio, dummodo realis sit. glo. in l. 2. in verbo, secundum legem. C. de iu. emphi. cum qua est communis opinio, vt ibidem attestatur Sal. nu. 137. Ias. nu. 182. Spec. in tit. de loc. §. nunc aliqua, q. 34. nu 45 Soc. cons. 118 in fine. vol. 4. Nat. cons. 3. nu. 4. Bero consi 126. num. 19. vol. 1. post Alex. consi. 120. col. 4. vol. 2. Barba. cons. 86 vol. 3. id autem, quod de reali oblatione dictum est, non habet locum, nec est necessaria, domino recusante, quo casu sufficit verbalis. Bal. in l. vnica. nu. 4. C. ne in vna eademq; causa. Castr. in l. qui Romæ. in princ. vbi Alex. nu. 2. ff. de verb. obl. & in l. si seruus. versic. puto sic concludendum. ff. de vulg. & pupil. late Tiraquel. de retract. conuent. §. 4. glo 6. nu. 21. Addo Soc. consi. 199. nu. 3. vol. 1. & hæc est communis opinio, vt per Ruin. consi. 113. vol. 1. Rolan. consi. 53. nu. 26 & 37. vol. 1.

2 Declaratur secundo, † vt talis oblatio habeat suas debitas conditiones requisitas, & qualitates, vt sit de integra summa, pecunia currente, & debito modo, & tempore, vt superius vidimus, quæst. 4.

3 Ex quibus † correlarie infertur ad duo. primum est, quod omnes leges, quæ dicunt debitorem debere esse paratum soluere, debent intelligi, quod debitor ire debet, cum denarijs in manu, alias non dicitur obtulisse nisi in casu l. penult. ff. de rescin. vend. Bar. in l. prætor. § si quis paratus. ff. de no. ope. nunc. late Ias. in l.

si ita

si ita quis. §. Seia cauit. nu. 17. ff. de verbor. oblig. Alexan. in l. si insulam, nu 6. vbi Iac. de Nigris, nu. 46. ff. de verb. oblig. Rolan. consil. 53. nu. 34. volum. 1.

4 Secundum est, † quod verbalis oblatio sufficit creditore recusante recipere. Bal. in l. 1. colum. 1. in fine. C. ne liceat tertio pro-
* uocare, & hæc est magis communis opinio. Rui. cons. 113. col. 1.
* vol. 1. late de magis communi multos cumulans, Ant. Gabr. de solut. conclus. 8.

5 Addo † Cor. qui hoc pro singulari valde commendat, in memorialib. in verbo, oblatio. Roland. cons. 53. num. 26. & 37. vol. 1. Iul. Clar. sicco tamen pede, in §. emphiteosis. q. 8. vers. pone. Vini.
* de magis communi. lib. 1. opin. 130. Eman Soar. in suo Thesauro littera O, num. 2. Corbul. de iure emphit. limit. 37. nu. 4. in fine.

6 Limita, † si creditor expresse dicat, quod nolebat recipere, secus si tacuit, vnde taciturnitas isto casu nō operatur recusationē. Alex. in l. si seruus. prope finē, de vulg. & pup. Cassan. cōs. 41. col. 1.

7 Contrarium † in tacente sentit Alex. ad d. l. si seruus. Tiraquel. eum referens de retract. conuen. § 4. glo. 6. nu. 21.

8 Limita † secundo in oblatione conditionali, quæ in aliquo nō releuat, prout dixi superius, q. 4. tradit Grat. cons. 93 col. fi. vol. 1.

9 Limita † tertio in habente iustam causam recusandi. Grat. in citato loco. Ant. Gabr. d. conclus. 8. nu. 3.

10 Et multo † magis verbalis obligatio sufficit, si creditor dicat, quandocunque offeras ego nolo recipere, Seisellus ad l. si mora. colum. 3. ff. soluto matrim. Cassan. in d. cons. 41.

Et vltra Anton Gabr. dicitur quod verbalis oblatio sufficit ad effectum retardandi venditionem pignoris per creditorem factam. glo. Bart. & alij in l. penult. ff. de distr. pign. in l. si residuum. C. eodem tit. Alex. ad l. si mora. colum. 2. ff. solu. matrim. Ang. in l. cum dominam, in fine. C. de pig. Corn. cons. 230. vol. 1. reputat singulare Marsil. sing. 468. Franc. Caldas Lusitanus ad l. si curatorem habens, in verbo, sua facilitate, nu. 97.

* Addo quod hæc est communis opinio. Viuius lib. 1. opin. 230. Eman. in suo Thesauro littera O, num. 2.

11 Declarat † autem Ang. in l. 1. in fine. C. de pact. pig. vt procedat iure retētionis, si debitor possideat, secus si creditor, vel emptor.

12 Quæ † declaratio, ni fallor, videtur contra textum in d. l. si residuum, & in l. si priusquam, eod. tit. & in l. fundus, & l. pactū vulgare. C. de pign. act. & ratio videtur, quia omnia hæc pacta sunt accessoria obligationis principalis, & ad eius securitatem: ergo sicut oblatio debiti, vel compensatio impedit, & elidit obliga-

tionem

tionem principalem, ita & eorum effectum Bald. in d.l. pactum vulgare. Negus. de pig. 4. par. colum. 1.

23 Secundus † casus principalis est, in hac quæstione proposita, ad consequendam plenariam liberationem, & illo casu oblatio non sufficit, sed requiritur consignatio, & depositum, & hæc est * communis opinio. Ias. ad l. 2. nu. 182. C. de iure emphit. Iul. Clar. in §. emphiteosis. q. 8 ver. pone. Viuius lib. 1. opin. 231.

24 Contraria † tamen opinio videtur æquior, & magis communis, * quam tenuit Ias. in d. nu. 182. Socin. cons. 115. in fine, lib. 4. * Emian de magis communi in verbo, oblatio, nu 3. & notandum est, quod oportet, quod talis oblatio sit facta per emphiteotam singulo biennio, vel triennio, prout est emphiteota Ecclesiæ, vel priuati, vt declarat Ruin. consil. 167 nu. 11. volum. 1.

25 Et per Spec. in tit. de loc. § nunc aliqua. q. 44. † dum concludit, quod si emphiteota cessauerit soluere longissimo tempore, licet dominus in prima cessatione expellere noluerit, tamen ex secunda, vel tertia, vel alia vlteriori poterit expelli, quia hæc pœna pluries committi potest. l. si sic. ff. de verb. oblig. & augetur ex pluries cessatione, argumento l. 1. C. si infra certa tempora, & c. cum haberet. de eo, qui duxit vxorem, quam polluit per adulterium, nisi appareat de tribus vltimis oblationibus, de quibus in præteritum præsumitur, vt dixi in tract. locati, & conducti.

26 Id autem, † quod proxime dictum est, quod oblatio etiam verbalis excusat a pœna caducitatis, ampliatur esse verum etiam si non fuerit facta congruo loco, & tempore, & de sola parte debiti, ita tenuit Rota in vna Bononiensi locationis, vt per Caputaquens. decis. 27. par. 2. per l. si pro se. C. de vsu. licet alias contrarium sentiat decis. 300. nu. 3. par. 1.

27 Quando † igitur fiunt tales oblationes verbales, bona est cautela, vt creditor dicat, ego sum paratus recipere, vel melius dicat sic: da mihi nunc, iuxta notabile dictū Bar. in l. qui solidū, in prin. ff. de lega. 2. quod pro singulari cōmēdat Aret. in l. qui Romæ, in 1. notab. ff. de verb. obl. Ias. in l. 2. col. 63. C. de iure emphit. & est approbatum per Alex. in l. si mora, col. 5. ff. sol. matr. Ias. in l. quidā æstimauerunt, in 2. notab. ff. si cer. pet. Cor. in verbo oblatio, post Alex. cons. 16. col. 9. vers. non obstat, lib. 3. & cons. 39. col. 1. lib. 5.

28 Sed nunquid audietur tertius deponens ad fauorem emphiteotæ? vtique sic, si agatur de conseruatione iuris realis, & domini directi consensu, & voluntate accedente, alias eo inuito non posset. Bal. in l. acceptam, col. fin. q. 25. C. de vsur. vbi Salic. in fine vltimæ quæstionis. Ias. in l. 1. q. 27. num. 71. C. de iure emphiteo.

Redo-

Redo. de rebus Eccles. non alienan. q. 19. c. 3. nu. 7. car. 440. secundum primam impressionem. Ripa in l. conuētio, nu. 12. ff. de pig. Nat. cons. 104. nu. 8. late Tiraquel. de retrac. signaier. §. 1. glo. 9. nu. 262. Corbol. de iu. emphiteo. limita. 8.

19 Ex † quibus correlarie habetur limitatio ad l. soluendo. ff. de nego. gest. vt procedat in conseruatione iuris realis, & agatur ad solam liberationem consequendam, secus si vltra hoc fiat ad recognitionem aliquam, prout in casu emphiteotico, quo casu tertius non poterit sine legitimo, & speciali ad id mandato, prout ex superius allegatis colligitur.

SVMMARIVM.

1 *Actor cogitur partem debiti confessatam recipere, & requiritur depositum, et num. 2. et 3.*

QVAEST. XVI.

1 CERTISSIMA, & recepta est propositio, † quod actor cogitur recipere partem debiti cōfessatam ex l. promittendum. ff. si pars heredita. petatur, & est communis opinio attestata per Ias. ad l. quidam æstimauerūt, in 2. notab. ff. si cer. pet. sed nunquid sufficiet sola confessio, sed requiratur depositum Ias. in d. l. quidam æstimauerunt, tenet quod depositum nō requiratur, sed sola oblatio sufficiat, per textum in d. l. in verbo offertur. secundo quia verbalis oblatio facta in iudicio, ita inducit liberationem, sicut depositio, & consignatio extra iudicium, vt not. Bar. in l. si rem. §. fin. per illum textum, in vltimo notab. ff. de pignora. actio.

2 Contrarium † tenet glo. notabilis in l. si debitor offerret. ff. de solu. vbi hoc expresse not. Bar. sequitur Cuma. in l. interdum. §. fin. ff. de verborum obligationibus.

3 Hæc † igitur in proposito requiruntur, confessio, oblatio, & depositio ex parte rei confitentis, & acceptatio ex parte actoris, de qua verbali oblatione suo loco dicemus.

SVMMARIVM.

1 *Depositum, an morte soluatur.*

QVAE-

QVAEST. XVII.

1 QVAERO, † an depositum morte soluatur? & vtique sic. vnde successor depositarij non est successor earum rerum, quas defunctus habuit nomine depositi, l.fin.C.de edic.di.Adria.tollen.Bal.in l.1.C.si de momen. posses. Doct.in l.bona fides.ff.depos.Tiraq. in tract.le mort Saisit.in 4.declaratio.nu.1.& sequen.si tamen fuerit res vendita, tenetur hæres ad pretium,& liberatur,l.1.§.fi.& ibi Castren. not. ff.depos.Doct.in l.mater.C.de rei ven.in l.si cum seruum.ff.si cer.pet.Sebast.Medi. mors omnia soluit,conclusio.22.

SVMMARIVM.

1 *L.fi.C.de edic.di.Adria.tol.an competat pro rebus depositis, & nu.2. & quid in coloni harede.nu.3.& stante statuto, le mort Saisit. nu.4. Et an aduersus tertium,num.5.*

QVAEST. XVIII.

1 SED connectendo prædictis quæritur, † an remedium l.fin. C.de edic.diu.Adria.tollen. competat hæredi pro rebus apud defunctum depositis, vel commodatis? Et quidem videbatur dicendum quod non; non enim potest hæres petere se immitti in possessionem illius rei, quam defunctus non possedit ex remedio d.l.vltimæ, cum possessio rei depositæ apud deponentem maneat, l.licet.§ rei depositæ.ff.depos. & §.possidere.Instit.de interdic.& hanc opinionem tenuit Bal.in l.1.columna 2.versic.quæro, an sit vera, in fine illius l.C.si de momen.posses.per l.bona fides.ff.depos.quæ quantum faciat, cæteri videant.

2 Contrarium † tenet gl.in l.fi.in vers.fuerit. C de edic.di.Adri.tollen.quam sequuti sunt Salic.col.5.vers.nunc videamus. & clarius Cast.num.12.Alex num.22. Ias.num. 23. alios recenset Zuccar.num.355.Ang.in §.quadrupli.col.12.Insti.de act.Alex.consi.24.col.1.lib.3.Rui.cons.107.lib 1.Papien.in for.libelli,quo petatur hæred.ex testamento. in ver.possidere.nu.3. Iaco.Menoc.in 4 remed.retinen.posses.nu.368.& hæc est verior,& magis commu-

** mun.opin.Por.consi.1.nu.18.Rolan.consi.2. num.30.volum.3.

3 Ampliatur † idem esse in coloni hærede, & alterius cuiuscunq; detentoris, vt dixi in tract.loc.par.5.remed.36.

4 Ampliatur † secundo idem esse, stante statuto le mort Saisit, vt late deducit Tiraq.in eo.trac.par.3.decl.4 nu.3.

5 Limitatur † hæc concl.& commu.opi.vt vera sit,& habeat locum aduersus tertium, secus aduersus dominum deponentem, & ita conciliando opin.tenet Tiraq.in cit.loco num.5. cum seq. ad tex.in l bona fides,responde,vt per Menoc. de recup.pos.remed.1.nu.119.

S V M M A R I V M.

1 *Interdictum quorum bonorum, an competat pro commodato, vel deposito.*

Q V AE S T. XIX.

1 QVAERO iuxta prædicta, † an pro rebus commodatis, vel depositis competat interdictum quorũ bonorum? & vtique sic.& non tantum. ff.de peti. hæred.Ias.in præiud.feu.nu.4.in fin.& in § actionum.num.253.Rapien. in.for.libel.pro hæred.ab intest.glo.1.nu.8.Alex.consi.73.nu 4.lib.5. Curt. iun.consi 30.nu 11.Rolan.consi.44.nu.4.lib.1.Achil.Perso.de interdic.quorum bonorum,num.710.Addo Pet.de Bellaper.& ibi Ci q.3 Bar.col.fi.vers.item differunt.Sali.col.vlt vers.item differunt,in l.1.C.quorum bonorum.Tiraq. le mort Saisit. par.3. declar.4.num.7.

S V M M A R I V M.

1 *Depositarius soluens actori minus legitimo, an sit liberatus.*

Q V AE S T. XX.

1 DEpositarius † soluens tutori minus legitimo, an sit liberatus,vt a pupillis molestari non possit? vtique sic.Afflic.decis.147.& dixi late superius suo loco.

SVMMARIVM.

1 *Depositarius dicens fructus consumptos sine culpa, quid probare debeat.*

QVAEST. XXI.

1 QVaero, † quid probare debet depositarius, qui dicit fructus consumptos absque eius culpa? vtique tenuisse per tres annos, nec in proprium vsum conuertisse. Ias. in l. diuortio. §. interdum nu. 12. ff. sol. mat. commendat Borgni. de tuto. nu. 239. vbi nec etiam depositarius tenetur de casu, si pari modo apud deponentem occurrisset.

SVMMARIVM.

1 *Depositario mortuo, an iterum sit deponendum, & nu. 2. & 3.*
4 *Deponentis intentione vbi non est satisfactum, actus reiterandus est.*
5 *Satisdans semel & fideiussor non soluendo factus est, iterum nō satisdat.*
6 *Depositarius quando iterum deponere non cogatur, & nu. 7.*
8 *Fideiussum vbi semel est, quando iterum fideiubendum.*
9 *Satisdatum non dicitur, nisi satisdatum praesumeretur. distinguitur tamen, nu. 10. & 11.*

QVAEST. XXII.

1 PVlcra, ni fallor, est quaestio; † partes fecerunt compromissum & apposuerunt pactum, quod quaelibet earum deberet depositare, puta ducatos centum, qui deberent permanere, vt in eis laudum exequi possit, demum vnusquisque deposuit penes diuersos nummularios, & bancarios, iuxta dictum pactum. & lato laudo cum condemnatione vnius dictorum bancariorum, qui confessus fuit habere ducatos centum a parte condemnata, sed depositarius interim decessit, nunquid illa pars teneatur iterum deponere, vt tandem laudum habeat suum vltimum finem?

Et primo videbatur dicendum, quod iterum sit faciendum depositum, ex quo depositum per antea factum nullum produxit effectum, & sic iterandum videtur. l. qui per salutem. ff. de iureiuran.

tan. & ibi no. Bar. quod iuramentum, quod prima vice ex aliquo respectu non poterit sortiri effectum suũ, quod reiterandum est.
2 Ad idem † tex. consimilis, & ibi no. Castr. in l. hæc conditio filiæ meæ ff. de cond. & demon. in l. si is qui hęres. ff. de acq. hęred. cum m[illegible]ltis sequentibus similibus.
3 Cum igitur primum depositum ex depositarij superuenientis inopia suum effectum sortiri non potuerit, & defecerit in ipsomet actu executionis laudi, meritò iterum videtur deponẽdum, ne laudum reddatur elusum.
4 Secundo † pro hac parte facit, vt quotiens non est satisfactum intentioni deponentis actus est reiterandus ex eo, quod scribit Bal. in l. fideicommissa. §. si cui decem. ff. de verb. oblig. quod statutum de compromissis intelligitur, vt iterum compromittatur, si non sit satisfactum statuto per primum compromissum. sequitur post Bal. ibidem. in l. venti §. hæc vitor. & ibi Iac. de S. Georg. ff. de eden. Dec. cons. 22. col. 1. Alc. cons. 70. col. 2. versi. constat autem. lib. 2. Afflic. decis. 46.
5 Pro contraria parte facit, quod no. Bar. per illum tex. in l. prætoriæ. la secunda. ff. de prę. stipul. quod ille, qui tenetur satisdare, si semel satisdedit, & fideiussor factus est non soluendo, tamẽ iterum satisdare non tenetur, quia periculum inopiæ subsecutæ pertinet ad creditorem. l. pupilli. § soror. ff. de sol. factus in prætorijs stipulationibus, vt ibi per Bar. & concordan. datis per Alex. in additionibus.
6 Secundo pro hac met parte facit, depositarius iterum non cogitur si nulla culpa precedat glo. in l. si ꝓ parte. §. versũ. ff. de in rẽ ver. iuncta l. Martius ff. loca. de qua dixi in trac. loca & conduc.
7 Et † hanc partem tenuit sacrum consilium Neapolitanum, vt per Afflic. decis. 172. vbi in fine ampliat, quod non solum non tenetur iterum deponere, sed nec etiã fieri potest executio in alijs bonis, ex quo semel satisfecit, per doctrinam Bar. in l. pignus. in fine. C. de pig. act. vbi Bar. excusat eos, qui deponunt penes mercatores, penes quos sunt solita fieri similia deposita. Euerar. in loco à solitis. num. 12.
8 Considerandum tamen est, † quod in contrarium videtur admodum vrgere tex. in l. planè. ff. vt in pos. leg. iuncta l. præcedente, in qua fuit iam pręstita fideiussio, tamen in l. planè, declaratur, quid si ex noua causa, puta mortis, vel paupertatis, quod iterum est fideiubendum, & ibidem Alberi. dicit, quod notab. & practicabilis est illa lex, ad hoc propositum, quod ex noua causa est iterum cauendum.

Et est ad aliud propositum satis notabilis tex. quod fideiussorē, vel cautionē dare est onus, nec eo passim est aliquis grauandus.

Secundus pro hac opinione confirmanda facit tex. in l. 1. §. qđ
9 ait prætor. il secondo, ff. quorum bonorum, †ubi non dicitur satisdatum, nisi præsumeretur satisdatum, & si prima satisdatio nō peticuerer, est iterum cauendum. vnde paria sunt non facere, vel facere, non tamen debito modo, vel duraturo, prout ibi habetur, & passim allegatur, sed in casu, de quo per Afflic. depositum non durauit, meritò &c.

Et facit vulgaris regula in l. de ætate ex cau. ff. de interrog. act. vt quæ de nouo emergunt, nouo indegent auxilio.

10 Sed responderi potest, †aut sumus in fideiussione pretoria, vel iudiciali, & est iterum cauendum: aut sumus in conuentionali, & tunc inopia superueniens non operatur, vt iterum sit fideiubendum. Bar. in l. 3. in fi. ff. de fideiuss. in l. si ab arbitro, vbi Ang. num. 2. Castre. num. 4. Iason num. 11. ff. qui satisd. cogan. Marsi. de fideiuss. quest. 4. numero 74.

11 Et sic dabitur depositum extraiudiciale, prout est in deposito ex ordine arbitrorum, prout in casu Afflict. & in eo superueniens inopia non nocet, & dabitur depositum iudiciale, quod fit ex decreto iudicis, & superueniens inopia operetur, vt iterum sit cauendum.

12 Habetur tertia declaratio, ad tex. in l. pupilli. §. sororo. ff. de solu. vt periculum inopiæ subsecutæ pertinet ad creditorem; nam hoc verum in actu iudiciali, secus in extraiudiciali ex præmissis.

S V M M A R I V M.

1 *Depositum dare, an sufficiat in pretorijs stipulationibus.*

Q V AE S T. XXIII.

1 QVAERO, †an in prætorijs stipulationibus sufficiat depositū dare. & vtique non, l. pretoriæ. la terza. ff. de præt. stipul. vno modo, vt quis non possit; alio modo, vt non cogatur, possit tamen si vult.

S V M M A R I V M.

1 *Deponens in tot florenis quid teneatur recipere, & quid si pacto quod in tot florenis sub eadem æstimatione. num. 2. & 3.*

QVAEST. XXIIII.

1 DEPOSVI † penes te centũ libras in tot florenis, quid teneris reddere? quæstio practicabilis est ad materiã, l. Paulus. ff. de sol. vbi Bar. col. 3. sub num. 10. hanc quæstionem in deposito tangit dicens, quod illo casu videor illos florenos reddere pro illis centum libris, & pretium apud te deponere, vt l. certi condictio. §. si cum l. seq. ff. si cer. pet. facit l. si ex pretio. C. si cer. pet.

2 Sed quid si fuit dictum, † depono apud te centum libras in florenis, hoc pacto quod reddas in florenis sub eadem æstimatione, tunc sub eadem æstimatione reddi debet. l. pen. §. mancipia. ff. so lu. mat. sed si non esset dictum, in eadem æstimatione, tunc debe ret reddi in æstimatione communi tempore solutionis faciẽdæ, vt l. si stipulatus sim decem in melle. ff. de verb. oblig.

3 Limitatur, † nisi consuetudo, vel superioris ordinatio aliter disponat, vt per Afflic. decis. 99. num. 4. Ant. Gab. de solu. conclus. 8. num. 17.

SVMMARIVM.

1 *Depositum & commodatum æquiparantur.*

QVAEST. XXV.

1 QVæro † an depositum, & commodatum æquiparentur? & vtique sic, quoad possessionem. Enchiridion patrum, in verbo, depositarius.

SVMMARIVM.

1 *Auth. præsente. C. de fideius. an procedat in depositario conuento.*

QVAEST. XXVI.

1 QVæro † ad materiam auth. præsente. C. de fideius. an si agatur contra commodatarium, vel depositarium actione hipothecaria sit excutiendus prius debitor principalis? & vtiq; nõ.

Ang. in Auth. de fideiuſ. §. ſed neque. Sal. in auth. hoc ſi debitor. q. 7. C. de ſolu. Soc. reg. 134. in 7. limi. Ant. Gabr. de fideiuſ. concl. 1. num. 62. ratio videtur eſſe, quia iſti non poſsident, ſed debitor principalis, vt ſuo loco diximus.

SVMMARIVM.

1 *Depoſitarius, an habeat actionem communi diuidundo.*

QVAEST. XXVII.

1 QVæro, † an depoſitario competat iudicium communi diuidundo? vtique non, ſicut nec colonis. l. communi. §. neque colonis. ff. commu. diui. vbi etiam dicuntur naturaliter poſsidere, ideſt detinere, & ſic poſſeſsio naturalis pro detentatione accipitur.

SVMMARIVM.

1 *L. ſi coloni. C. de agric. et cenſ. remedium, an competat depoſitario.*

QVAEST. XXVIII.

1 QVæro, † an remedium l. ſi coloni. C. de agric. & cen. li. 11. competat depoſitario, commodatario, & ſimilib. & vtiq; non, & hæc eſt commu. opi. de qua per Ripam in c. ſæpe, nu. 35. verſ. ſexto dubitatur. de reſt. ſpol. Iac. Menoc. in 10. remed. recup. poſ. q. 5. nu. 25.

SVMMARIVM.

1 *Depoſitario, an competat officium Iudicis.*

QVAEST. XXIX.

1 QVæro, † an competat officium Iudicis. & vtique ſic, cum res depoſita penes tertium reperitur glo. & Bar. in l. & nõ tantum. ff. de peti. hæred. late Bar. in l. & ideo §. Neratius. ff. de cond. fur. Aluiſ. de Alber. ſing. 139. & eſt, ni fallor, bonus textus in l. 2. verſ. equis alienis. ff. de var. & extraor. cognitionibus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *L. traditionibus. C. de pact. an procedat in deposito.*

QVAEST. XXX.

1 QVAERO, † ad materiam l. traditionibus. C. de pac. an in re deposita, vel commodata transferatur dominium sine traditione; & vtique sic, ex §. interdum. Insti. de rerum diuis. & sic traditio facta ex tit. inhabili, iuncto habili subsequenti, operatur translationem possessionis & dominij, sine aliqua alia bona traditione.

SVMMARIVM.

1 *L. item quæritur. §. qui impleto. ff. loc. an procedat in deposito.*

QVAEST. XXXI.

1 SEd † nunquid dispositio l. item quæritur. §. qui impleto. ff. loca. habebit locum in deposito? vtique sic. Respondit Comen. cons. 7. in fi. Alc. reg. 1. præsum. 17. num. 3. posui in tract. loc. & conduc.

Vnde si deposui penes te rem aliquam pro certo determinato apposito tempore, si patiar labi, censetur facta prorogatio, iuxta terminos §. qui impleto. Rota Rom. nouissima, decis. 464. numero 7. part. 1.

SVMMARIVM.

1 *Seruus depositus, cuius sumptibus sit exhibendus.*

QVAEST. XXXII.

1 DE† seruo deposito exhibendo, cuius sumptibus sit exhibendus, habetur in l. sed & si hæreditas, §. 1. ff. ad exhibend.

SVMMARIVM.

1 *Liberatio legata depositario, quid contineat.*

QVAEST. XXXIII.

1 QVAERO, † legata est liberatio depositario, quid videtur legatum? vtrū ne teneatur restituere rem depositam, Michael de Grass. in §. legatum.qu.40.num. 40. ponit Bar. in l.non solum.§.fi.in l.Aurelio. §.Caius.num.2.ff.de liber.leg.

SVMMARIVM.

1 *Pensionarius, an teneatur offerre, vel deponere, & num.2.*

QVAEST. XXXIIII.

1 QVAERO, † an pensionarius teneatur deponere, vel coram Iudice offerre se paratum ad soluendum?

Videbatur dicendum, quod teneatur offerre, & consignare, ex Barr. doctrina, in l si reus paratus, in fine.ff.de procu. vbi dixit, quod quando quis volt soluere, vt euitet pœnam, si creditorem non reperiat, cui soluere possit, debet authoritate Iudicis facere consignare debitum, & coram iudice offerre, per illum textum, & ad hoc vt sciatur an creditor reperiatur, vt quia fortè forēsis esset, fiat præconium. de hoc facit textus cum materia in l.acceptam. C.de vsu. & quod voluit Anchar. consi.86.

2 Contrarium † tamen sentire videtur Alex.consi.92 col.2.vers. & ad prædicta.vol. 1.vbi dicit non esse opus, vt debitor offerat se paratum soluere, si esset qui reciperet, quando constat creditorē esse absentem a loco, in quo solutio fieri debeat, allegat tex. in l.si fundum.§.Marcellus.ff.de le commis.& l.per rem.§.fi.& l.cum quidam.§.pupillus.ff. de vsur. & respondendo ad dictam doctrinam Bar. dicit quod illa procedit in casibus, in quibus requiritur consignatio, & depositio, prout loquitur tex in d.l si reus paratus, & ibi declarant Bar. & Bal.in l.si seruum.§.nunc videamus.ff. de verb.obl.in l.item quia.ff.de const.pec. & sequitur in materia Gigas de pensio.q. 77.num.18.

SVMMARIVM.

1 *L. si ego, in fi. ff.de iure dot.declaratur.*

QVAE-

QVAEST. XXXV.

1 HABET † maritus rerum paraphernalium custodiã, propter quas depositi actione conuenitur, l. si ego, in fine, ff. de iure dot. ad quam magistraliter Castr. in l. maritus, colum. 1. C. de procur.

SVMMARIVM.

1 *Tit. vt in poss. legatorum, an in rebus depositis, vel commodatis locum habeat.*

QVAEST. XXXVI.

1 QVAERO, † an titulus, vt in possessionem legatorum veniet sibi locum in rebus depositis, vel commodatis? & vtique non, ex quo tales res non sunt hæreditariæ. l. is cui, §. fin ff. depos. datur igitur petitio hæreditatis, prout superius vidimus ex l. & non tantum. ff. de pet. hær. non autem locum habet titulus, vt in possessionem legatorum.

SVMMARIVM.

1 *Famulo, an obstet exceptio triennalis in veste deposita.*

QVAEST. XXXVII.

1 FAMVLVS † deposuit vestem suã penes dominum, labitur triennium, & adhuc non petijt, an si post trienniũ petat obstet sibi exceptio triennalis loci, in quo agit? & vtique non, quia illa procedit in iure personali, non in iure reali, prout est actio depositi. Bal. in l. pen. C. quod cũ eo Ias. in prin. Inst. de act. nu. 101. post Bal. & Aret. ibi, late Duen reg. 6. limit. 1. & reg. 306. Limitatio. 3. & sic statutum de præscriptionibus, vti odiosum restringitur ad ius personale, & postquam sumus in factis famulorum, solet in causa mercedis non audiri reum conuentum, nisi facto deposito, & ita Romæ obseruatur, præsertim apud Gubernatorem vrbis, teste Boui. de stat. vrbis præser. glo. 19. sub nu. 47.

SVMMARIVM.

1 *Depositarius, an possit salarium petere.*

QVAE-

QVAEST. XXXVIII.

1 SEd † nunquid depositarius possit petere salarium. posui in tractatu locati, & conducti, vbi videre placeat.

SVMMARIVM.

1 *Depositario, an competat remedium l. extat, ff. quod met. causa.*

QVAEST. XXXIX.

1 QVAERO, † an depositario competat remediũ l. extat. ff. qđ met. cau. contra occupatorem rei depositæ, vel commodatæ? & competere credit Alb. in d. l. extat. col. penul. vers. cum quæritur, arg. l. & non tantum. ff. de per. hæred. de qua superius diximus. sequitur Menoc. de retin. pos. remed. 5. q. 5. nu. 21.

SVMMARIVM.

1 *Depositario, an competat remedium vi bonorum raptorum.*

QVAEST. XL.

1 SVccessiue quæritur, † an depositario competat remedium vi bonorum raptorum; & textus in §. sanè, eiusdem tit. hoc sine dubio cõcedit, prout cõmodatario, cõductori, & similib.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia deposita ad emptores stabilium, an sit mobilis, vel immobilis.*

QVAEST. XLI.

1 QVAERO, † deposita est pecunia penes aliquem ad emptiones prædiorum, an reputetur mobilis, vel immobilis; & in quæstione satis intricata, & brocardica, prout Doctores omnes attestantur, duæ sunt contrariæ Doctorum opiniones.

Prima

Prima est affirmatiua, quod inter immobilia reputetur, quam tenuit Rom. in l. si ex leg. cau. col. 3. ff. de verb. oblig. & sing. 104. Tu habes. dicens de hoc esse casum singularem, & a nemine excogitatū, in l. 3. § quid ergo. ff. de contr. iud. tut. Sicul. in rub. de reb. Eccles. non alienan. col. 30. ver. in quantum superius, nu. 191. Alb. in 2. par. stat. q. 205. Alex. hoc reputans singulare in l. 1. §. fuit quęsitum, col. 2. ver. quod singulariter limita. ff. ad Trebel. Cuman. in l. a diuo Pio. §. fin. ver. item probat tex. ff. de re iud. latè Ant Gabr. de præsump. conclus. 12. sub nu. 20. ver. contrarium. Contrarium tenet Bal. in l cætera. §. sed si parauerit. versi. item colligitur. ff. de
* leg. 1. & ibi Ang. in §. Senatus. & hæc est cōmunis opinio Soc. iun. cons. 120. col. 4. & seq. vol. 1. Boer. idem attestans decis. 209. latè Tiraquel. de retract. Ligna. §. 1 glo. 7. nu. 106. Bertach. in tract. de Episc. lib. 4. par. 4. q. 44. sub nu. 142. Roland. de lucro dot. q. 93. nu. 3. & 16. vbi refert text. in §. quid ergo procedere speciali fauore minorū. Hora. Lut. de priuil. schol. priuil. 27. ampliatio. 4 Alph.
** Collect. 20. Cabal. ad Egid. consl. lib. 5 cap. 9. nu. 19. & magis communem dicit Simoncel. de decr. lib. 3. tit. 8. inspect. 16. prope finem, Menoc. de præsump. lib. 4. præsump. 138. nu. 3. dixi quandoque ad reg. cum quid, par. 2. ampliat. 2. nu. 6. & in tract. loc. par. 3. vbi videre placeat, & habebis aliquas declarationes.

Vltra quos adde etiam, aut pecunia deposita est in parua quantitate, & non censetur immobilis, vnà cum Rom. & alijs: aut est in notabili quantitate, & procedat communis opinio. ita sentit glo. 2. in l. nisi. C. de administratione tutorum.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor, qui tantum deponit, an possit agere ad liberationem.*

QVAEST. XLII.

1 QVAERO ad materiam cap fin. de fideiuss. † fideiussor non soluit, sed tantum deposuit, an possit agere ad liberationem? & textus in l. pro parte. C. mand videtur requirere solutionem, & id pro regula traditum affirmat Nicol. Bellon. in § si quid autem. nu. 3. Inst. de fideiuss. Per Duen. reg. 336. 1

Contrarium est verius, vt fideiussor agere possit, sufficiat depositio, & consignatio. ita tradit glo magistralis ad hoc in l. Lucius. ff. man. Socin. reg. 148. latè Affl. in const. Neap. lib. 3. rub. 12. nu. 11. Marsil. de fideius. q. 31. nu. 216. Ioan. Coras. in rep. l. frater à fratre.

fratre. §. quæsitum est, numero 38. ff. de condit. indeb.

Quod non est absolute verum, sed iusta causa subsistente, prout declarat textus, in quo se fundant omnes, in l. qui mutuum, §. fideiussor. ff. mand. vbi fideiussor non potuit realiter soluere minori petenti, ex defectu ætatis, ideo deposuit, & obsignauit. remoto igitur tali impedimento ætatis, non excusaretur fideiussor, nisi realiter, & cum effectu soluisset. Et sic habetur ampliatio ad cap. fin. de fideiuss.

SVMMARIVM.

1 *Libellus in deposito, an operetur in mutuo cum clausula salutari;*

QVAEST. XLIII.

1 QVAERO, † est conceptus libellus in deposito, & in fine apposita clausula salutaris, ius & iustitiam, quid in hoc casu operabitur? vtique & in mutuo, & in depoosito in simplici confessione verificari poterit, & in hoc libellus sustinebitur Marian. in cap. 2. col. 48. vers. sextus effectus, de libel. oblatio. Imo. in cap. si cautio. col. pen. vers. & hoc potissimè, de fide instrum. Ias. in l. naturaliter, §. nihil commune, col. fin. de acq. possess. vers. si tamen libellans. Socin. cons. 39. col. pen. vers. insuper prædicta, vol. 1. Ant. Gabr. de claus. concl. 4. nu. 24.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus, an possit ali de deposito.*

QVAEST. XLIIII.

1 QVAERO, † an mater possit alere filium pupillum de deposito pupilli? & vtique sic. textus est notabilis in l. tutor secundùm dignitatem, §. 3. ff. de administrat. tutor. quem singularem dixit Amanel. de Clar. Aquis, singul. 1. potes videre illum textum.

SVMMARIVM.

1 *Feriæ, an obstent in causa depositi.*

QVAEST.

QVAEST. XLV.

1 QVæro, † an in causa depositi obstēt feriæ? Videbatur quod non, ex quo summaria, & fauorabilis est, & habet de iure communi executionem paratam, l. pen. C. depos. Contrarium ib. tenet Bal. & sequitur Firma. in verbo feriæ.

Et sic non est absolute vera illa consequentia, quæ passim practicando allegatur. est causa summaria, & sic non obstant feriæ, ex clem. sæpe, & ibi not de verb. signific. nam causa depositi nedum fauorabilis est, sed de iure communi habet executionem paratam, prout superius vidimus ex l. pen. C. depos. proceditur autem in executione sine figura iudicij, & libello, etiam si depositarius esset clericus, quia in hoc agitur contra eum in cōsequentiam, Bal. & Sal. in d. l acceptam, argumento textus in l. eum qui, ff. de in ius vocan. Negus. de pig. in 3. memb. 5. par. num. 29. & posui superius.

SVMMARIVM.

1 *Statutum generale non comprehendit depositum.*

QVAEST. XLVI.

1 QVæro, † extant duo statuta in loco. vnum est de compromissis, aliud quòd in causa depositi procedatur summarie, an hoc secundum, vti specialius tollat, vel saltem deroget primo? & vtique sic, respondit Bald. consi. 223. libro 1. quem sequutus est Lambert. de contract. mulier. in verbo, in alienationibus, nu. 766.

SVMMARIVM.

1 *Deponens, an habeat ius prælaturæ contra bona depositarij falliti. & nu. 2. & circa factum prælationis distinguitur. nu. 5.*
3 *Deponens si dominium non transfert, in re deposita existente, omnibus præfertur tam realibus, quàm personalibus, & quid si dominiū transfert num. 4.*
6 *L. qui nominibus, §. fin. ff. de administ. tut. declaratur. & de alijs intellectibus, nu. 8. vsque 11.*
7 *Pupillus per vsurarum receptionem quare priuilegium non perdat.*

Depo-

12 *Deponens vsuras non recipiens, in hypotheca, & iure reali alijs creditoribus non praefertur, sed illi praeferendi sunt.*

13 *Deponens alijs creditoribus priuilegia personalia habentibus praefertur. fallit tamen quatuor casibus. num. 14.*

15 *Depositum duplex, scilicet quod datur obsignatum, vel in sacculo, & quod numeratum. & num. 16.*

17 *Depositum quoddam purum, & quoddam maculatum.*

18 *Depositum doti, expensa funeris, vel refectionis praefertur.*

QVAEST. XLVII.

1 PVlchra est quaestio in materia praelationis. † Mercator, seu bancarius cessit bonis, prout saepe saepius occurrit, adsunt plures mercatores diuersi generis, & inter alios multi deponentes: adsunt praeterea vxores, nurus, & similes, quis ordo est seruandus? In qua quaestione videntur prima facie duo iura inuicem pugnantia: primo enim loco tex. in l. si hominem, §. fi. ff. depos. sentire videtur, deponentes oibus praeferendos etiã ante priuilegia.

2 Contrarium † sentit textus in l. si ventri. §. in bonis. ff. de priuile. credit. vbi post priuilegia admittit.

3 Prima igitur sit ex mente Doctorum concl. † si deponens dominium non transtulit, quia forte in sacculo deposuit, in re deposita, quae extat, omnibus est praeferendus tam in realibus, quàm personalibus. ita Cast in d. l. si hominem. §. fin. per l. cum fundus. §. secundum, vers. quo ad peculiares, ff. si cer. peta. le. si filiusfam. ff. si cer. pet. l. procuratoris §. si plures, vers. sed si dedi. ff. de tribut. quae iura sentit Castren. in citato loco Addo bonum textum ad hoc propositum in d. l. si ventri. §. in bonis. ibi, si tamẽ nummi extent, vendicare eos posse puto à depositarijs, & futurum eum, qui vendicat ante priuilegia.

Et sic generaliter colligi videt ex allegatis iuribus, si res mea reperiatur penes te, non tamen sit translatum dominium, ego liberè vendicare potero, & praeferor omnibus creditoribus tam in personali, quàm reali.

4 Secunda sit conclusio. † Si deponens dominium transtulit, quia deponendo numerauit, de hoc deposito idem iudicatur, quod de alijs bonis depositarij, quoniam in creditum abit, l. si procuratoris. §. penul. versic. quod si dedi. ff. de tribut.

5 Circa † verò factum ipsius praelationis distinguendum videtur, si quidem deponẽs recipiebat vsuras, vel cõmodum aliquid, nec hoc separandus est à caeteris creditoribus, aliud est enim credere,

dere,

dere, aliud deponere, d. §. quotiens, & d. §. in bonis, vbi Angel. instruit aduocatum, vt diligenter inspici faciat libros mercatoris, vt sciatur an vsuras, vel lucrum aliquod receperit depositarius, idem Ang. cons. 207. recipiebatur, in primo dubio.

6 Limitatur † hoc in casu l. qui nominibus, §. fin. ff. de administ. tut. vbi pupillus nõ perdit priuilegium per receptionẽ vsurarum.

7 Et circa illum textum assignatur à multis ratio, quia ibi duplici de causa erat concessum priuilegium: vna erat, quia depositarius, alia quia pupillus; licet enim prima cesset, non cessat alia, quia pupillus, & sic remanet persona, §. affinitatis. Instit. de nupt. latè Tiraquel. de cau. cessan. limitatio 23.

8 Alio † modo declarat Alber. post antiquos in d. §. in bonis, aut vsuræ petuntur ex mora, vel extra moram. primo casu licitè petuntur, nec per hoc priuilegium perditur, & ita procedat textus in d. l. qui nominibus, & sic secundùm hunc intellectum ibi non est fauore pupilli, sed quia vsuræ debebantur ex mora, prout quilibet etiam non pupillus facere posset.

9 Tertius † est intellectus ad d. l. qui nominibus, quod sumus in casu diuerso. nam recipiendo deponens aliquid facit contra naturam depositi, vnde non mirum si perdit priuilegium prælationis: sed pupillus recipiendo vsuras non facit contra naturam actionis tutelæ, meritò priuilegium non amittitur.

10 Quartus † est intellectus Raine. de Forli. quod ibi post vsuras receptas non duret actio, sed potius persona, quem intellectum adiuuant ibi finalia verba, Præcor enim ei, &c.

11 Quintus † est intellectus, quod ibi verbum acceptauerunt, exponatur, idest liberauerunt, & sic nulla est contrarietas.

Primum tamen intellectum sequuntur Bart. & alij magis communiter.

12 Tertia itaque sit conclusio, † si deponens vsuras non recipiebat, tamen non præfertur alijs creditoribus in hipotheca, & iure reali, sed illi præferendi sunt, l. procuratoris, §. si plures, vers. plane, ff. de tribut. l. pro debito, C. de bo. autho. Iud. pos.

13 Quarta sit conclusio. † deponẽs regulariter præfertur alijs creditoribus habentib. priuilegia personalia, & ita procedat textus in d. l. si hominẽ, §. fin. ff. depos. dum ibi dr̃ ante priuilegia habendam rationem depositariorum, & ita declarat Bald. cons. 380. in quæstione Milani. nu. 17. vol. 5. Castren. cons. 285. nu. 4 lib. 1.

14 Fallit † in quatuor casibus notatis per glo. in d. §. quotiens, puta dotis, funeris, refectionis, &c.

15 Quinta sit conclusio, † quod attinet ad depositarios inter se

simul

simul concurrunt non considerata prioritate temporis, sed solum si vsuras recepit, vel non recepit. Salic. in l. fin. C. depos. Ripa in d. §. in bonis, nu. 8. latè Strac. de decoct. rub. qui por. hab. in bo. decoct. nu. 1. cum sequen. & optimè probat text. in d. l. si hominem, vers. item quæritur.

Et sic ex prædictis infertur, quod datur duplex depositum; quoddam enim datur obsignatum, vel in sacculo clausum, & in hoc non transfertur dominium modo aliquo in recipientem; sed illud idem est deponenti restituendũ: aliud est depositum, quod numeratur, & hoc recipit functionem, & sufficit in eadem pecunia in genere non in specie reddi, & hoc abit in creditũ, vt transferatur dominium in recipientem, prout colligitur ex iuribus, & auctoritatibus superius adductis.

16 Et † vltra alios ego, ni fallor, allego bonum textum in l. in naue Saupheii. ff. loc. vb. I.C. facit in indiuiduo hanc distinctionem tam in contractu locationis, quàm depositi.

17 Colligitur secundo, † quod datur alia, vt ita dicam, distinctio depositi: quoddam est depositum purum, in quo ex parte deponentis nullum percipitur lucrum, vel commodum, & hoc semper, & omni casu retinet priuilegia depositi: quoddã est depositum maculatum, in quo præstitæ sunt vsuræ per depositarium, & hoc non retinet priuilegia veri depositi.

18 Colligitur & tertio, † quod licet causa depositi sit admodum priuilegiata, præsertim in materia prælationis, tamen præfertur doti, expensæ funeris, vel refectionis.

SVMMARIVM.

1 *Creditoris appellatione, an veniat deponens.*

QVAEST. XLVIII.

1 QVAERO, † an creditoris appellatione comprehendatur deponens? Et quidem videbatur dicendum quod non; aliud enim est credere, aliud deponere. l. si ventri. §. in bonis. ff. de author. Iudi. possiden.

Contrarium est verius in l. 1. & ibi no. ff. si cert. pet. & l. creditores, ff. de verb. signific. nec in aliquo obstare videtur tex. in d. l. si ventri, quia ibi verbum credere, strictè accipitur, prout ad mutuum tantum refertur, sicut ibi Accurs. sentit in ver. credere.

SVMMARIVM.

1 *Tabula testamenti, apud quem remanere debeant.*

QVAE-

QVAEST. XLIX.

1 EST tex. in tit. ff. fam. ercisc. in l. 4. § sed & si quid. † quod tabulæ testamenti remanere debent apud pro maiori parte hæredem, vel in ædem deponi. Pariter vendita hæreditate per hæredem debet retinere originale, & emptori tradere exemplum vel copiam.

Et sic colligitur ex eo contextu, quod quando venditur hæreditas, si in hæreditate reperiantur scripturæ aliquę ad hæreditatem pertinentes, non cogitur venditor tradere emptori originale, vel authenticum ipsius, quod saltem deponi debet.

SVMMARIVM.

1 *Emptor ex pacto de retrouendendo recipiens depositum minus legitimum, an præiudicet.*

QEAEST. L.

1 QVAERO, † an emptor ex pacto de retrouendendo, vel similis recipiens depositum insufficiens, & minus integrum, sibi præiudicauerit.

Et videbatur dicendum, quod non, ex quo depositum nō erat integrum, & perfectum. glo. in l. 2. C. de vsur. Alex. cons. 75. col. 2. vers. tertio respondetur. lib. 7 & quod scribit Dec. in c. de appellationibus, col. 2. vers. quartus casus de appella. & posui superius recensendo qualitates boni, & veri depositi.

Pro cōtraria parte facit l. de lege. §. fi. ff. de lege commissor. vbi venditor accipiendo partem pretij, vel pecuniæ solutæ post lapsum termini censetur renunciare resolutioni cōtractus, quæ inducitur ex pacto l. commissoriæ. tradit Aret. cons. 149. col. 6. ad finem. vers. sed quæritur consequenter.

Secundo facit, quod scribit Ang. post Bart. in l. qui sibi. §. qui Stichum. circa fin. ff. de sol. quod commodator equi recipiens equum magagnatum sine protestatione, sibi præiudicat.

Tertio facit, quod scribit Bal. cons. 131. casus talis est, col. 1. libro 1. quod si locator promisit tradere conductori prædia seminata, & conductor recipiat frumentum pro semine, sibi præiudi-

P cat,

cat, vt amplius opponere non possit prædia seminata sibi tradita non fuisse. posui in trac.loc.& conduc.par.4.

Et hanc partem vti veriorem tenuit Crauet.cons.106.& facit ad prædicta tex.notab.in clem.1.de proc.quod recipiens sciẽter instrumentum procurationis, videtur tacite se obligare ad illud officium, commendat Bal.in l.si litteras.in fin.C.mand.in l.si defunctus.in prin.ff.de proc.Rom.& ibi clarius Ias.hoc valde commendans, ille num.30.hic nu.90. in l.quæ dotis. ff.sol.mat. Abb. in c.cum virum.in 3.notab.de proc.in c.non iniuste. nu.7.de regul.Feli.in c.cum M.col.18.in 2.limi.vbi Dec.num.23.de consti. Rom.cons.295.in fine.Anton.Gabr.de præsumptio. conclusio.2. numero 1.


Facit etiam quod dominus recipiens canonem post caducitatem, censetur eam remittere, vt dixi in trac.loc.& conduc.par.3. ad materiam l.2.C.de iu.emphi.

Limita hoc verum, & ita procedat cons.Crauet.quando depositum fuisset factum, & receptum elapso termino, aliàs nõ. Anch. q.13.in fi.par.1.

SVMMARIVM.

1 *L.1.§.inde Neratius.ff.depos.declaratur.*

QVAEST. LI.



1 EST † text.admodum ad vnum propositum notab. in l.1.§.inde Neratius.ff.depo.de quo & aliàs loquuti sumus ad aliud propositum, sed circa intellectum illorum verborum ibi Horrea forte clausis &c. colligitur, quod non est imputandum depositario, vel alteri, qui nõ fregit seras, & hoc ad multa prodesse. reputat notab. Bar. de Capua sing.78. subdens, quod erant clausæ iussu magistratus; nam si depositariusmet clausisset aperire potuisset, secus si aliàs, quia esset iniuria, vt ibi late per eum.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta an percipi possint ex re deposita, vel sequestrata.*
2 *L.fin.C.de ord.cog.intellectus.*

QVAE-

QVAEST. LII.

1 QVAERO, † an ex re deposita, vel sequestrata alimenta percipi possint, & vtique sic, respondit Bar. in tract. alimen. num. 44. per l. fi. C. de ord. cogni in vers. nam si tales, vbi etiam ad sumptus litis hoc idem extendit.

Ampliatur secundo etiam lite pendente super præbenda: nam ex fructibus sequestratis possessori sunt præstanda alimenta, & litis expensæ, vt per Bal. in d. l. fi. in 4. no. Io. de Ana. in tract. de sequest. num. 14. Fran. Cur. in eo tract. num. 10. Ant. Padil. ad auth. res quæ. num. 83. C. com. de leg.

Et notandum est circa litis expensas, quod eæ præstandæ sunt si à Iudice postulentur, & det fumum boni iuris, aliàs non decernuntur. Anch. in c. cupientes. §. denique. in fi. de elec. lib. 6. Alcia. de præsump. reg. 3. præsump. 9 num. 9. Crescen. decis. 233. quę alimenta litis postquam fuerint decreta exhibenda sunt vsque ad finem litis in causa principaliter agitata, non habita ratione alicuius incidentis causa nondum forte cópleta, vt per Vestan. decis. 246 licet Egid. consl. 159. sentire videatur hæc litis alimenta nó deberi post conclusionem in causa, & præstanda sunt nódum in prima instantia, sed prosequenda protestatio in causa appellationis. Sarnen. in reg. de subrogan. q. 1. num. 3. Bisig. de iud. decis. 2. cuius meminit Afflic. decis. 10. & Vestan decis. 1. de alin. é & sententia simpliciter lata super alimentis continet sumptus litis, si in libello fuissent o nnia petita, vt in almo Rotæ auditorio decisum refert Pont. de alimen. c. 13. num. 8.

Et debentur proportionaliter, iuxta qualitatem personæ, & rei de qua agitur iudicis arbitrio, d. l. fi. vbi Bal. C. de ord. cogni. Bellamer. decis. 256. in fi. vnde vario modo taxata fuerunt, quandoque ad quartam partem redditũ. Boer. decis. 124 col. 2. & Rota, quandoque ad quinquaginta, interdum ad centum, cum facultate addendi, vel minuendi, quandoque ad certum tempus, & postea prorogatum, vt per Vestan decis. 31. 144. 226.

2 Bene verum est, † quod ad intellectum d. l. fi. C. de ord. cogni. dicebat Menoc. de arb. iud. lib. 2. cent. 2 cauf 169. num. 11. quod in illo text. iudicis arbitrium versatur in taxatione alimentorum, non autem expensarum, quæ in dies certæ apparent. & licet hoc sit aliquantulum verum, in processu causæ, & temporis taxationem requirant.

SVMMARIVM.

1 *Reconuentio, an habeat locum in deposito.*

QVAEST. LIII

1 QVAERO, † an in depositi iudicio habeat locum reconuentio; Bal. in l. pen. C. depos. videtur tenere quod sic, in vers. vlterius nota.

Contrarium tenet Spec. in tit. de reconuen. §. nunc dicamus. vers. sed quid si agebam. commendat Bar. in auth. & consequenter. col. 5. num. 10. C. de sent per l. 1. C. depos.

Conciliari possunt opini. vt non habeat locum reconuentio in deposito, vt pari passu ambulent, quia non debet supersederi liquidum per non liquidum, bene tamen potest fieri reconuētio quoad effectum prorogationis, vt postea procedatur in ea, vt cōciliat Maran. de ord. iud. in 6. dist. sub num. 30. in reconuentione igitur, quandoque iudicium vnico contextu terminatur quando fit reconuentio, sed ad effectum prorogandi tantum, prout q̄nque contingit in causis executiuis, & summarijs. Et agens actione depositi poterit inuitus reconueniri coram iudice non suo. ita contra Bar. tenet Matthes. in auth. & consequenter. num. 10. C. de sen. & interloc. om. iu. d.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio falsitatis, an impediat exactionem depositi.*

QVAEST. LIIII.

1 QVAERO, † an exceptio falsitatis impediat executionem instrumenti depositi? & vtique, si requirat altiorem indaginem, quia non constat ex inspectione scripturæ nō impedit, vt in facto consultus respondit Ias. cons. 85. vol. 1. per totum. Ant. Gab. de malef. concl. 6. num. 17.

SVMMARIVM.

1 *Depositum, an semper requiratur ad excusationem, l. si quis maior.*

QVAEST. LV.

1 QVAERO † ad materiam l. si quis maior. C. de transact. an semper requiratur depositum ad excusationem l. si quis maior? & vtique non, si creditor sit absens, quia talis absentia excusat. Alex. cons. 92. colum. 1. vol. 1. nu. 56.

SVMMARIVM.

1 *Depositum, an auocetur per hipothecariam.*

QVAEST. LVI.

1 QVAERO, † an per hipothecariam auocentur bona deposita, vel commodata. pulchra, ni fallor, est quæstio, Et primo videbatur dicendum, quod sic, cum pro istis competat, & detur petitio hæreditatis, prout superius vidimus.

Competet & remedium l. fin. C. de edic. di. Adria. tollen. prout pariter superius vidimus.

Contrarium videtur verius, quoniam in hipothecaria requiritur, quod ius constituatur in re per debitorem, vt l. 1. C. si aliq. res pig. da. sit, quod ius constitui non potest, nisi ab eo qui dominus sit, vel quasi, sed hoc non est necesse constitui in hærede sub aliqua dubitatione. sentit Papien. in for. libel. quo. pet. hæred. ex testam. in glo. possidebat. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum de migrando, an competat pro rebus depositis.*

QVAEST. LVII.

1 QVAERO, † an interdictum de migrando competat pro rebus depositis, vel commodatis? & vtique competit vtile interdictum de migrando. l. fin. ff. de migrando.

SVMMARIVM.

1 *Venditor depositum repetens, an videatur renunciare iuri redimendi, &*

quid si emptor pecuniam recipiat, nu. 2. etiam si partem, nu. 3. & quid si tempus praestitutum est omninò elapsum, nu. 4.

QUAEST. LVIII.

1 QVAERO in materia iuris redimendi, † an venditor, qui depositum repetit, videatur renunciare iuri redimendi? & utique sic, ex l. debitor, & ibi Flor. ff. de usur. l. 1. in fine, & ibi Bal. & Ang. C. qui pot. in pig. habeantur, l. si priusquam, C. de distra. pig. glo. in l. si creditrici. C. de usur. Host. in Sum. in rub. de oblatio §. 1. ver. item necesse est Bal. in l. obligatione, C. de sol. in l. acceptam, col. 1 ver. in text. ibi, accepit, & ibi quoque Salic. col. 1 Angel. propè finem, & Io. Fab. C. de usur. quia ut ibi dicunt, actus recuperationis tollit intellectum depositionis, l. sed reuocati, ff. de iu. fisc. nec censetur depositum fuisse, quod postea recuperatur, ut in simili not. Bar. in l. per diuersas col. 3 & ibi Bald. q. fi. C. man. & in l. si. C. de usur. Boic. in c. constitutus, de in integrũ rest. Alex in l. singularia. col. pen. ff. si cert. pet. Ias. cons. 172. lib. 2. latè Tiraquel de utroque retract. conuen. §. 5. glo. 10.

2 Ampliatur haec conclusio, † ut idem pariter depositum censeatur in emptore, ut si pecuniam recipiat censeatur renunciare fauori, & iuribus suis, ut per Tiraquel. in citato loco.

Extenditur haec ampliatio etiamsi oblatio, & consignatio fuerint factae post tempus. Bald. cons. 108. lib. 5. per l. post diem. ff. de lege commis. arg. l. 2. C. de iure dom. impetran.

3 Extenditur secundo haec ampliatio † etiam si partem tantum receperit. l. de lege, § fin. ff. de lege commiss.

4 Considerandum tamen est, † quòd aut tempus praestitutum est omnino elapsum, & eo casu dicitur renunciatum iuri redimendi, non tantum per repetitionem depositi, quàm quia concurrat lapsus temporis, & sic haec duo simul iuncta, & hoc sonat textus in allegata l. debitor & l. 1. C. qui pot. in pign. habean. & ibi Bald. & Ang. aut quaerimus utrum per solam repetitionem depositi videatur renunciatum iuri redimendi, & dicendum est, quod non, quia potest si tempora largiatur iterum deponere, postquam primum depositum habetur pro non facto, & ita crederem intelligenda esse praedicta.

SVMMARIVM.

1 Donatio, an praesumatur ex deposito mariti.

QVAE-

QVAEST. LIX.

1 QVARRO, † an ex deposito facto per maritum, vel econtra præsumatur donatio? & vtiquè sic, vt not. Bald. per illum textum, in l. & si. vbi Bal. C. de don. inter vir. & vxo. tangit Mascar. de prob. conclu. 554. num. 21.

SVMMARIVM.

1 *L. qui vniuersas, §. fi. ff. de acq. poss. declaratur late.*

2 *Possessionem, an retineamus per colonum, commodatarium, vel depositarium, si alij locat, vel alienat, &c. num. 3. quid de eo, qui dimisit possessionem vacuam recedendo de fundo. num. 3.*

4 *Conductoris secundi, depositarij, vel commodatarij animus non inspicitur, sed primi.*

QVAEST. LX.

1 PVlcher † est casus, & notabilis, secundum Cast. ad l. qui vniuersas. §. fi. ff. de acq. pos. per colonum, commodatarium, vel depositarium, si alij locat, commodat, vel deponit possessionem retinemus.

2 Limita, id procedere, & verum esse, quando non sit facta animo priuandi primum deponentem sua possessione, quod colligitur ex qualitate contractus: nam si est habilis ad translationem dominij, præsumitur voluisse priuare primum deponentem, locantem, vel commodantem sua possessione, aliàs non, vt no. in l. 3. §. quod si seruus. ff. de acq. poss.

3 Extenditur † hæc limitatio, vt idem dicendum sit de eo, qui dimisit possessionem vacuam recedendo de fundo, iuxta l. si colonus. ff. de acq. pos.

4 Et † colligitur ex d. l. qui vniuersas. §. fi. vnum aliud singulare, secundum Cast. ibi, quod non inspicitur animus secundi conductoris, depositarij, vel commodatarij, sed primi tantum. facit l. 1. §. si tibi fundum. ff. de itine. actuque priua. vbi Bar. inducit ad quæstionem de facto, quid si aliqua ciuitas vtatur mero imperio precario ab aliquo superiore, si postea in ea ciuitate insurgat aliquis tirannus, qui vtatur mero imperio iure proprio, non hoc priuat superiorem mero imperio iure proprio, quia attenditur animus Ciuium, qui primo loco precario habebant, vt ibi late per eum.

5 Limita† secundo, quando depositarius alienasset rem propriã vti rem propriam, & ita procedat textus in l. non solum. §. qui pignori. ff. de vsucap. qui videtur contrarius d. l. qui vniuersas, §. si. prout illum ibi declarat in discursu Pau. Castr. & habet aliquam similitudinem cum prima, si bene consideres, nam faciendo contractum habilem ad translationem dominij, videor tacite declaratorem meam esse.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio alteri facta, an valeat in deposito.*

QVAEST. LXI.

1 QVAERO, † an in deposito stipulatio alteri facta valeat; & longa serie plures casus, & personas enumerat Ant. Gabr de verbo. obl. conclu. 1. nec istum enumerat. veritas tamen est, quod stipulatio alteri facta valet in deposito, & commodato, ex l. Publia. ff. depos. per quam ita tenet gl. in §. si quis alij, casu 14. Inst. de inutil. stip. commendat Seraph. de priuileg. iuramen. priuileg. 74. num. 91.

SVMMARIVM.

1 *Depositum simulatum, an habeat executionem paratam.*

QVAEST. LXII.

1 QVAERO, † an instrumentum depositi simulatum habeat executionem paratam? Et videbatur dicendum, quod nõ, ex quo nullum est. Contrarium consulendo tenuit Abbas, consil. 3. num. 12. par. 1.

SVMMARIVM.

1 *Soluens, an præsumatur in causam depositi, vel mutui.*

QVAEST. LXIII.

1 QVAERO, † aliquis simpliciter soluit pecuniam, an præsumatur in causam mutui, vel depositi? & vtique in causam depositi, dixit notabiliter Bald. in l. incendium, in fine. C. si cer. pet. quia expedit creditori habere executionem depositi, quæ est magis priuilegiata, prout non est certi condictio ex mutuo, commendat Seraph. priuileg. 74. nu. 94.

SVMMARIVM.

1 *Depositario expensæ, an restituendæ, si deponens eum fecit inquirere.*

QVAEST. LXIIII.

1 PVLCHRA est quæstio. † Depositarius fecit inquirere deponentem, nunquid expensæ factæ in iudicio sint depositario restituendæ? Bal. in auth. contra qui propriam, in fine. C. de non nume. pec. tenet quod si reus cõfiteatur in prima citatione non condemnatur in expensis, vt ibi patet in corpore. idem Bald. in l. non ignorat. C. de fruct. & lit. expens. sed idem Bal. in authen. data. C. de dona. ante nup. tenet ad expensas teneri, * & est communis opinio. Alex. reputans hoc etiam singulare in addi. ad Bar. in l. si stipulatus §. si lancem. ff. de solut.

SVMMARIVM.

1 *Deponere, an sit soluere.*

QVAEST. LXV.

1 QVAERO de vulgari quæstione, † an deponere sit soluere? vulgo enim dici solet, qui deponit non soluit. Bar. in l. itẽ liberatus, §. 1. sub nu. 3. vers. casus est. ff. quibus modis pig. vel hipothe. soluit.

Ampliatur, vt nec sit restituere. Castren. cons. 65. viso quodam libel. col. 1. vers. quædam aliæ causæ, lib. 1. allegat Bart. in l. si constante, in 5. q. 2. q. princ. ff. solu. matrimo. & in l. si quis stipuletur. ff. eodem. nam solutam pecuniam intelligimus quando numera-

ta, & tradita est.l.solutum, in princ.ff de solutio. Dec.cons.34.loquens de expensis contumaciæ.col.fin.versi.postremo.Tiraquel. de retract.lignaier.§.9.glo.3.nu.3.

SVMMARIVM.

1 *Deponere, & pronunciare deponendum, an sit idem.*

QVAEST. LXVI.

1 QVæro, † an deponere, & pronunciare esse deponendum idem sint? & utique non. gl.in cap.super eo,in verbo,ordinet,de offic.delega.Io.Andr.in c.transmissæ,de elect. Tiraquel.de retract.conuen.§.6 in fine tit.nu.52.

SVMMARIVM.

1 *Depositarius coactus per superiorem, an exinseatur.*

QVAEST. LXVII.

QVAESTIO est notabilis, & occurrit in mea patria Tudertina secũdum Bal in l.2.C.quod met.cau.† Depositarius,
1 qui est coactus soluere per Principem, Communitatem, vel alium Superiorem, an sit liberatus? Ne transcribere videar, plures casus considerat Bar.in l.creditor.ff.de solu.reassumit latè Anto.Gab.de solu.concl.11.Addo Cur sen.in repet.l.vnicæ.C. de prohibi.sequestr.pecu.q.16.Cag.in l.non videtur §.quod gesff.de reg.iu.Tiraquel.de retract.conuen.§.3.glo.6.nu.35.dixi in tract.loca.& condu.& supra ad l.si quis.q.22.

SVMMARIVM.

1 *Depositi qualiter.*

QVAEST. LXVIII.

1 SVbiungo † nonnullas conclusiones in hac depositi materia, & primo depositum fieri debet, coram eo, cui solutio facienda est recipere recusat, & non aliter, prout ostenditur manifeste in l.illud

l.nihil quoque, in Auth. et exactiones dotis. Tiraq. de retract. ligaxier. §.9 glo.3. nu.3. nec prodest nisi praecedat oblatio. l.2. & ibi Salic. not. C. de vsur. glo. & ibi Ang. in l.acceptam. C. eodem, pulchre Gozad. cons. 71 col. 3. nu. 7. Ias. cons. 9. col. pen. lib 1. nam absés sit is, cui solutio faciéda est. l. si creditor. & ibi no. C. de sol.

Dicebat autem Bald. in l.cum hi. § fin. in prima lectura, ff. de transact. quod si ex forma statuti poena corporalis succedat in locum pecuniariae, si haec soluta non fuerit, non sufficit pecuniam deponere apud fiscum, et euitetur poena corporalis. & licet creditor sit diuersi fori, adeundus tamen est & ei oblatio facienda, & eo recusante depositum Ias. consil. 216. volum. 1. ex sententia Bart. in l.item illa, col. 1. in fine ff. de constit. pecu. vbi Bart. allegat l.cum quidam. C. de cond. inser. & l. pen. in fine. ff. de condit. & demonstr. & idem tenent Canonistae in cap. significante, de pigno. Salic. in d.l.acceptam, colum. 2. vers. distinguo sic. Anchar. cons. 86. vbi multa ad id allegat.

SVMMARIVM.

1 *Depositarius, an possit eligi ad libitum suum.*

QVAEST. LXIX.

1 VTILIS, ni fallor, est quaestio, † an quis possit eligere depositarium pro sua voluntate. Et videbatur primo dicendum, quod sic, ex l. si soluturus, vbi Bart. no. ff. de solut. vbi dummodo persona sit idonea, deponens excusatur.

Secundo, pro hac parte facit in argumen. tex. in l.cum qui. §. fi. ff. commo. & hanc opinionem tenuit Bal. in l.acceptam. q. 9. C. de vsur. Rom. in l. si mora. ff. sol. matrim.

Contrarium sentire videtur Bart. in d.l.acceptam, paulò ante finem, dicens, qui deponit, non tamen in loca publica, nihil agit, per l 2. C. de vsur. secundùm vnam lecturam gl. Pro qua opinione facit l. qui mutuam, §. 1. ibi, ac publicè deponit ff. manda. & sequitur Alex. in addit. ad Bart. in d.l. si soluturus.

Secundo bene facit text. in d.l.acceptam. ibi, consignatum publice depone: videtur fortasse distinguendum, aut sumus in deposito extraiudiciali, & procedat prima opinio, dummodo electus idoneus sit, nec sibi culpa adscribi possit, vt no. Bar. in d.l. si soluturus. & no. in l. ita autem. in princ. ff. de admin ist. tut. & in l. debitor. ff. de nego. gest aut sumus in deposito iudiciali, & istud fieri

debet

debet in loco publico, vel apud sacras ædes, vel Iudicis auctoritate, & ibi ita dicit in facti contingentia obtinuisse Alberic. in d.l.acceptam, col. 1. Bal. in l. si reus paratus, paulò ante medium. ff. de procur. & ibi quoque Castren. col. 1. per illum tex. quem ad hoc propositum notabilem appellat.

Et hoc semper tutius est, vt per Spec. in tit. de loc. §. nunc aliqua. vers. 14. immo & necessarium dixit Alex. cons. 75. col. 2. versic. secunda conclusio, lib. 7. sentit Tiraq. de retract. conuen. §. 4. glo. 7. nu. 11. & ibi apud eum plene habetur ad intellectum multarum legum, quid esset depositum apud sacras ædes, de quo in multis iuribus mentio habetur.

SVMMARIVM.

1 *Depositi tempus, quale sit.*

QVAEST. LXX.

1 
VAERO, † quo tempore faciendum est depositum? Et vtique sibi alibi cautum non reperiatur, ante litis contestationem fieri debet. Io. Igne. in repet. l. dudum. col. 7. versic. secundo induco. C. de contrahen. emptio. maxime ad acquirendam actionem, vt dicit Tiraquel. de retract. conuen. §. 4. glo. 6. numero 36.

SVMMARIVM.

1 *Depositum an sufficiat in materia attentatorum de expensis. numero 2. & 3.*

4 *Condemnatus ad debitum non liquidum cum restitutione reliquorum facto deposito vnius modicæ summæ, cum protestatione de soluendo quod plus apparebit, dando fideiussorem pro residuo auditur. & nu. 5. ponitur tamen ampliatio, nu. 6. eiusque declaratio, nu. 7. limitatur tamen nu. 10. 11. & 12. & expensis contumacialibus non taxatis oblatio cum fideiussore sufficit. nu. 8.*

10 *Officialis si ex statuto ante acceptum officium satisdare tenetur, & diues sit, stabitur soli obligationi bonorum absque fideiussore.*

QVAEST.

QVAEST. LXXI.

1 VAERO, † an pro fructibus, & expensis non liquidis postea taxandis in materia reuocationis attentatorum sufficiat depositum? & vtique sic.l.statuliber rationum. ibi, de eo, quod obscurius est satisdare paratus est.l.seruus si hæredi.in fi.ff.de statulib.l.fundus, & ibi Bart. & Bal.ff.de rescin.vend. Bald in l vnica, nu.5. vers.modo quæro, & ibi Salic.nu.6. C.ne liceat tert.prouoc.Bart.in l.si finita.§.item videamus. ff.de damno infecto, latè per Tiraq.de vtroque retract. glo.19. §.1.par.1.

2 Et † pro huiusmodi deposito in euentum liquidationis fructuum tenuerunt Reueren. Domini de Rota in vna Bononiensi spolij, seu attentatorum, vt per Moled.decis.23. incip Cruciferorum, sub tit.de restit.spol. Mando.ad Formul cõmmis.15. in fine. vbi attestatur quod etiam in spolio sufficit deposuisse in euẽtum liquidationis, vt procedi possit in negocio principali petitorij. Mando.formu.15. commis.

3 Contrarium † tñ tenuit Rota in vna Spoletana paludũ corã Paleotto, vt per Caputaq.decis.150.par.1. dicẽs, quod cõmissio, quæ habet clausulam, quod purgatis attentatis, & nullitatibus, atq; refectis expensis terminum prosigat ad nouam executionem præcedat formam. Vnde Iudex non habet iurisdictionẽ non purificatis illis cõditionibus, vnde expensæ sunt actualiter reficiendæ omisso deposito, & pro hoc facit doctr. Bal in c conquerẽte. in ver. in tex. ibi integre. de restit spol. quam etiam sequitur Dec. in l. edita. nu. 94. de eden & ita etiã fuit resolutum in vna Rauennatensi S.Bartholomæi, prima Iulij. 1558. non obstante, quod in casu illo per attentantes fuerit præstita cautio de soluendo facta liquidatione, & esset factum depositum vnius Iulij, Caputaq.dec.270 par.2.

Limitatur tamen vt quandoque ex aliqua iusta causa Iudici bene visa depositum admittitur, licet regula sit vera in contrarium, vt latè deducit Robert.de attent.par.3. cap.31. quod est cap fin. nu.74. cum sequen. monens, vt isto casu tutius sit facere integrum depositum, & sentit pro regula Pont. de spol.lib 4. nu.31.

4 * Conclusio igitur est vera, & cõmuniter recepta, † cõdemnatus ad debitum non liquidum, puta ad rationes reddendas, cum restitutione rel quorum, facto deposito vnius modicæ summæ, cũ protestatione de soluendo illud plus, quod apparebit, dando fideiussorem pro residuo auditur. Angel. in l.4.§.ait prætor. ff.de re

iud.

iud.per iura, quæ dicit notabilia in l.statuliber.& in l.si seruus hæredi.§.1.ff de statulib.vbi Ias.nu.4.Ripa,nu.8.eum commendant, & sequuntur. Eandem practicam ponunt Ang. & Imola in l. prætor ait,§.si quis paratus.ff.de noui oper.nunc.vbi Ias.nu.7.hanc vti doctrinam notabilem commendat.

5 Adde † quod idem notabiliter tenuit Bart. in l. creditor. ff. de distr pig.in l.si finita,§.item videamus. ff.de damno infecto in l. acceptam,post glo.ibi.C.de vsur.Bal.in l.vnica,C.ne liceat,in vna eademque causa, & in c.1. col.4. de leg.Corrad. idem Ang.in l.si residuum.C de distr.pign.in l.2.C.de vsufr.leg. in l.2. C.de vend. pig.Capic.decis.17.nu.5. & communem attestatur Caputaquens. decis 150.num 5.par.1.Veron.caut.27.Rebuff.de lit.oblig. glo.9. nu.12.Mago.Rot.Luc.4.in fine.

6 Ampliatur † in materia melioramentorum, quando non sunt liquida, vt sufficiat fideiussio, ne sententia retardetur, latè Benintén.decis.77.

7 Declara, † nisi exceptio melioramentorum proueniat ex sententia, quia tunc non sufficit fideiussio. Castren.cons.270. vide tamen latius, quæ dixi in tractatu locati, & conducti, in materia melioramentorum.

8 Pariter, † si expensæ contumaciales non sunt taxatæ, oblatio cum fideiussore sufficit.Ias.in l.sancimus.nu.13. C.de iu. Dec.in l. edita,nu.94.C.de eden Achil Person.de adipiscen poss.nu.74.

9 Limitatur † ista conclusio aliquibus modis. Primo, vt procedat in debitore inope, vel aliàs suspecto, alias sufficit sola verbalis oblatio absque oblatione fideiussoris glo. in l. si residuum. C. de distra.pig glo 2. in l.obsignatione. C.de sol.clarius Bart. in l.fin. ad finem,C.de distr.pign.

10 Hinc † dicebat Bar in l.quicunque,la 2.C.de fun.patrimon.lib. 11. quod vbi officialis ex forma statuti tenetur satisdare antequã acceptet officium, quod si est idoneus facultatibus, stabitur soli obligationi bonorum absque fideiussoris datione. ad idem est textus in l de creationibus.ibi,ita,vt si quidam. C.de episc.aud. in l.sciendum,in princ.ff.qui satisd.cogan.Dec.Genu.164.nu.2.

11 Limitatur † secundo, vt sufficiat dicere in iudicio, offero me paratum incontinenti exhibere fideiussorem. Imo.in l. si dubitet, in princ.ff.de fideiuss.argumento tex.in l is à quo. ff.vt in pos.leg.facit, quia mora modici temporis non consideratur. l. si in lege. §. colonus.ff.de loc. de qua aliàs dixi in tract.locati, & conducti.

12 Limitatur † tertio notabiliter vltra scribentes in locis ordinarijs, vt non procedat in spolio, & ita seruatur per Rotã, in odium spolian-

spoliantium,& attentantium,per doctrinam Bal.in cap.conquerente,in ver.in tex. ibi integre, de rest.spol. Caputaquens. decis. 150.num.7.par.1.

SVMMARIVM.

1 *Animalium depositum,an requirat consignationem.*
2 *Pecunia vbi realiter offerri debet,an & quando sufficiat in marsupio offerre,& num.3.*

QVAEST. LXXII.

1 QVid † dicendum de animalibus, & se mouentibus? Vtique in casu,vbi consignatio necessaria est, tamen in animalibus non requiritur, vt in casu l.obsignatione. C. de vsur. vt per Bal.& Sal.in l acceptam,in prima,& secunda oppositione.

Et hoc verum,quod non requiritur consignatio in sacculo,fieri tamen debet depositio in casu, vbi alias depositio requiritur, vt per Ang. in l.semel mora.ff.sol.matr. vbi Alex sub nu.7. dicit, quod quoad effectum d.l non requiritur depositio,neque consignatio,sed sufficit oblatio,vt l.qui decem,in princ.ff.de solu. & dicit hoc esse admodum notabile.subdit tamen Roma. in d.l.semel mora, quod animalia debent aliquo signo notari, nisi ex se sine signo de facili cognoscerentur,per l.stigmata. C.de fabricen. lib.11 & l.decernimus. C.de aquędu.& in l.2. C.de ser.fug.& in cap si iudex.de sent.excom.lib 6

2 Et incidenter,† in materia depositi dicit Alex. in citato loco vnum secundum eum,notabile verbum,quod vbi realiter offerri debet pecunia, videtur,quod sufficiat in marsupio offerre,per glo.sing.in Auth vt exact.instr.dot.§.illud. in verbo, contestetur. in fine,& sequitur Bar.in d.l acceptam,quod est verum si præsentibus testibus pecunia numeretur, postea in marsupio offeratur, ita notabiliter intellexit Bart. in l.cum seruus . ff.de cond.& demonst.quia alias non constat quid offerat, quoniam dubitatur, quid intus sit,vt in simili dicit tex in l.1 §.si cista.ff.deposi.sequitur Bal. in l.si ex cautione.q.7. C.de non numer. pecu. sicut potest recusare oblationem de nocte,ne decipiatur,vt dicit glo. in l.more.ff.de ferijs,& in l.si soluturus. ff.de solu.

3 Limitatur,† nisi creditor dixerit,nolo,quod mihi modo aliquo soluas; nam tunc oblatio facta in marsupio valet.ita saluando dictum Imo. & Pau.Castren. tenet Alex.in d.l.semel mora. num.8.

QVAE-

SVMMARIVM.

1 *Depositum in re propria, an consistat, & nu. 2.*

QVAEST. LXXIII.

1 SED an in re propria depositum consistere possit? vtique non, ex l. neque pignus. ff. de reg. iur. ad idem l. qui rem. ff. deposi. pulcher in proposito tex. in l. bona fides. versic. simile inquit. ff. deposi.

2 Limitatur † ista conclusio, vt procedat, si agatur actione descendente ex contractu depositi, quia ex quo contractus non tenet, agi non potest; secus si agatur remedio. l. si quis conductionis, de quo dixi late in tract. loca. & conduct. ad materiam, l. si quis conductionis, &c.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentia, an habeat locum in contractu depositi, & nu. 2.*
3 *Contractus ex postfacto, quando non necessarius.*

QVAEST. LXXIIII.

1 QVAERO, † an in contractu depositi habeat locum pœnitentia? Et videbatur dicendum, quod non, ex l. in cōmodato. §. sicut. ff. commod. l. sicut. C. de act. & obl.

2 Contrarium est verius, † cum deponens possit ad sui libitum depositum repetere, vt superius vidimus, & obligatio contracta ex contractu depositi, non est ad perseuerandum sui natura, prout accidit in multis alijs contractibus. & ita sentiunt Ci. & Bar. post Pet. ab eis allegatum in d. l. sicut.

3 Colligitur ergo, † quod regula est infallibiliter vera, quod contractus ex postfacto sunt necessitatis, si sumus in obligatione cōtracta ad perseuerandum, aliàs non, quia obligatio attenditur, non solus contractus.

SVMMARIVM.

1 *Exactum a depositario fallito per vnum ex deponentibus, an communicandum alijs.*

QVAE-

QVAEST. LXXV.

1 FREQVANS est quæstio, † plures deposuerunt pecuniam penes vnum mercatorem, & vnus deponētium fuit sollicitus in exigendo suum depositum, alij verò non exigerunt, postea mercator est effectus non soluēdo, & fortasse aufugit, nun quid exactum debeat communicari, diuidendum inter creditores pro rata? Bal. in l.fin.q.2. C.depos per illum textum, tenuit quod non, quando esset exactum per sententiam: secus si esset exactum per vim, vel nisi debitor est gratificatus illi primo, vt est textus admodū notabilis in l pupillus, & ibi Bart.ff. quæ in fraud. credit. vel nisi superueniret creditor priuilegiatus, quia tunc habetur ratio eius, & auocaretur ab illo primo, vt not. Ias. adn. odū commendans in l.inter eos, nu.3. ff.de re iudic. Vidi in simili in facto in pluribus locantibus hospitium commune pro certa annua pensione, si vnus exigat partem, an teneatur communicare socijs, posui in tract. loca. & conducti. Et colligitur etiam ex prædictis, quod nedum creditor, sed etiam debitor gratificari potest. vnde nemo contemnendus est, &c.

SVMMARIVM.

1 *Depositum restituendum disiunctiuè, quomodo restituendum.*

QVAEST. LXXVI.

1 QVis † deposuit apud aliquem, & dixit, restitui Titio, aut Seio, poteritne restitui vni sine alio? Vtique non, Bal. in l. penul. nume. 6. C. de verborum significatione.

SVMMARIVM.

1 *Depositarius, an teneatur ad lucrum.*

QVAEST. LXXVII.

1 DEpositarius † lucratus cum deposito restituit lucrum cum re deposita, an possit repetere? si soluit per errorem iuris repetit; secus si per errorem facti. Bald. in l.1. quæst. 10. C. pro soc.

soc. Alex. in l. si non sortem, in fine. ff. de cond. indeb. Milis. in verbo, depositum.

SVMMARIVM.

1 *Reliquorum appellatione, an veniat pecunia deposita.*

QVAEST. LXXVIII.

1 QVæro, † an appellatione reliquorum, veniat pecunia depósita, nondum tamen exacta? vtique non. glo. & ibi apostil. in l. Offidius. ff. de lega. 3.

SVMMARIVM.

1 *Conductor dicens contractum inualidum, an audiatur non facto deposito mercedis.*

QVAEST. LXXIX.

1 QVæro, † Conductor, seu locatarius vult dicere contractum inualidum, an audiatur non facto deposito mercedis? posui in tractatu locati, & conducti, parte sexta, col. 58.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia data in commendam, an dicatur vacare.*

QVAEST. LXXX.

1 QVAERO, † Ecclesia est data in commendam, an dicatur vacare? & videbatur quod sic, per c. 1. de depos. Secundo per textum in c. ne quis arbitretur, vbi si tradideris in depositum gladium tuum, & postea efficiaris furiosus, quod non teneor reddere. Tertio facere videtur textus in c. 1. de præscript.

Contrarium est verius, vt Ecclesia per commendam vacare nõ dicatur, & sic in præscriptione non subducatur tale tempus. glo. Fran. & alij in cap. nemo, de elect. lib. 6. Card. in clem. fin. col. penul. q. 12. de procu. ra. & commenda est Canonicus titulus, de quo in c. d. dum, il secondo, de elect. & facit fructus suos, vt late deducit

ducit Gui. Papę. q. 152. vbi respondet ad omnia pro contraria parte adducta, & allegata.

S V M M A R I V M.

1 *Depositum, cuius periculo pereat.*

Q V AE S T. L X X X I.

1 QVAERO, cuius periculo pereat depositum? & regulariter consignantis, nisi ex iusta causa quis recusauerit recipere. Panor. cons. 56. lib. 1. Calcan cons. 14. ante finem, Ias. cons. 74. in fine, lib. 1. Dec. cons. 543. col. fi. faciunt not. per Afflic. decis. 150. & 172. de quibus superius vidimus. Tiraq. de retrac. conuen. §. 4 glo. 6. num. 34. Cag. in l. 2. num. 111. C. de pact. inter empt. & vendit. Fus. in singularibus suis, littera D, num. 30. Sebast. Med. reg. 6. num. 25.

S V M M A R I V M.

1 *Deponere obligatus, deponendo minus legitimè, an excusetur?*

Q V AE S T. L X X X I I.

1 AN † obligetur deponere in fine anni penes idoneam personam, vel inuestire, deponẽdo minus legitimè liberetur, vel post annum, consuluit Burs. cons. 112. lib. 1. A quo habes inter alia, quod promittens inuestire, vel deponere sub obligatione bonorum, censetur promittere conseruationem indemnitatis, ex Paris. cons. 110. num. 9. vol. 1. Secundo quod obligatus deponere non liberatur cedendo actiones contra nouum depositarium.

Et quando depositum fit ad alicuius cautionem, ille citari debet. Cur. Iun. cons. 28. in principio.

Et debitor deponendo non liberatur, si quis confiteatur pecunias accepisse, Ias. cons. 9. num. 15. lib. 1. & cons. 216. in princ. vol. 2. vbi ponderat illa verba, effectualiter soluantur, & iuramentum. Rol. cons. 53. num. 38. & cons. 63. num. 29. vol. 1.

S V M M A R I V M.

1 *Debitor deponendo, an liberetur ab interitu.*
2 *L. Iulianus, §. offerri, limitatio.*

QVAEST. LXXXIII.

1 QVaero; † an debitor deponendo liberetur ab interitu? & videbatur quod sic, ex l. obsignatione. C. de solu. Distinguendum videtur, aut sumus in debitore speciei, & elegit in depositarium personam diligẽtem communi reputatione, & tũc liberatur, l. argentum, & l. cum qui, cum ibi not. ff. commo. aut sumus in debitore quantitatis, prout emptor in pretio debito, & tunc subdistinguitur. aut depositum est purum, & absolutum cõ libera potestate recipiendi quando voluerit, & tunc deponendo liberatur, & procedit dispositio l. obsignatione. aut depositum est cum aliqua reseruatione, puta emptor deponit pretium exbursandum, si res vendita tradatur, & tunc periculum est ipsius. Ita Castren. in l. si soluturus, in fine. ff. de solu. dicens esse casum notabilem, & perpetuo menti tenendum.

2 Et sic † infertur limitatio ad l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. emp. si enim neuter ex cõtrahẽtibus velit incipere à traditione illius, quod debet fiat depositũ, sed in hoc est differẽtia: quia si emptor deponat pretium ex quo est debitor quantitatis, & depositũ non est absolutum, per interitum non liberatur, per prędicta, sed iterum deponere tenetur, quod fortasse considerabile est.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus, an sit idoneus depositarius.*

QVAEST. LXXXIIII.

1 SEd † an fiscus sit idoneus depositarius? utique non, ex quo conueniri non potest. Bal. in l. sententia. C. de fideiuss. glo. in l. 2. in prin. ff. qui satisd. cog. Afflict. decis. 88.

SVMMARIVM.

1 *Citatus ad videndum deponi in uno loco, si fiat in alio, quid agendum.*

QVAE-

QVAEST. LXXXV.

1 FVIT † citatus quis ad videndum deponi in tali loco, postea depositum est factum in alio loco, subsisterne? & vtique non. Cag. ad l. 2. nu. 113. C. de pac. inter emp. & vend. dicēs, ita consuluisse pro emptore: nam citatio fuerat facta apud acta, & postea depositum fuit factum in domo citat. l. aut qui aliter. vbi Bar. ff. quod vi aut clam Feli. in c. 1. col. fi. de iud. Abb. ibi. con suluit. col. 1. de offic. deleg. &c.

SVMMARIVM.

1 *Venditor quem iudicem adire debeat in deponendo.*

QVAEST. LXXXVI.

1 VEnditor † volefacere oblationem, & depositum cum Iudicis auctoritate, quem Iudicem adire debet, suum, vel emptoris? & vtique suum. Bal. in haceoprama. col. 5. C. de vsu. sequitur Alex. cons. 103. nu. 5. lib. 5. Cag. ad l. 2. nu. 113. vbi Io. Lup. §. 4. nu. 114. C. de pac. inter empt. & vend.

SVMMARIVM.

1 *L. quicunque, C. de apoc. publ. an procedat in deposito.*

QVAEST. LXXXVII.

1 DIspositio † l. quicunque. C. de apoc. publ. lib. 10. an procedat in deposito. Et vtique non, respondit Crau. consi. 313. col. 3. vers. 6. considera. nam recipiens dicitur tacite consentire, quę ratio non militat in deposito, quod quandoque fit contra voluntatem creditoris. Menoc. de præsump. lib. 3. præsumptio. 140. nu. 31. quod in tribus oblationibus posui in trac. loca. & conduc.

SVMMARIVM.

1 *Contractus quis sit, si dicatur amico, tolle hanc pecuniam.*

QVAEST. LXXXVIII.

1 PVLCHRA est apud Doctores indagatio, † si aliquis dicat amico tolle, sume hanc pecuniam, quis contractus appellari possit? & multorum fuit opinio, depositum dici. ita glo. & Bal. in l. dies sponsaliorum, §. 1. ff. depos. Castren. in l. cum quid. nu. 9. vbi Alex. nu. 11. Curt. iun. nu. 17. Alciat. nu. 38. Bolog. nu. 63. Gozad. in hoc. ff. si cert. pet. ea potissimum ratione, quia præsumitur id, quod fauorabilius est. l. cum de indebito. in principio. ff. de probat. Depositum verò admodum fauorabile est. l. penult. C. depos. & superius suo loco diximus.

Alij dixerunt esse contractum innominatum, vt per Roman. in d. l. cum quid. nu. 16. Alciat. nu. 38. Zas. nu. 42. & in lib. sing. intellectuum. cap. 13. ex l. 1. ff. de præscrip. verb.

Tertij dixerunt nullum esse contractum, vt per Fulgos. in d. l. cum quid. nu. 8. vbi quod detur actio possessoria retinendi. Imo. in l. a Titio. nu. 4. de verborum oblig. ea ratione, quia hæc sit nuda traditio, ex qua dominium non transfertur. l. nunquam nuda. ff. de acquir. rerum dominio.

Alij dixerunt esse donationem, vt voluit Menoch. de præsumption. lib. 3. præsumpt. 34.

Quarta fuit opinio communis, esse contractum mutui. Cin. in l. incendium. C. si cert. pet. Bart. Ang. & Castr. in d. l. cum quid, vbi Alex. nu. 12. Ias. nu. 19. Dec. in 1. lect. nu. 27. in 2. nu. 53. vbi Curt. iun. nu. 16. dicit hanc esse communem opinionem. Butr. cons. 16. Rom. cons. 138. nu. 3. & 290. nu. 6. ex l. certi conditio. §. quoniam. ver. numerari. ff. si cert. pet. Crauet. cons. 106. nu. 11.

SVMMARIVM.

1 *Depositum, an præsumatur, si Scholaris tradat pecuniam mercatori.*

QVAEST. LXXXIX.

1 QVAERO, † si Scholaris tradat pecuniam mercatori, quid præsumendum? & vtique depositum. Bal. in l. incendium. in fine, C. si cer. pet. Dec. in l. cum quid. in 1. lect. in fine, ff. si cert. pet. & in 2. nu. 53. & vtique reiecta opinione Castr. sed ne sit potius pro debitoribus nostris, quia pauci Scholares habent pecuniam deponendam.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Contractus depositi, an possit dari vsurarius.*

QVAEST. XC.

1 SEd † an contractus depositi possit dari vsurarius? & vtique sic, & ex coniecturis apparebit, & per solutionem interesse, & similia. Bero. consi. 158. nu. 16. 27. & 28. vol. 1. Bursat. cons. 257. num. 5. vol. 1. Rim. sen. cons. 218. num. 38. vol. 2. Cur. iun. cons. 299. num. 10. vol. 3. Borgni. decis. 13. numero 8. & 52. parte 2.

SVMMARIVM.

1 *Fructus ad quem spectent in pacto de retrouendendo a die facti depositi.*

QVAEST. XCI.

1 QVæro, † in venditione cum pacto de retrouendendo fructus ad quem spectent? vtique pro rata temporis à die facti depositi ad deponentem. Cuma. Ias. & Soc. ad l. qui Romæ in prin. ff. de verb. oblig. Tiraquel. de retrac. lib. 1. §. 7. glo. 4. num. 6. Bero. quest. 98. Goza. in l. 2. q. 16. C. de pact. inter emp. & vend.
* & hæc est commu. opi. Anch. q. 15. num. 11. par. 1. Rolan. cons. 37. num. 11. lib. 1. Ioseph. decis. Perus. 2. & Luc. 7. nu. 4. Did. var. resol. libr. 1. capitu. 25. numero 7. Caualc. de vsufruct. numero 244.

SVMMARIVM.

1 *Depositum an veniat in generali quietatione.*

QVAEST. XCII.

1 QVæro, † an in generali quietatione veniat depositum? vtique non, quia de hoc nō videtur cogitatum. Fran. Marc. decis. Delph. 146. par. 1.

SVMMARIVM.

1 *Nouatio, an dicatur induEta, si mutuum transferatur in depositum, vel è contra.*

QVAEST. XCIII.

1 QVaero, † an inducta dicatur nouatio si debitum ex causa mutui transferatur in causam depositi? vtique sic. Bald. cons. 128. col. 2. vol. 2. Anto. Gabr. de noua. conclu. 1. num. 63. Ronchegal. de duob. reis. 1. 3. num. 19. Ioseph. de Ludo. concl. 4. col. 3. fallen. 4.

SVMMARIVM.

1 *Deponenti nomine pupilli pecunias ad distribuendum pauperibus post mortem pupilli, si eo mortuo de mandato Episcopi deposuisse fateatur, an credatur.*

QVAEST. XCIIII.

1 SI quis † deponat pecunias nomine pupilli, & stipuletur quod pupillo mortuo depositarius distribuat pecunias amore Dei, si mortuo pupillo deponens fateatur deposuisse de mandato Episcopi, an ei credatur? & vtique non, respondit Corne. consil. 139. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Tradens instrumenta simpliciter, quid agere videatur.*

QVAEST. XCV.

1 TRado † Sempronio instrumenta fine aliquo titulo, quid agere videar? Respondetur, quod consideranda est qualitas personæ, penes quam dimittuntur: nam si erat procurator, & solitus hoc officium exercere, videor dimisisse ad agendum, arg. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu, & habitat. aliquando videor duntaxat deposuisse, vt si eram absfuturus, & dimisi penes amicum vel mercatorem, quia non est verisimile, quod voluerim cedere actiones, vel procuratorem constituere, cum se in talibus non exerceant: aliquando videor debitum remittere, vt si tradam debitori met, vt l. Labeo. ff. de pact. facit l. 1. C. de dona. Castren. in l. Mauia. ff. sol. mat.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Sententia, an subsistat, si petatur depositum, & probetur commodatum.*

QVAEST. XCVI.

1 AGens † in libello ad centum ex causa depositi, si in processu probetur commodatum, sententia ex eadem instantia fieri potest. Spec. de sen. prol. § qualiter. versic. quid si quis libel. Rom. commendat cons. 21.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor, an teneatur de prorogatione in causa depositi. & nu. 2. & 13.*

QVAEST. XCVII.

1 DEPOSVI † penes campsorem, vel mercatorem centum aperto deposito, non clauso, neque consignato, qui fideiussorem dedit de restituendo infra annum, si volens recuperare eius precibus dimittam pro alio anno cum responsione certi lucri ignorantibus fideiussoribus, & in termino mercator efficiatur non soluendo, tenebuntur ne fideiussores?

Videbatur pro fideiussoribus dicendum, & quod sit facta nouatio. arg. l. nouationem. ff. de fideiuss.

2 Contrarium † est verius, quia immo sit facta simplex prorogatio, nec discessum a primaeua obligatione, nisi expresse cõtrarium sit conuentum, & ex quo depositum fuit apertum videtur data licentia vtendi, & licitae vsurae peti poterũt, & dabitur actio depositi. ita Rota decis. 859. in antiq. commendat Soc. cons. 21. vol. 1. Benuen. de mercat. tit. de decre. par. 5. in prin.

3 Est casus frequens, † & practicabilis, & quotidie dicimus, *lasciameli tenere vn'altro anno, che non perderanno tempo*, & licite petitur lucrum, & interesse, nec sapit vsurariam prauitatem.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, quod contra depositum possit opponi exceptio banni, valet.*

QVAE-

QVAEST. XCVIII.

1 QVAERO, † an in curia mercatorum valeat statutum, quod in depositis eorum non opponatur exceptio banni? & vtique non. Bal. in l. recepititia. col. fin. versi. item non possunt statuere, C. de consti. pecunia.

SVMMARIVM.

1 *Duo rei debendi, quomodo liberentur in contractu depositi.*

QVAEST. XCIX.

1 PVLCRA est quæstio, † est factum depositum penes duos in solidum; Conuenitur vnus tantum, qui depositum negat, adhibetur alter in contestem, & deponit nullum esse depositum, an ei sit fides adhibenda? & videbatur quod non, quasi in causa propria deponat. l. nullus. C. de testib. cum improbato instrumento eueniat, vt is non teneatur creditori depositi nomine, & sic commodum reportat ex hac eius depositione.

Contrarium videtur verius, vt per Corne. consi. 61. col. 4. lib. 3. nam licet probaretur depositum fuisse factum, non sufficeret, vt ipse conueniri posset, nisi probaretur conuersum in vtilitatem ipsius.

Contrarium sentit Rochegal. de duob. reis. l. reos. 11. in princ. nu. 51. vt ipsius testimonium nullatenus admittatur, cum soluenti contra conreum repetitio detur.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor, an sit liberatus facto deposito per debitorem.*

QVAEST. C.

1 POne, † quod eram tibi debitor in centum, pro quibus dedi fideiussorem, quo stante adueniente tempore solutionis obtuli tibi debitum, deposui, & consignaui, & sic videtur sublata obligatio, si reaccipio pecuniam, poteritne fideiussor conueniri? Specul. in tit. de fideiuss. §. 1. versic. quid si obtuli, nu. 20. tenet, quod

non,

non, quia iam est extincta prima actio. l. acceptam. C. de vsur.

Et vltra eum facit, quia res simul extincta amplius non reuiuiscit, l. quæ res, §. aream, ff. de solut.

Contrarium sentit Marsil. de fideiuss. quæst. 58. num. 372, quia non dicitur factum, quod non durat factū. l. item, §. quod si actor. ff. quod cuiusque vniuersi. nomi. noc. in l. si pro parte, §. versum. ff. de in rem verso. 1

Et facit hæc ratio, quia si debebas mihi decem, & dedisti fideiussorem, & obligasti bona tua, post hoc datus fuit fundus in solutum a Iudice, qui fundus est euictus, & tu non es soluendo, ope saltem restitutionis datur regressus contra Iudicem, Spec. de fideiuss. §. 1. colum. penult. nu. 24. qui casus passim occurrit in facti contingentia.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia mutuata, vel deposita per patrem nomine filij, filio donata videtur.* 1

QVAEST. CI.

1 QVAERO, † an pecunia mutuata, vel deposita per patrem nomine filij, videatur donata filio? vtique sic, & ad eum pertinet, & talis donatio confirmatur morte patris. Bal. in Authent. ex testamento, nu. 7. C. de collation.

SVMMARIVM.

1 *Nummi depositi, an dicantur esse in loco.*

QVAEST. CII.

1 QVAERO, † an nummi depositi dicantur esse in loco? vtique non, si sunt depositi, vt mutuentur: secus si vt ibi perpetuo sint, Bart. per illum textum, quem ad hoc reputat valde notabilem, in l. si corus, §. 1. ff. de legat. 3.

SVMMARIVM.

1 *Legans depositum penes se factum, quid non debet legare.*

QVAE-

QVAEST. CIII.

1 QVAERO, † dicit testator, lego centum, quæ apud me deposita sunt, quid videatur legare? vtique tanquam pecuniam in genere, non autem tanquam certam speciem, nisi exprimat locum, vbi sunt, s. quos habeo in arca. glo. in l. 1. & ibi Bar. in fine. ff. de dote præle. Cast. in l. si seruus plurium, §. 1. ff. de leg. 1. commendat Ias. in l. talis scriptura, in princ. nu. 16. de leg. 1.

SVMMARIVM.

1 *L. conductores, C. loca. an procedat in depositario.*

QVAEST. CIIII.

1 QVAERO, an remedium l. conductores, C. loc. habeat locum in depositario? & vtiq; sic, Bald. in d. l. conductores, quem sequitur Pont. de spol. lib. 1. cap. 11. nu. 102. fol. 19.

SVMMARIVM.

1 *Depositum secundum nullum, an tollat primum validum.*

QVAEST. CV.

1 QVAERO, † an per secundum depositum nullum, & inualidum tollatur primum validum? vtique sic, Alex. cons. 75. col. fin. nu. 7. vol. 7. per glo. & ibi Bart. in l. Emilius Largianus, de mino. Martianens. cons. 47. nu. 15. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Depositarius, an in dubio præsumatur idoneus.*

QVAEST. CVI.

1 AN † in dubio depositarius præsumatur idoneus? vtique non, & obliganti incumbit onus probandi, Martianens. consil. 47. nu. 16. volum. 1.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Depositum, an valeat, nulla præcedente obligatione.*

QVAEST. CVII.

1 AN † depositum valeat, nulla precedente obligatione? vtique non, l. Lucius. 2. vbi Bart. ff. deposi. l. si ex pretio, vbi no. C. si certum petatur. Hieronym. Gabr. consil. 43. numero 29. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Depositi causa, an habeat priuilegium prælationis.*

QVAEST. CVIII.

1 AN † causa depositi habeat priuilegium prælationis? vtique præfertur cæteris personalibus, Papiens. in form. act. hipothec. in ver. deposito, per l. si ventri. §. in bonis, de priuil. creditorum.

SVMMARIVM.

1 *L. si quis in tantam. C. vnde vi, an competat depositario.*

QVAEST. CIX.

1 AN † remedium l. si quis in tantam. C. vnde vi, competat depositario? vtique sic, contra extraneum, secus contra dominũ, penes quem est dominium, & possessio. Ripa, in cap. sæpe. numero 77. de restit. spol. Menoch. de recuper. poss. remed. 9. q. 12. nu. 184. vbi limitat; nisi depositarius interuertisset domini possessionem.

SVMMARIVM.

1 *Maritus intricatus, an possit cogi per vxorem ad fideiubendum.*

QVAE-

QVAEST. CX.

1 MAritus † est vti fideiussor varijs debitis implicitus, poterit ne per vxorem cogi ad deponendum dotem in tuto etiam constante matrimonio? vtique sic. Ang. in l. in personam. §. qui pecuniam, ver. caueas. ff. de pact. vbi hoc dictum tãquã singulare extollit Iac. de S. Geo. & de facili, in facto occurrit.

SVMMARIVM.

1 *Clerico fatenti habuisse à concubina pecuniam depositam, an credatur.*

QVAEST. CXI.

1 CLericus † fatetur habuisse à concubina nomine depositi scuta centum, an ei sit credendum? vtique non, aliter non constito, sentit Dec. per discursum, consi. 132.

SVMMARIVM.

1 *Depositario, an competat remedium l. fin. C. vnde vi.*

QVAEST. CXII.

1 NVnquid † depositario competet remedium l. fi. C. vnde vi? vtique non. Rip. in cap. sæpe, numero 60 de restitut. spol. Menoch. de recup. poss. remed. 13. quęst. 15. numero 94.

SVMMARIVM.

1 *L. si post perfectam. C. de euict. declaratur.*

QVAEST. CXIII.

1 QVæro † ad materiam l. si post perfectam. C. de euict. an ante acceptationem creditorum & illorum designationẽ, & lite superueniente allegare emptor deponens pecuniarũ retentionem, & ea vti possit? respondetur, quod sic, ex quo interim remanet dominus pecuniarũ depositarum, Dec. cons. 543. in fine.

Tiraquel.

Tiraquel. de retract. conuen. §. 4. glo. 9 nu. 16. vnde fauorabilem exceptionem retentionis allegare poterit, iuxta l. si in area, vbi plene not. ff. de cond. indeb. l. si me, & Titium. ff. si cer. pet. Castr. cons. 46. vol. 2. Rot. nouissima Roma. decis. 281. nu. 10. par. 2.

SVMMARIVM.

1 *Heres, an teneatur ponere in inuentario res depositas.*

QVAEST. CXIIII.

1 QVAERO, † an hæres debeat in inuentario ponere res depositas, & commodatas? vtique sic. Ang. in l. si de eo. §. forte. nu. 4. & ibi Castr. nu 4. Imola, nu. 1. Rom. nu. 3 Alex. de
* communi, num. 3. & Claud. in princ. ff. de acquir. poss. Castr. in l. fin. §. cum igitur, num. 5. & ibi Ias. nu. 3. in 3. requisi. C. de iu. delib. Rol. cons. 73. num. 27. par. 1. Rota Rom. nouissima decis. 72. num. 5. par. 2.

SVMMARIVM.

1 *Creditor, an possit recusare depositum.*

QVAEST. CXV.

1 QVAERO, † an creditor possit recusare depositũ, vel oblationem? & vtique sic, & faciendo ex iusta causa oblatio,
** vel depositum nihil operantur. Rui. de magis communi, cons. 113. lib. 1. late Anto. Gabr. de solu. conclu. 8. nu. 1.

Declara, vt non sufficiat tacite, sed requiratur expresse recusatio, Rolan. cons. 53. nu. 37. lib. 1. Tiraquel. de retract. conuen. §. 6. gl. 4. nu. 22. in fine. Seisell. in l. si mora, nu. 10. ff. sol. matr. Cassan. cons. 41. nu. 3. in fine, Ias. in l. si ita quis. §. Seio cauit. num. 20. de leg. 1. Boer. decis. 124. nu. 29. Rota Rom. nouissima decis. 71. nu. 9. cum seq. vsque in finem, par. 2.

SVMMARIVM.

1 *Depositarius contumax, qua pœna puniendus.*

QVAEST.

QVAEST. CXVI.

1 QVAERO, † Depositarius est contumax, nec potest priuari possessione, quia non habet, quid agendum? vtique fit sequestrum de rebus depositis, argumento l. de pollicitationibus, ff. de pollicit. & l. si oleum. ff. de dolo, per quæ ita tenet Bal. in l. cõsentaneum, sub nu. 10. vers. sed quid si. C. quomodo, & quando Iudex, vbi limitat, nisi nominet dominum in iudicio, si autẽ nominet, procedatur iuxta formam, l. 2. C. vbi in rem act.

SVMMARIVM.

1 *Hæres, qui alimentauit non deposuit, an dicatur seruasse mentem patris defuncti.*

QVAEST. CXVII.

1 PONE, † quod pater in testamento leget pro dote filiæ mille exbursanda cum erit nuptui tradita, & interim mandet deponi, & ex fructibus alimentari, si hæres alimentauerit, sed non deposuerit, an teneatur ad illud plus, quod fructassent, si depositum factum fuisset? vtique non, si non fuit constitutus in mora per interpellationem. Cast. cons. 238. par. 1.

SVMMARIVM.

1 *Depositarius pignorum iudicialium contumax, an carcerari possit.*

QVAEST. CXVIII.

1 AN † depositarius pignorum iudicialium executorum, si non statim restituit, carcerari possit? vtique sic, ad circuitus euitandos. Rebuf. de lit. oblig. art. 6. glo. 3. nu. 18. tomo 1. Vincen. de Ann. sing. 145.

SVMMARIVM.

1 *Depositi geminati operatio.*

QVAE-

QVAEST. CXIX.

1 QVid † operatur depositum geminatum? vtique sicut vera, & realis solutio, Ias. consi. 20. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, facto deposito, quomodo intelligenda.*

QVAEST. CXX.

1 EST † commissa causa appellationis cum clausula, facto deposito, quomodo hoc erit intelligendum? vtique primo loco fieri debet depositum penes personam eligēdam per Iudicem ordinarium, qui tulit primam sententiam, & debet esse persona facilis exactionis, & in loco, vbi facienda est solutio, & est facta condemnatio. Borgni. decis. 26 par. 2. vbi etiam ponit quod coram Iudice ordinario depositum fit ante litem contestatam, & post, coram vero Iudice delegato post litem contestatam tantum.

SVMMARIVM.

1 *Depositarius clerici, coram quo conueniendus.*

QVAEST. CXXI.

1 QVAERO, † depositarius clerici opponit, quod vult conueniri corā suo Iudice laico, auditurne? vtique sic. Tiraq. de iu. consti. limi. 26. par. 3. Mars. de fideius. nu. 311. vers. pone, aliquis. Bal. in auth. habita. nu. 25. C. ne fil. pro pat. Borgni. decis. 26. num. 7. par. 2. vbi allegat in contrarium, quod scripsi ad reg. cum quid. sed si videas locum citatum, nullū verbum de hoc.

SVMMARIVM.

1 *Depositarius, an teneatur soluere sine mandato principalis.*

QVAEST. CXXII.

1 AN † depositarius teneatur soluere sine mandato principalis? vtique non. Pate. decis. 277. par. 1. vbi quomodo præsumatur mandatum.

SVMMARIVM.

1 *Depositum, an liceat recipere propria auctoritate.*

QVAEST. CXXIII.

1 VTrum † liceat recipere rem meam apud alium depositam? vtique non. l. si quis. C. depos. in conscientia tamen licet, si depositario nullum damnum possit euenire. Sum. Angeli. in vers. furtum, nu. 42.

SVMMARIVM.

1 *Venditio si fiat cum pacto ne exeat manus tuas, an poteris deponere vel commodare.*

QVAEST. CXXIIII.

1 SI † vendo tibi rem cum pacto, ne exeat manus tuas, an poteris commodare, vel deponere? vtique sic, quia manus importat dominium, quod non transfertur per commodatum, vel depositum, vt suo loco dixi. ponit add. ad Dict. Alber. in verbo, extra. posui in trac. loc. & conduc.

SVMMARIVM.

1 *Depositum an sit, si dicatur, tolle hanc rem.*

QVAEST. CXXV.

1 PVlcra est quæstio, † in qua ex Doctoribus quod vnus dixit, alter reiecit, si dicatur, tolle hanc rem, an sit depositum, vel alius contractus? & considerandi sunt duo casus principales.

Primus

Primus est, si quantitas sit parua, dans sit diues, & accipiens pauper, præsumitur donatio, c. & si quæstiones. de simoni. vbi Bal. & Abb. reputant singularem. eodem modo nobilitas, & diuitiæ faciunt præsumi donationem. Bal. in l. 1. ff. ad Velleianum. glo. in l. sed si ego. in fine. ff. eodem. in l. vxori. §. 1. ff. de legatis tertio. in l. si filij. C. de donatio. inter virum, & vxo. Baldus in l. 2. C. de dona. ante nupt. & in leg. 2. quæst. 1. C. de iure dotium.

Fallit hic primus casus in prælato Ecclesiæ, secundum Bal. in l. etiam. C. de fideiuss.

Secundus est casus, cessantibus istis coniecturis, & si fiat numeratio præsumitur mutuum, aliàs numeratione non concurrente præsumitur depositum. But. Fel. & alij in cap. si cautio, de fi. instrumen. vbi Feli. sub lim. 1. num. 5. latè Ias. in l. cum quid. num. 19. ff. si cer. pet. vbi hanc quæstionem notabilem appellat.

SVMMARIVM.

1 *Scriptum in libro mercatoris se esse debitorem simpliciter, in quam causam intelligatur.*

QVAEST. CXXXI.

1 IN † libro nummularij, siue bancarij reperitur scriptum, debeo Sempronio centū, ex qua causa in dubio sit præsumēdū? & vtique depositum. ita Io. And. ad Spec. in tit. de deposito. But. & Abb. vbi Fel. num. 13. lim. 8 in cap. si cautio, de fi. instrum. dicens hanc quæstionem disputasse quendam solemnem Doctorem antiquum, & ita consuluisse, vbi limitat, nisi ex præcedentibus præsumatur causa, argumento l. si quis ex argentarijs. §. si iustum. ff. de eden. & l. Titius. §. idem respondit. ff. de verb. obligat.

SVMMARIVM.

1 *L. si pecunia, ff. de legat. 1. declaratur.*

QVAEST. CXXXII.

1 TExtus † est notabilis in materia depositi, loquens in l. si pecunia. ff. de leg. 1. quod depositarius potest grauari fideicommisso, & habet exceptionem cōtra heredem petētem,

per quem dicit ibi notabiliter Bald. & cum eo est communis opinio vbi Ias. attestatur sub nume. 2. quod dispositio l. 3. C. de noua. non habet locum in vltima voluntate, sed in contractibus tantū, nam habens vtiles ex vltima voluntate præfertur habenti directos, & debitor etiam extra illos tres casus semper potest tueri se exceptione aduersus heredem habentem directas, & Bal. ibi reputat notatu dignum, & esse suum nouum dictū à nemine tactū.

SVMMARIVM.

1 *Deponens pecuniam ad negociandum, vel deponere solitus, an interesse petat.*

QVAEST. CXXVIII.

1 QVæro † aliquis deposuit pecunias ad negociandum, vel est solitus deponere, a possit petere interesse? ad materiam l. si sterilis. § cum per venditorem. ff. de act. emp & vtique sic. Castren. in l. diuortio, num. 6. ff. sol. mat. Alex. cons. 200. col. 1. vol. 6. Craue. cons. 89 nu. 4. Rui. consi 55. vol. 2. Alciat. cons. 320. numero 1. late de communi Bursa. cons. 68. numero 11. volu. 1.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de ret rouendendo cum deposito, an operetur.*

QVAEST. CXXIX.

1 QVæro, † an pactum de retrouendendo per hæc verba conceptum valeat, vt facta oblatione, vel deposito res sit inempta? vtique sic. Cur. sen. cons. 12. numero. 9.

SVMMARIVM.

1 *L. extat. ff. quod met. cau. an procedat in deposito.*

QVAEST. CXXX.

1 AN † dipositio l. extat. ff. quod met. cau. procedat contra capientem propria authoritate rem depositam? vtique sic, vt ibi per Alber. col. pen. in fine. versi. item quæritur. Menoch. de recup. numero 5. quæst. 5. numero 21.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Moneta deposita si diminuitur, vel alteretur, cuius periculo sit.*

QVAEST. CXXXI.

1 SAnctissimus Pontifex Gregorius XIIII. † hoc anno 1591. constitutionem promulgauit, qua mandauit, vt baiocchi, vt vulgo dicitur, currerent, & expenderentur ad quinque quatrenos, cum per prius currerent ad quatuor tantum, ex qua promulgatione in materia depositi ortę sunt multæ lites, & disceptationes iudiciales, & inter alias, multi debitores audito fumo constitutionis promulgandæ fecerunt multa deposita ante realem publicationem de baiocchis ad quatuor quadrantes tantum citatis creditoribus ad depositum recipiendum, qui contradicebãt de fumo futuræ iã imminentis promulgationis, quęritur quid iuris? Duo principaliter dicebantur contra debitores sollicitos ad deposita, quod si ipsi iam erant in mora ante promulgationem, quia iam tempus ad resoluẽdum erat elapsum, depositum nõ releuat, sed augmentum baiocchi cedit ex mora damno ipsius. Bart in l. Paulus, col 2. vers secundo modo. ff. de solu. Butr. in cap. quanto, col. 4. vers. vltimus casus, & ibi Abb. col. 5 vers. item scias procedere Anchar col. 2. vers quarto quæro, de iureiur laté Purpura. ad l cum quid. num. 166 ff. si cer. pet. Rebuf. in l. 2. C. de vete. numism. laté declarans Anto Gab. de solutio. concl. 9 Secundum quod licet constitutio in loco non esset tẽpore depositi promulgata, tamen si debitor habebat aliquem fumum futuræ de proximo promulgationis, dicitur deposuisse in fraudem vnde non releuat, Host. in c quanto, col. 3 vers si autem diminutæ, de iureiurãn Bal in l acceptam. q. 17. C. de vsu Dom. cons. 137 columna 1. vers excludo casus non dubios. Io. Ant cons. 17. col fin vers nam ipse princeps. Confirmatur hæc conclusio ex opinione illorum, qui volunt constitutionẽ ligare ante promulgationem data scientia. Prob. in c. 2 nu. 27. de rebus Eccles. non alien Feli. in c. cognoscentes, lim. 2. & 4 de constitu. vbi Ripa in rub. nu. 42. vers. secundo infertur. Gra. cons. 49. num. 36. vol. 2. Paris. cons. 49. numero 5 volum. 4.

Videtur autem opinio contraria magis communis, vt constitutio non liget etiam scientes ante publicationem. Bald. in l fin. in fine. C. de caduc. tollen. vnde si tempore, quo Põtifex fecit consti-

cutionem fit in camera, & audiat, adhuc non ligatur nisi post publicationem. Barba. in c. 2. num. 67. de constitutio. & hanc dicit ** magis communem opinionem Anto. Gab. de lege, & constitutio. concl. 4. sub nu. 6.

Et negari non potest, quin debitor dicatur in fraudem fecisse, & animo decipiendi, si habito fumo cucurrit ad depositum.

Vnde subintrat declaratio, quando cũ scientia concurrit fraus ad alterius detrimentum, vt egregiè docuit Bart. in lege, contra legem ff. de leg. in l. quæro. ff. de act. emp. quod cum quidam in Palatio versaretur, cognouit legem esse factam, non adhuc promulgatam, quod frumentum viliori pretio venderetur, vendidit iste frumentum alteri eo non certiorato de lege sancita, & propè diẽ promulganda, an iste venditor teneatur ad interesse emptori, quem scienter fraudauit? & dicit Bar. quod sic, in citatis locis, cuius dictum singulare appellat Rom. sing. 286. nũquid si sum. Ang. & Castren. in l. 1. §. fin. ff. de act. emp. Feli. in c. cognoscentes. col. 4. de constit. Barb. cons. 56. col. 2. & cons 66. col. 6. volum. 2. Benuen. Strac. in titu. de sponsio. vers. item quæro, Vincentius, &c.

Considerandum tamen est circa hanc Bar. doctrinam, quæ ab omnibus singulariter commendatur, quod illa non procedit in omni casu, sed venit limitanda. Primo vt procedat, & habeat locum in illis cõtractibus, in quibus proceditur de bono, & æquo, prout in contractu emptionis, & venditionis, in quo & bona fides exuberare debet: secus est in sponsionibus, & ludis, & similibus casibus, vt egregiè declarat Didac. in reg. peccatum. par. 2. §. 4. num. 6.

Vbi etiam subdit circa animæ iudicium, si venditor conscius futuræ promulgationis vendat non pretio moderando, sed pro eo, quod tempore veditionis erat iustissimum communi opinione ad nihil regulariter tenetur, licet denunciatio sit signum perfectionis hominis, vt late per Diuum Thomam, 2. 2. q. 77. artic. 3. Alexan. ab Alex. lib. 6. Genia. dierum, c. 1.

Sic æstimauit Cic. lib. 3. offic. Honesti Ciuis officium non esse cariori pretio annonam vendere, cum sciat naues maximã quantitatem adducturas. late Domi. a Sot. de iusti. & iure. lib. 6. q. 3. artic. 2.

Declaratur secundo, si emptor verisimiliter scire potuit id, q̃ sciuit venditor, puta legem permulgandam, quia sibi imputet, vt sentit Dec. cons. 115. col. 3. prout in casu, de quo agitur inferri potest: nam rumor propalabatur penes omnes legem promulgandam, meritò cogitandum videtur.

SVMMARIVM.

1 *Depositum rem alienam habens si emat eam, an præscribat.*

QVAEST. CXXXII.

1 Nvnquid † habens rem alienam in depositum, si postea emat ab eodem præscribat? vtique sic. Bal. in l. alienum seruum. C. de furt. vbi Castren. dicit esse notabile verbum. Et fortasse verum de iure ciuili, secus de iure canonico, ex not. in regul. possessor. libr. 6. Balb. de præscript. part. 6. cir. prin.

SVMMARIVM.

1 *Deponere obligatus penes idoneam personam, vel infra annum, an liberetur deponendo minus legitime, vel post annum.*

QVAEST. CXXXIII.

1 AN † obligatus deponere in fine anni penes idoneam personam, vel inuestire, liberetur deponendo minus legitime, vel post annum? Habes cons. Burs. 112. lib. 1. quod non, ex cuius discursu & multa habes in materia depositi.

Primum est, quod promittens inuestire, vel deponere sub obligatione cum refectione damnorum, censetur promittere conseruationem indemnitatis. Paris. cons. 110. numero 9. volu. 1. per no. in l. fi. in fi. ff. si cer. pet.

Secundum, quod depositum regulatur, vt mutuum, cum sit pecuniarum in genere, & depositarius assumit in se periculũ, ex l. Lucius. la prima. ff. depos. Rom. cons. 509. Neuiz. cons. 48. num. 10. & tenetur de leuissima culpa. Dec. in l. cõtractus. n. 5. ff. de reg. iu.

Obligatus deponere pro cautione alterius cedendo actiones non liberatur, arg. l. nam & si. §. fi. ff. depos. nec liberatur deponẽdo penes personam idoneam, quam ex fide Principis reputabat idoneam, vel alio iusto errore, sed semper remanet obligatus. Alberic. Castr. & alij, in l. [illegible]. §. cum seruum ff. si cert. pet. pulcre Alba. consi. 3. numero 4. volu. 1.

SVMMARIVM.

1 *Libellus in actione depositi, quid continere debeat.*

QVAEST. CXXXIIII.

1 Qværo, † libellus in actione depositi, vel commodati, quid continere debet? vtique non, rem dari, sed restitui tantũ, cum dominium remaneat penes deponentem. Beninca. post alios, in §. omnium. numero 342. de act.

SVMMARIVM.

1 *Contractus emptionis celebrati coram eodem Iudice, & testibus, an dicantur correspectiui.*

QVAEST. CXXXV.

1 Qværo, † celebrati sunt coram eodem Iudice, & testibus, cõtractus emptionis, & depositi, an dicantur correspectiui? vtique sic, & vnum causa alterius confectum, & ob id pacta & conuentionem adducta vni censeri repetita in altero. Corn. cõs. 61. col. pen. lib. 3. Meno. de psump. lib. 5. pręsũp. 1. nu. 8.

SVMMARIVM.

1 *Debitor cum fideiussione si tempore solutionis debitum consignet, deindeque illud recipiat, an fideiussio reuiuiscat.*

QVAEST. CXXXVI.

1 Eram † debitor tuus, puta in centum, & dedi fideiussorem: adueniente tempore solutionis, obtuli debitum, deposui, & consignaui: & sic videtur fideiussor liberatus, si reaccipio pecuniam depositam, an reuiuiscat obligatio fideiussoris?

Videtur quod non, quia res semel extincta, amplius nõ potest rẽuiuiscere. l. quæ res. § area. ff. de sol. & ita tenet Spec. de fideiuss. §. 1. versi. quid si obtulit.

Contrarium tenet Mars. de fideiuss. q. 58. num. 371. ex vulgari regula, quod non dicitur factum, nisi duret, &c. sed hęc ratio procede-

cederet inter easdem personas, sed quid ad fideiussorem iam vere ipso iure obligatum, si debitor reaccipiat pecuniam pro suo libito, debetne hæc culpa alteri obesse?

SVMMARIVM.

1 *Deposito acceptioneque per Notarium factis, non facta apocha, aut ea non comparente, an sufficienter probetur, si Notarius dicat consignasse pecuniam depositam præsentibus socijs.*

QVAEST. CXXXVII.

1 QVAERO, † erat factum depositum, & erat facta acceptatio per Notarium non facta apocha, aut ea non compa- 1 rente, an sufficienter probetur? vtique si Notarius dicebat consignasse pecunias depositas, præsentibus socijs, istud est instrumentum publicum coram testibus factum, cui plena fides adhibetur. Rota nouissima, in vna Romana de Pichis.278.par.3. lib.2. vbi etiam illud aliud dicit in materia depositi, quod assepens statim depositum factum, idque apud acta, liberatur, ita vt parti aduersæ omnis actio adimatur contra eum.

SVMMARIVM.

1 *Depositum mulieris nomine factum in dotis causam, an pro soluendis debitis hæreditarijs mariti prædefuncti præsumatur.*

QVAEST. CXXXVIII.

1 QVAERO, † est factum depositum nomine mulieris, idq; in causam dotis, an præsupponatur factum pro persoluen. debitis hæreditarijs mariti prædefuncti? vtique non, sed mulier est habenda creditrix ipsius, Rota nouissima decis.221. nu.1. par.3.lib.3.

SVMMARIVM.

1 *Milite Hierosolimitano deponente pecuniam ad montem, reseruatis fructibus, vt filio naturali proprietas cedat, defuncto, cedit illi naturali pecunia illa.*

QVAE-

QVAEST. CXXXIX.

1 QVIDAM † miles Hierosolimitanus habens filium naturalem, deposuit pecuniam apud montem, reseruatis fructibus, eo fine, vt filio naturali cedat proprietas, defuncto deponente cui cedunt pecuniæ depositæ? Vtique filio naturali, non Religioni, Rota nouiss. 389. pàr. 3. lib. 3. vbi num. 3. subdit, quod mandatum factum procuratori ad exigendum pecunias depositas nomine filij excludit alios ab earum vendicatione.

SVMMARIVM.

1 *Contractus fœneratitio si iuramentum est interpositum, an conclusio aliquo modo retardari possit.*

QVAEST. CXL.


1 EST † interpositum iuramentum in contractu fœneratitio, an aliquo modo possit retardari solutio? Cautela datur, vt pecuniæ deponantur penes Iudicem, vel notarium causæ, & alta manu per suam sententiam mandare exbursari soluenti, data cautione per debitorem recipientem de restituendo in casu succumbentiæ, in causa appellationis, & sic consulitur iuramento, & viribus eius, & indemnitati partis. Borgni. decis. 13. nu. 56. par. 2. & licet authoritates per eum allegatæ omnes, in terminis non concludant eius intentionem, tamen innuunt, quod Iudex præueniat ante peccati consumationem, & quam maxime Capic. decis. 75. nu. 2. & Roland. consil. 88. nu. 14.

Tractatus de Deposito, Finis.

TRA-



TRACTATVS DE OBLATIONIBVS PARS PRIMA.



SVMMARIVM.

1 Oblatio est necessariaria, & quadrupliciter. num. 2.

Quæstio Prima.



1 VAERO primo loco, † an oblatio sit necessaria? Videbatur quod non, ex l. si quis maior. C. de transact.

2 Contrarium est verius, prout ex infra dicendis apparebit; † nam quandoque est necessaria ad tollendum cursum vsurarum, quandoque ad actionem parandam, quandoque ad constituendum in mora, quandoque ad moram purgandã, quando impedit distractionem pignoris, & latius inferius apparebit ex l. si quis maior. quæ non est sic inique intelligenda, quin mora purgari possit, vt suo loco dicam.

SVMMARIVM.

1 Oblatio vt releuet, in quo loco facienda.

Obla-

2 *Oblationis locus congruus, quis dicatur.*
3 *Oblatio solutionis expensarum, vt releuet, in loco facienda est, vbi iudicium est agitatum, & facta condemnatio.*

Quæstio Prima de Loco.

1 QVARTO secundo loco, † quo in loco faciẽda sit oblatio, vt releuet, & Bal. in l. acceptam. q. 2. nu. 13. C. de vsu. tenet simpliciter in loco congruo, per tex. in l. si soluturus. ff. de sol. Addo bonum tex. in l. mora. ff. de vsu.

2 Sed † quis dicatur locus congruus? Bal. in l. acceptam. num. 2. dicit hoc esse in Iudicis arbitrio per illum tex. clarius hoc explicat Afflic. in c. 1. num. 21. ex quibus cau. feu. amit. Iaco. Menoc. de arb. Iud. lib. 2. cent. 3. casu 232. num. 9. per l. si reus paratus. ff. de proc. Tex. autem in l. obsignatione. C. de sol. aperte declarare videtur locum congruum esse locum solutioni destinatum, punctando litteram secundũ vltimam expositionem glo. & in l. mora. ff. de vsu. glo. declarat locum congruum, vbi quis inuitus conueniri potest ad soluendũ, nec attenditur quod sit locus domicilij, sed quod ibi conueniri possit: sequitur quod datur locus domicilij absque eo quod ibi cogi possit ad soluendum, & datur locus, vbi quis potest cogi ad soluendum, licet non sit locus domi-
3 cilij. Et † oblatio solutionis expensarum fieri debet in loco, vbi iudicium est agitatum, & facta condemnatio, aliàs non releuat, Caputaquen. decis. 342. par. 1. & 405. num. 3. par. 2. Borgni. decis. 26. sub nu. 3. par. 2. vbi generaliter loquitur, quod oblatio est facienda, vbi est facta condemnatio, & facienda solutio.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio ad domum, an sufficiat.*

Quæstio Secunda de Loco.

1 SED † nunquid oblatio ad domum sufficiat? vtique sic. l. scire debemus. §. qui autem. ff. de excu. tut. l. aut qui aliter. §. & si forte, & ibi glo. & Bar. ff. quod vi aut clam. l. 4. §. prætor ait. & ibi Bar. & alij ff. de dam. infec. Tiraq. de retrac. lignager. §. 9. gl. 2. nu. 1. & seq. vbi multa requisita late discurrit pertinentia ad hanc citationem.

Addo Vant. de nullitate, & defectu citationis. nu. 88.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Oblatio in Ecclesia fieri, an sufficiat.*

Quæstio tertia de Loco.

1 QVAERO, † an oblatio in Ecclesia fieri possit? † videbatur dicendum quod non, ex c. decet, § fi. de immunit. eccl. lib. 6. & hanc opinionem tenuerunt Ang. & Fulg. in l. 2. ff. de in ius vocan. & Fab. in l. præsenti. C. de his, qui ad eccl. confug.

Contrarium tenet gl. in d. l. præsenti, & ibi Bart & in d. § plerique. Federic. de Sen cons. 224. Bart in tract. de citat. colum. 1. q. 1. Bald. in l. 2. quæst. 2. C de sacrosanct. eccles. & in l. etiam. colum. 5. vers. sed etiá alligere, C. de exec. rei iud. vbi ad hoc dicit notabilem textum in d l. præsenti. & in c. cum parati, per illum text. de appellat. & in sua margarita, in ver. citatio, vbi dicit singularem
* textum in allegata l. præsenti, & hæc est commun. opinio. Tiraq. de retrac. lignaier ad fin. tit. sub num. 82. attestans in oblatione vti, vt plurimum, actu extraiudiciali nullam habere difficultatem, & passim obseruari.

Nec obstare videtur text in d. cap. decet. ibi, omnis secularium negociorum strepitus conquiescat, quia hodie non obstante hoc citatio, quæ est actus iudicialis, in ecclesia fieri non prohibetur, prout ex supra alleg Doctoribus constat.

* Addo quod hanc eandem opinionem dicit commu. Maran. de ord. iudiciorum, par. 7. nu. 129.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio in loco inhonesto facta, an valeat.*

Quæstio quarta de Loco.

1 QVAERO, † an oblatio facta in popina, lupanari, vel alio inhonesto loco valeat? & videbatur quod non, argum. l. si cum dies, §. si arbiter. vers. sed si in aliquem inhonestum locum, &c. vbi partes per arbitrum adesse cogi non possunt.

Verum in hoc distinguendum videtur, aut enim persona, cui facienda est oblatio est conditionis, vt ibi inhabitare soleat, & oblatio tenet: aut nõ est solita ibi inhabitare, & tunc oblatio non tenet,

tenet. si enim fiat adolescenti, dum cum meretrice est, esset actus ad perditionem. Afflic. de iure protomis. in ver. quod si per 20. col. 4. ver. & quoniam. Tiraq. de retrac. lignaier. ad fin. tit. nu. 85. Bene facit l. si verò non remunerandi, §. si adolescens. ff. mand.

Et generaliter locus periculosus non est idoneus ad oblationem faciendam, secundùm Bal. in d. l. acceptam, q. 2. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio, quo tempore facienda.*

Quæstio tertia principalis de Tempore.

1 QVAERO tertio loco principaliter, † quo tempore facienda est oblatio? & vtique congruo tempore, vt dicunt iura de tempore superius adducta, & allegata.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio de nocte facta, valet. limitatur tamen, nu. 2.*

Quæstio secunda de Tempore:

1 QVAERO, † an oblatio facta de nocte valeat? hoc tetigi superius in tract. depositi, & vtique non, quia creditor tempore noctis posset incurrere aliquod periculum, vt per Alberic. in l. more. colum. 1. de ferijs. Bald. & Ang. in l. obsignatione. C. de sol. Bald. in l. fin. colum. fin. C. de fideicommis. Salic. in l. non minorem, C. de transac.

2 Limita, † nisi nox esset vltimum momentum temporis, quia tunc fieri poterit. Tiraq. de retract. lignaier. §. 1. glo. 11. num. 12. vbi etiam tenet non teneri de nocte recipere propter periculum improbæ monetæ.

Limita secundo, prout sentit Tiraquel. de retract. lignaier. ad fin. tit. nu. 86. in fine. & cogita super eo.

Et consequenter infertur, quod oblatio fieri poterit vltimo temporis momento. late Tiraq. de retract. lignaier, §. 8. glo. 2. numero 2. in fine.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Oblatio die feriata in honorem Dei, an fieri possit.*
2 *Actus iudiciales qui possint, & qui non die feriata in honorem Dei expediri.*

Quæstio tertia de Tempore.

1 QVAERO, † an oblatio fieri possit die feriata in honorem Dei? & vtique sic, cum sit actus extraiudicialis, nullã requirens causæ cognitionem, atq; in mero facto consistẽs, per tex. vbi no. omnes in l. 1. §. nunciatio. ff. de no. ope. nunci. in l. miles. §. sexaginta. ff. de adul. Hostien. in sum. de fer. §. qualiter distinguatur. Alb. in l. illud, col. 2. vers. circa tertium. C. de sacrosan. eccl. Federi. de Sen. cons. 146. diffinitiua. Bart. in l. filiusfamilias. § fi. & ibi Ias. circa med. ff. de verb. oblig. tradentes pro regula protestationem, interpellationem, & similes actus fieri posse die feriata in honorem Dei. Bal in l. in contractibus §. fi. C. de nõ nume. pecu late Alex. cons. 26. col. 4. vers. tertio corroboratur. lib. 6 plenius Feli. in c. cum M. Ferrarien. col. 10. vers. secunda declaratio. vbi Ripa, nu. 146. de cõsti. late Tiraq. de retrac. lignaier. ad fin. tit. num. 78.
2 Quidam † igitur sunt actus Iudiciales, in quibus est necesse Iudicem loqui, & hi non possunt expediri die feriata in honorem Dei: quidam verò sunt actus Iudiciales, in quibus non est necesse Iudicem loqui, sed tantum eius præsentiam requiri, prout eius insinuatio, & similes, & isti possunt expedire die feriata in honorem Dei. Ang. in l. omnium, circa medium. vers. ego addo illud. C. de testamen.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio vsque quò fieri possit.*

Quæstio quarta de Tempore.

1 QVAERO, † vsque ad quod tempus possit fieri oblatio? & vtique vsque ad sententiam, vel conclusionem in causa, & non post. ita in facti contingentia respondit Bald. consi. 50. lib. 1.

per l.si rem pignoratam,§.fin.ff de pig act. sequitur, & comprobat Tiraquel.de retrac.lign.tier.§.8.glo.7.no.12. Contrarium tenet Ripa,ad l.quod te,nu.2 a.ff.si cer.pet.in hipothecaria autem fieri potest post sententiam tam a debitore,quàm a secundo creditore possessore,cum eam non impugnet. Spec.de obl. & solu.§.1.vers.quid.Bald.in l.fin.ff.quibus mod.pign. Aretin. in §.item si quis.colum. fin.de act.Ias.in l.si res obligata. col.fin. de legat.1. Negus.de pign.memb.3.par.5.nu.51.vbi late.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio cui facienda. & nu.3.& 4.& si non extet cui soluatur, quid requiratur, nu.8.9.10.& 11.*

2 *L.si reus paratus,de procur.materia,singularissima, & vt ei locus sit plura sunt necessaria, num.5.*

6 *Debitorem interpellare ad soluendum extra iudicium, bonum & honestum est.*

7 *Debitor non habens cui soluat, an teneatur ad vsuras.*

Quæstio quinta de Persona.

1 VIDIMVS de loco,& tempore: videamus modo de persona, † cui facienda sit oblatio, & vtique ei, qui potest solutionẽ recipere, & offerentem liberare, l.si reus paratus.ff. de procur.per quam ita tenet Bal.in l.acceptam.q 7. C.de vsur.

2 Et † quoniam materia l.si reus paratus.ff.de proc. est singularissima, secundum Castr. ibi, licet eius materia alibi poni commode posset,non separando materias ponam in præsenti.

3 Et primo loco † dicendum videbatur contrarium illius, quod ibi decisum fuit; nam ibi in culpa videtur, nam fuit requisitus a domino præsente, & recusauit soluere,propter quod dominus dimisso procuratore ad agendum se absentauit, vnde nihil est,quod imputetur domino, sed ille potius videtur cogendus suscipere iudicium, & condemnationem subire, & ita in Palatijs dicerent vulgares procuratores.

4 Tamen † ibi Iurisconsultus mediam quandam viam elegit,scilicet vt excusetur a susceptione iudicij, vel condemnatione, non autem a solutione.

5 Et † plura sunt necessaria, vt sit locus illi legi, & primum, vt nõ sufficiat verbalis oblatio dicendo, sum paratus soluere. l.prætor ait,§.si quis paratus.ff.de no.oper.nũc, vnde debet portare pecu-

niam

diam secum, vt ibi Cast. dicit. Secundum debet numerare coram Iudice, nec portare in marsupio, quia hoc modo posset ignorare, nec esset tota, vel etiam pecunia congrua, & currens, & in hac oblationis materia, hoc est vnũ principale dictum, quod nõ sufficiat oblatam pecuniam in marsupio portare, nisi numeratio precedesserit, ita Bar. in l. cum seruus. ff. de cond. & demonst. & ibi Castren col. 2 nu. 5. Ias. in l. Titia textores. col. 2. versic. 3. addo ff. de lega. 2. Rom. cons. 352. col. 4. Papiens. in for. libel. in causa venditionis, in ver. suprascriptum, Marsil. sing. 479. Ias. cons. 172. col. 2. vol. 1. Ripa in l. si insulam, nu. 68. ff. de verb oblig Capic decis. 29. Roland. cons. 53. nu. 16. vol. 1. & hæc est verior opinio, à quã nullatenus est recedendum, vt dedicit Cagnol. ad l. 2. num. 13. vbi Io. Lup. § 3. nu. 105. C. de pact inter emp & vend. ex latissime deductis per Taraquel. de retract. § 4. glo. 6. nu. 18. vsque ad 47. Tertium est, quando non interesset actoris, vt ad iudicium procederetur, vnde si propter moram necesse habuit creditor recolligere instrumentum, conducere procuratores, quod non fecisset si debitor in tempore soluisset, tunc non euitabit iudicium, nisi refectis expensis per l. si cum dies, cum l. seq. ff. de arbitr.

6 Vnde † bonum, & honestum est primo extra iudicium interpellare debitorem ad soluendum liquidam Iberus. ff. de seru. vrban. præd. lite debitores. C. de pig. l. si manumissori. C. de obseq. patro. præstand.

Quæstio Subalterna.

7 VNDE difficultas non modica est inter Doctores, an si debitor non habeat cui soluat, teneatur ad vsuras, oriturque difficultas prædicta ex textu in l pecuniæ ignebris, §. fin. l. cum quidam, § pupillo, ff. de vsur. l. 4. §. fin. ff. de lege commis. quod quando non adest cui soluatur non constituitur debitor in mora, & per prædicta iura plene tradit Alex. cons. 92. perspectis, lib. 1. latius Aret. cons. 163.

8 Aliæ † vero leges in contrarium videntur, quod nõ existente cui soluatur, requiritur protestatio, oblatio, & depositio, vt dicit textus in l. ait prætor. §. sed hodie. ff. de minor in l. habeo. ff. de naut. fœno. in l. fin. ff. de lege commis. per quæ iura ita tenet Bar. in d. l si reus paratus. Castr. & Alex. in l ad diē. ff. de verb. oblig.

9 Quare † distinguendum videtur, aut cursus vsurarũ nondum cœperat, & tunc si est cui offeratur, sola oblatio sufficit: si verò nõ est cui offeratur sine aliqua allegatione, securus erit debitor, &

ita procedat textus, cum glo in l. pecuniæ fœnebris, §. fin. in l. 4. §. fin. ff. de mino. nec isto casu requiritur dicere soluere, si esset, qui reciperet. Aut cursus vsurarum iam cœperat currere, & in istis licet non reperiatur creditor, non excusatur debitor, sed requiritur oblatio, depositio, & consignatio. ita Bauer. in tract. de mor. par. 3. colum. antepenult. quem late sequutus est Vinc. Franc. dec. cit. vltima, par. 1.

10 Et † pro debitoribus absentium dicit Bald. in d. l. si reus pareus fiat aliqua proclamatio, postea adeant iudicem, & deponant per not. in l. si eo tempore. C. de distrac. pig. sequitur Corn. cons. 312. colum. fin. lib. 4. Bertrand. consil. 320. colum. 2. lib. 2. Tiraquel de retract. lignaier. §. 9. glo. 3. nu. 4. vbi facta procuratori non releuat, nisi in subsidium.

11 Adde etiam † quod illa protestatio, cum creditor non reperitur sit de consilio tantum, Dec. consil. 566. num. 5. late Riminal. iun. cons. 52. nu. 60. Roland consil. 87. nu. 18. lib. 1. Mago. Rot. Lucen. 78. sub num. 4. Put. decis. 8. par. 1.

SVMMARIVM.

1 *Oblationis ad esse, requiritur, quòd sit integra: limitatur tamen, nu. 2.*
3 *Error in modico non nocet, quo ad pœnæ incursum, & quando modicus defectus circa pœnam & eius incursum sufficiat, nu. 4.*
5 *Emphiteuta debito modo offerendo excusatur a pœna caducitatis pluribus modis, nu. 8. & 9.*
7 *Oblatio sola verbalis sufficit domino recusante.*
10 *Oblatio pura esse debet, vt operetur.*
11 *Soluere obligatus par caponum, viuos tradere debet.*
12 *Vocatus in iudicio ad certam summam si fateatur se in minori debitorem quam obtulerit soluere, idq; deposuerit, cum conditione non exbursandi nisi facta quietatione generali, an ad id creditor cogatur.*
13 *Confessio diuidi & in parte acceptari potest, quando contra offerentem sit aliqua præsumptio.*

Quæstio sexta de substantialibus Oblationis.

1 QVÆRO, † quæ requirantur ad esse ipsius oblationis? & quidē oblatio debet esse integra, ita vt si deficeret vnus nummus non releuaret. Veron. cons. 46. col. 2. ver. præterea si apparet, per id, quod notabiliter scribit Bald in cap. consequente. col. 1. per illum textum, de rest. spol. vbi spoliator nō audi-

ditur

ditur, si vnus tantum nummus deficiat, idem tenet Ias. in auth. qui rem. col. 5. C. de Sacrosan. Eccles. in l. sancimus. col. 3. in 8. am pliat. C. de iud. & cons. 162. col. 2. ver. secundo principaliter, lib. 4. Dec. cons. 34 & in l. fi. col. fi. C. de eden. amplians idem esse in refectione expensarum, & libelli mutatione, & proprius in termi nis Ang. in l. acceptam, col. 1. in 2. notab. vbi Sal. col. 2. ver. constat autem, & ibi Castr. col. 1. C. de vsur. per l. quamdiu. C. de distra. pig. & est bonus textus in l. 2. C. deb. vend. pig. imped. non poss. ibi, si vel modicum de sorte, vel vsur. & in l. obsignatione, C. de so lu. ibi, totius pecuniæ, late Tiraquel. de retract. conuen. §. 4. glo. 6. num. 23. cum seq. Addo Alex. in l. si seruus communis, in prin. ff. de vulg. & pup. Ripa, in l. quod te, nu. 22. vbi Camil. Plau. lib. 3. num. 81 Lup. de vsur. coment. 2. § 3. num. 104.

2 Limita, † si illud modicum esset omissum per errorem, quia non præiudicat. Alex. consi. 16. col. 6. versi. præterea illud. lib. 3. Barb. in proœm. Clemen. in vtraque lect. Ias. in auth. qui rem. col. penul. ver. intellige tamen. C. de Sacrosan. Eccl. per l. quamuis. ff. de condi. & demon. quam ad hoc propositum dixit singularem Bald. in l. pro hæreditarijs. C. de hæred. act. in l. obseruare. §. profi cisci, nu. 33 de offi. procon. & leg. & in l. omnem, col. 2. C. ad Tertul. & in l. 1. C. de solu. vbi dicit singularem, & menti tenendum.

3 Sublimita, † vt error in modico non noceat, quoad incursum pœnæ, secus in alijs, vt late deducit Tiraq. in citato loco, nu. 50.

4 Verum † & circa pœnam, & eius incursum, vt modicus defe ctus sufficiat, tenet post alios, Ias. in l. 2. q. 26 nu. 34. C. de iu. emphi. & in auth. qui rem, num. 16. C. de Sacrosa Eccl. Ant. Sicu. con si. 36. in fine. vol. 2. Goz. cons. 69. num. 8. & ita tenuit Roca, in vna Bononiensi locationis, vt per Caputaquens. decis. 300. par. 1. Facienda est ergo oblatio vt releuet, etiam de interesse. Bal. in l. acceptam oppo. 6. & q 18. etiam de expensis litis, & gabella per creditorem solutis Sal. in l. 2. C. si antiq. cre. etiam de pretio de terminationis. Bal. in l. 2. C. de cond. furt. nisi partem tantū reus fateatur, & eam offerat, nisi simus in libertate, vel pia cā, vel sint debita ex diuersis causis à principio cōtracta, & bene principa lis, vel nisi simus in emph. Principis. l. placuit. C. de colla. fun. par tim. li. 10. vel in pretorijs stipulationib. l. si seruus, §. si plurimū. ff. si quis cau. vel ī debitore soluere nolēte pro vno ex duob. fideiusso rib. Bal. in l. acceptā. oppos. 7. vel in cōpēsatione, l. eī, C de cōpen. vel in debitore legis, vel publico, vel in diuersis locis, & sic vno verbo habes materiā l. quidā extimauerunt. ff. si cer. pet. reassump tā per Negus. de pig. par. 3. mēb. 3. nu. 19. cū seq. vnde oblatio si-

ne effectu parato aduersario pecuniæ partem recipere non rele-
uat. Rota nouissima decis. 913. lib. 3. par. 1.

5 Emphiteuta † igitur excusatur à pęna caducitatis, si debito mo do offerat.

6 Primo † quod oblatio sit realis, glo. in l. 2. in verbo, secundũ legẽ. C. de iu. emphit. q̃ est cõmuniter recepta, vt ibidẽ testatur Sal. num. 37. & ibi Ias. nu. 182. Soc. cõs. 118. in fine. vol. 4. Spec. in tit. de loc. §. nũc aliqua, q. 34. nu. 45. & Ioã. And. ibi. Redo. de reb. Eccles. nõ alienñ. q. 23. c. 3. nu. 34. Iul. Cla. in §. emphit. q. 8. ver. pone, qđ emphit. Dec. cons. 650. nu. 15. Viui. commu. opi. lib. 1. opin. 234. & magis communem dicit Emanu. in suo thesau. recep. sent. in verbo, oblatio, num. 1. cum seq. Corbel. de priua. emphit. limit. 37.

7 Bene verum est, † quod sola verbalis oblatio sufficit domino recusante, vt suo loco dicam de verbali oblatione.

Secundo, quod sit facta legitimo loco, & tempore, vt superius diximus, vnde facta de nocte, in itinere, in mari, dum funus familiare prosequitur, in loco non conuento, vel solutioni non destinato, nihil releuat. Bal. in l. cum quidam, num. 8. C. de cond. insert. Grat. cons. 93. nu. 75. vol. 1. excusat tamẽ aliter facta Caputaquens. decis. 371. par. 1. videas.

8 Tertio, † si solutio facienda est in pecunia debet esse in usu, & non reprobata in loco, in quo solui debet, ad no: per Dec. consi. 668. Tiraquel. de retract. Lignaict. §. 1. glo. 20. nu. 11. Val. q. de suc cess. creat. lib. 2. §. 17. requisi. 24. sub num. 66. ver. decimo intelligitur. Borgni. decis. 16. num. 40. par. 2.

Quarto, quod fiat de tota summa, prout dictum fuit.

9 Quinto † talis oblatio fieri debet singulis annis, vel singulo biennio, aut triennio, prout qualitas emphiteusis est Ecclesiastica, publica, vel priuata. Corbel. de iu. priu. limitat 37. num. 12.

10 Pariter oblatio debet esse pura, non conditionalis, vt operari possit effectũ suum. Bal. in d. l. acceptã. nu. 14. potius in tract. depos. q. 6. Rui. consi. 119. num. 10. vers. non obstat, vbi loquitur in mora vitanda. Caputaquens. decis. 268. par. 2. Peron. cons. 41. littera B.

11 Similiter † si quis tenetur soluere par caponum, debet tradere viuos, nec liberatur tradendo mortuos, vt dixi in tract. locati, & conducti. par. 1.

Quæstio subalterna.

12 ET per hoc fuit aliàs dubitatum in Rota Genuensi † si quis in iudicio ad certam summam vocatus fateatur se in minorem debitorem, quam obtulerit soluere de ea quæ depositum fecerit,

cerit, cum conditione non exborsandi, nisi facta quietatione generali, an ad id creditor cogi possit?

Et videbatur quod sic, cum liceat oblationi, & confessioni suę conditionem apponere. Alex. cons. 221. num. 16. lib. 2. nec confessio qualificata possit diuidi, sed in totum acceptetur, vel recusetur. Bart. in l. Aurelius. §. idem quæsijt. ff. de lib. leg. Boeri. decis. 243. & 359.

13 Contrarium est verius,† nam confessio diuidi, & in parte acceptari potest, quando contra offerentem, vel confitentem sit aliqua præsumptio. Grat. cons. 6. lib. 2. cons. 58. eodem lib. & ita fuit in dicta Rota decisum, prout in dictis decisionib. decis. 95. casus si experteris, est quotidianus, & practicabilis.

Quæstio Septima.

QVæro, quotuplex sit oblatio, & de effectibus cuiusque ipsarum. & quidem alia verbalis, alia realis, alia iudicialis, alia extraiudicialis.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio verbalis non releuat, sed realis esse debet.*
2 *Oblatio non valet, nisi pecunia extrahatur, & numeretur coram testib.*
3 *Oblatio verbalis, quando sufficiat. & nu. 4. 5. 6. 7. vbi datur cautela. & vide nu. 22. vsque 25.*
8 *Oblatio talis, offero me paratum facere & adimplere omnia, ad quæ de iure teneor, tanquam confusa non releuat, nisi sit relatiua ad aliquod instrumentum, vel actum certum num. 9. alijsque modis limitatur, nume seqq. vsque num. 17.*
18 *Emphiteuta per solam oblationem verbalem a pœna caducitatis liberatur.*
19 *Emphiteuta offerendo, quando non excusetur.*
20 *Tertio offerente an releuet, si per emphiteutam non ratificetur.*
21 *Dominus directus oblationem factam nomine emphiteutæ recusare non solum potest, sed etiam depositum a tertio, qui non doceat de legitimo ad id mandato.*
26 *Oblatio sola vsurarum cursum de futuro tollit, non autem iam cœptum.*
27 *Probationibus in offerendis sufficit verbo offerre, post incontinenti probare. quod tamen declaratur, nu. 28. & 29.*
30 *Probationis oblatio facta coram mero executore, quare appellationem non iustificet.*

iu.emphi limi.37.num.4. Fran. Marc.decis.878.par.1. Capic.decis.19.num.3. Nat.cons.477.Borgni.de vsufruc.sub nume.152.& sic verbalis oblatio sumit quodammodo spiritum à repudiatione subsecuta. decis. Genuen.24.num.12. vbi in literis transmissis,& est casus frequens.

5 Sublimita primo,†quando creditor expresse recusauit, secus si tacuit. Alex.in d.l.si seruus.circa fi. Cassa.cons.41.col.1. Anto. Gab de sol.concl.8.num.2.idem si per imprudentiam recusauit, Ripa in l. quod te. num. 20.ff.si cer.pet.

6 Sublimita secundo, † quando creditor habuit iustam causam recusandi.Seisel.in d.l.si mora.num.3.Grat.cons.93.col.fi.vol.1. Vnde facta post tempus solutioni præfixum non valet. Rolã.cons. 53 num.38 vol.1.pariter facta die Dominico potest iuste recusari Joseph.in alleg.decis.pariter facta conditionaliter licet recusari potest Grat. con.93.vol.1.& tetigi pluries superius.

7 Cautela † igitur datur, vt creditor dicat, ego sum paratus recipere, vel da mihi nunc. Aret.in l.qui Romæ.in 1. notab. Alex.in d.l.si mora,col.5.vers omnes tamen. Ias.in l.2.q.34.C.de iu.emphi.in l.quidam æstimauerunt.in 2.notab.ff.si cer.pet.Alex.cons. 26 col 6.lib.3.Matthes.nota.188. Cotta id reputans singulare, in ver.oblatio,in fi Redo.de reb.eccl.q.24.vers. sed quod emphiteuta,num.35. Boer.decis.124.num.27. vbi videas.Io.de Arno. hoc valde commendans, caut. 58.

Sublimita tertio,nisi creditor offerat recipere ad bonum computum, & quietare.Rota nouis.q.975.lib.3.par.3.

Questio Prima.

8 SEd hic quæro vnum,†quod sępissime in palatijs frequentatur, offero me paratum facere,& adimplere omnia, ad quę de iure teneor, an talis oblatio releuet? & vtique non, tanquam confusa,& indeterminata. Bar.& ibi Alex.in addi.in l.penul quę incipit,creditor.ff.de distrac.pigno.Imo.in l.prętor ait. §.si quis paratus.ff.de no.ope.nun. Aret. cons.142. col.fi.vers.venio ad vltimum dubium.

9 Limitatur, † nisi esset relatiua ad aliquod instrumentum, vel actum certum, quia tunc per relationem releuat, non vt depositum,vel consignatio,sed prout operatur verbalis,vel realis in casu suo: Neguis.de pigno.in 3.memb.par.5.sub nu.17. Rolan.cons. 93.numero 41.

10 Limitatur † secundo loco principaliter in re immobili: nam in

Restringitur hæc declaratio in dubio iuris valde difficili, & intricato, quod æquiparatur dubio facti. Bal. & alij in l. cum proponas C. de reb. cred. Corn. consi. 290. vol. 2. Blan. de compromis. in 4. q prin. q. 1. & in terminis ita restringit Hiero. Gab. consi. 36. numero 64. par 1.

17 Limitatur † sexto loco principaliter hoc modo, aut loquimur de euitando aliquo præiudiciali, puta moram, pœnam, caducitatem, vel quid simile, & tunc verbalis oblatio sufficit Ripa in l. 4. §. ait prætor num. 8. ff. de re iud. in l. si insulam. num. 67. de verborum oblig. Tiraq. de retract. lignaier. §. 1. glo. 19. num. 3. Benintend. decis. 77. numero 7.

18 Vnde † emphiteuta liberatur a pœna caducitatis per solā oblationem verbalē, & hæc est commu. opi. Ias. in l. 2. nu. 182. C. de iure emphi. Viui. lib. 1 opi. 231. Iul. Clar. in §. emphiteusis. q 8. versi. sed pone. Corb. de iure emphi. limi. 37 nu. 11. & magis communem attestatur Eman. Soar. in suo thesau. recepta senten. littera O. num. 3. dicens. ad pœnas non esse tantopere festinandum. Soc. de commu. cons. 118. in fi. lib. 4. Rota Rom. nouiss. decis. 26. numero 5. par. 2.

Licet contrarium ex communi pariter asserat Cabal. Milleloq. 229. in principio.

Quæstio Secunda.

19 SEd pone quod † emphiteuta, & similes offerant, sed cum aliqua protestatione, vel reseruatione, vtique non releuat quo ad euitandam caducitatem, nisi ex iusta causa, puta litis pendentiæ super asserta re emphiteutica, vel simil. ita Parisien. in cō suet. §. 1. glo. 5. num. 22. & §. 45. col. penul.

20 Pone † quod offerat tertius, vtique non releuat si per emphiteutam non ratificaretur, nisi illius tertij aliquo modo intersit, vt late deducit Cabal. Milleloq. 229 sub num. 2.

21 Pariter † dominus directus nedum oblationem factam nomine emphiteutę recusare potest, sed etiam depositum à tertio, qui non doceat de legitimo ad id mandato Ias. in l. 1. nu. 72. C. de iu. emphit. Ripa in l. conuentio. num. 12. ff de pigno. Nat. cons. 194. numero 8. Redoa. de rebus Eccle. quæs. 19. cap. 3. Corb. de iu. emphiteu. limit. 7.

22 Sed redeundo † ad propositam limitationem circa actionem consequendam in hoc fuerunt contrariæ sententiæ; nam Bar. tenuit oblationem verbalem non sufficere, vt per eum in d. l. accepta (catchword: ptam,)

fuit opposita exceptio pacti de non petendo non consequitur absolutoriam, licet illam realiter obtulerit se probaturum, nisi coram Iudice appellationis probet pactum. Milis in vers. appellans a grauamine exceptionis, quem remissiue sequitur Lancel. de atten.par.2 cap.12. nu.40.

29 Declaratur † secundo, quando facta fuit Iudici, cui bene congruit, vel tempore, aut loco congruo. vnde appellatio extraiudicialis ex oblatione probationis non iustificatur, nisi iudicialiter fuerit facta, vt Imo.& Bart.in cap.1. de his, quæ fiunt a maio.par. Capituli.

30 Pariter † oblatio probationis facta coram mero executore appellationem non iustificat, quia non tenetur probationes recipere. Abb.in c.fin.colum.9.de præsumpt.vel in absentia Iudicis, vel contra euidentiam facti, vt latè deducit Dec.in d.c.interposita, & tangam inferius.

31 Limitatur octauo, † vt verbalis oblatio sufficiat si quis promiserit soluere in certo loco, puta Tuderti, & conueniatur Perusiæ, satis enim est quod offerat se paratum soluere Tuderti, vbi promisit, & verbalis oblatio sufficit, Bald. in d.l.acceptam. in 1.oppos.sequitur Alexand.in d.l.si mora.in 6.fallent. Negus.in citato loco, numero 8.

32 Limitatur nono vltra Negus. † in eo, qui iurauit soluere in pecunia numerata, quia ex oblatione non dicitur soluere, immo nec ex depositione ipsa, vt voluit Ias.cons.216. colum.2.vol.2. & cons.9.vers.9.vol.1.Roland.cons.53.num.44. volum.1.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio extraiudicialis post litem contestatam facta purgat moram, in moraque creditorem constituit.*

2 *Pignoris venditio impeditur oblatione extraiudiciali. ampliatur etiam si à tertio fiat, nu.3. limitaturque nu.4.*

5 *Oblatio extraiudicialis vt operetur, depositio, consignatioq; requiritur.*

6 *Offerens in iudicio si pecuniam præ manibus habeat, depositio, consignatioque requiritur.*

7 *Oblatio extraiudicialis creditorem in mora constituit, à casuque fortuito quomodo liberet. & nu.8.& 9.*

10 *Oblatione reali moræ debitoris obuiatur.*

11 *Oblatione reali quomodo cursus vsurarum impediatur.*

12 *Reali pœnæ commissio tollitur.*

13 *Oblatio realis facit euitari iudicium ab interituque rei liberat. nu.14.*

De

* Et hæc opi. est verior, & communis, Alex in l. si mora. col. 4. & in l. qui decem. in princ. ff. de verb. oblig. reiecta Bal. opinione aliter sentientis.

9 Si vero † debitor ex natura contractus tenebatur de dolo, lata, & leui culpa, per huiusmodi oblationem excusabitur a leui tantum, & tenebitur de lata, & dolo, vt per Bar. & Alex. in locis superius adductis late Ripa in l. quod te. nu. 24 ff. si cer pet. vbi dicit fieri posse etiam post sentẽtiam ad prædictum effectum liberandi ab interitu, & periculo, ac etiã offerri debere id pluris, in quo debitor fuit condemnatus ob iuramentum in litem.

10 Quartus effectus est, † quia per eam impeditur, immo obuiatur moræ debitoris, quia ea facta, si debitor nõ erat prius adhuc in mora, amplius in futurum non constituetur. l. illud. ff de peric. & commo. rei vend. habetur in d. l. si seruus seruum. §. sequitur. ff. de verb. oblig. bonus tex. in l. illud. ff. de peric. & commo. rei vendi. no. Bar. in d. l. acceptam. q. 2.

11 Quintus effectus est, † quia per eam impeditur cursus vsurarum, hoc modo distinguendo, prout etiam tetigi in tract. depos. aut cursus vsurarum nondum erat cęptus, & sine dubio impeditur. l. si pro te. & l. ex prædijs. C. de vsur. si verò cursus vsurarum iam erat cęptus, tunc per solam oblationem nõ impeditur etiam ope exceptionis, sed requiritur depositio, oblatio, & cõsignatio, & isto casu impeditur ipso iure. Bar. in d. q. 2. bonus tex. cum glo. alias per me alleg. in l. tutor pro pupillo. ff de administra. tut gl.
* notab. in l. pen. ff. de naut. fœn. & hæc est cõmu. opi. vt post alios Ias. in l. qui Romæ. §. Seia. ff. de verb. oblig. Rauen. sing. 792.

12 Sextus effectus est, † quod per eam tollitur pœnæ commissio. glo. est reputata notab. in l. pen. ff. de naut. fœn. & alia glo. pariter nota. in l. Celsus. §. fi. in ver. non committi. ff. de arbit. Bal. in d. l. acceptam. in 4. oppos. & hoc verum in pœna cõuentionali tollenda, sed ad tollendam pœnam caducitatis, quæ est pęna legalis sufficit oblatio, de qua superius vidimus, sed ad consequendam plenariam liberationem requiritur oblatio, depositio, & consi-
* gnatio. & hæc est verior, & commu. opi. attestata per relatos superius, q. 6. in ver. emphiteuta quo loco, apud allegatos scribentes ponitur hæc commu. distinctio.

Et licet tex. in d. l. pen. de naut. fęn. videatur innuere in pęna cõuentionali consignationẽ, tñ ibi prouenit ex facti serie, quæ ibi proponitur, & sic ex accidẽti potius, q̃ ordinaria iuris dispõne.

13 Septimus effectus, † quia oblatio realis facit euitari iudiciũ. l. ex iudicati. ff. iud. sol. l. si debitor. ff. de sol. late Bar. in l. si reus

paratus. ff. de procura. de qua aliás superius vidimus.

14 Octauus † effectus liberat ab interitu rei. l. si hominem. ff. de solu. Bar. in l. pretor §. si quis paratus ff. de no ope. nun. Alex. Ias. & alij in l. qui Romæ. §. Callimacus. ff. de verborum oblig. Cæteros vtriusque oblationis effectus videbimus in discursu materiæ.

S V M M A R I V M.

1 *Oblatio iudicialis totidem effectus producit, quot extraiudicialis realis.*

2 *Oblatio iudicialis dicitur siue fiat ante lit. contest. siue post, dummodo iudex sit ordinarius.*

3 *Oblatio iudicialis actionem pignoratitiam directam ponit contra creditorem ad pignus repetendum. ampliatur tamen nu. 6. & 7.*

4 *Oblatio iudicialis pignus liberat, non autem debitorem a personali obligatione.*

5 *Oblatio post lit. contest. facta sufficit die non apposita obligationi, vel solutioni.*

8 *Oblatio iudicialis post venditum pignus non releuat.*

9 *Oblatio iudicialis quando faciat euitari iudicium, & quid si facta sit procuratori generali. num. 10. & quid in tertio possessore conuento. numero 11.*

12 *Oblatio a tertio facta effectum suum producit etiam absque alio mandato.*

De Oblatione iudiciali.

1 OBLATIO † iudicialis producit omnes illos effectus, quos producit extraiudicialis realis, vt dicit Negus. in citato loco. nu. 4. Caputaq. decis. 108. nu. 2.

2 Dicitur † autem oblatio iudicialis si fiat in iudicio, siue fiat ante litem contestatam, siue post, dummodo Iudex sit ordinarius, non autem delegatus. Bal. in l. inuicem. C. de compen. Alexan. ad Bar. in d. l. si reus paratus.

3 Et vlterius † oblatio iudicialis parit actionem pignoratitiam directam contra creditorem ad repetendum pignus, l. si rem alienam. §. fi. ff. de pig. act. Bal. cons. 25. col pen. vol. 1. Castren. in l. si ante. C. de pact. inter emp. & ven. Corn. cons. 230. vol. 1. Luc. de Pen. in l. 1. col. 3. C. de suscep. lib. 10. Rolan. cons. 7. nu. 29. lib. 3.

4 Limita & declara notab. † vt oblatio iudicialis liberet pignus, non autem liberat debitorem a personali obligatione. ita declarat notab. Bar. in l. si debitor. ff. de sol. commendat admodú Castren.

stren. in d. §. fin. sed oblatio realis extra iudicium cum consignatione tollit etiã obligationem personalẽ. l. obsignatione. vbi no. C. de sol. & hæc est com. opin. Negus. in citato loco, nu. 5. in fine.

5 Limita secundo etiam notab. † quod sufficiat oblatio facta post litem contestatam, quando dies non erat apposita obligationi, vel solutioni, si autem fuit apposita per lapsum ipsius debitor fuit in mora.

6 Amplia † siue fiat ante litem contestatam, siue post. Alexand. ad Bart. in d. § fin. & in l. interdum. §. fin. ff. de verbor. oblig.

7 Amplia secundo † etiam stante pacto de vendẽdo pignus post terminum. Bald. in l. 3 C. de pig. act. vbi rationem reddit, quia si oblatio tollit principale, puta pignus, tollet & accessoriũ, quod est venditio. & negligentia offerendi vsq; ad litem contestatam inclusiue non sufficit sola oblatio postea facta, nec moram purgat. ita notab. limitat Bald. in l. & si post tres. in 5. colum. ff. si quis cautio. per glo. in l. si ita quis. §. Seia. ff. de verborum oblig.

8 Limitatur tertio, † si fieret oblatio iudicialis post venditum pignus, quia tunc non releuat. l. si quis. & ibi Bald. C. de distrac. pig. Practicando autem habetur a Bar. in d. §. fin. quod debitor vsque ad diem, in quo obtulit pecuniã temere litigauit, & sic licet postea victor in expensis condemnabitur, a die vero oblationis vsque ad sententiam temere litigauit reus, & in hoc ipse condemnabitur in expensis, & sic victor quandoque condemnatur in expensis, & in vna eadem que causa victor, & victus proportionabiliter condemnantur in expensis ad materiam l. properandum. §. & si quidem. C. de iud.

Alter effectus oblationis iudicialis est, quia absque alia depositione, vel consignatione facit euitari iudicium. Bart. & alij in l. si reus paratus, ff. de procur. Aret. in §. fin. Inst. de perpet. & temp. act. no. in l. si domus, §. in pecunia, ff. de legat. 1.

9 Declara † aut fit ante litem contestatam, aut post. primo casu facit euitari iudicium. secundo casu purgat moram, & facit reum absolui ab obseruatione iudicij. Dummodo offeratur idem, quod petitur, prout no. in d. l. si reus paratus, per l. si fundus. §. in vendicatione. ff. de pign. vbi Accurs. in vers. absoluendus. Alex. in l. interdum. §. fina. ff de verborum oblig. respondendo ad contrarium l. si insulam.

10 Ampliatur † hæc conclusio, quod oblatio habeat dictum effectum, etiam si facta sit procuratori generali, qui non habeat speciale mandatũ ad recipiendũ, iuxta l. hoc iure. ff. de sol. quia imputari debet actori, q non misit procuratorẽ idoneũ ad exigẽdũ.

Amplia-

1 Ampliatur secundo, † vt procedat non solum in debitore offerente, sed etiam in tertio possessore conuento hipothecaria à creditore, quia si offerat creditori in iudicio, euitat litis contestationem, & iudicium, per textum in l. Paulus, §. fi. & ibi no. Bar. ff. quibus mod. pig. vel hipotheca soluitur.

11 Hinc postea infertur, † quod oblatio facta a tertio producit effectum suum etiam sine aliquo mandato. Bald. Ang. Castrens. & alij in l. tale pactum, §. post diuisionem, ff. de pact. præterquam in emphiteuta modo, quo superius diximus.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio, depositio, & consignatio eosdem effectus operatur, quos oblatio realis tam iudicialis, quàm extraiudicialis, effectumque plenariæ liberationis inducit, num. 2. ac veræ solutionis vim quoad oĩa habet, nu. 3.*

4 *Depositio, & consignatio per posteriorem creditorem facta succedit in ius primi creditoris, cui offert, ac etiam sibi suum pignus confirmat.*

5 *Oblatio, depositio, & consignatio vim implementi habet, actionemque producit.*

6 *Depositum vbi fieri debeat, quando vltra oblationem est necessaria depositio, & obsignatio.*

7 *Depositum apud depositarium dimittitur, quando cum oblatione requiritur obsignatio, & depositio.*

8 *L. qui rem. §. aream. ff. de sol. intellectus.*

9 *Depositarius quando possit restituere depositum deponenti.*

10 *Creditori contra depositarium vtilis actio depositi, & vtilis in rem datur.*

De Obsignatione.

1 VIDIMVS de oblatione in se in qualibet sua specie, † restat oblatio, depositio, & consignatio, quæ operatur omnes illos effectus, quos operatur oblatio realis tam iudicialis, quàm extraiudicialis, vt deducit Neguf. ĩ citato loco, n. 8.

2 Vlterius † oblatio, depositio, & consignatio inducit effectum plenariæ liberationis, vt in l. obsignatione. C. de solu. Bart. in d. l. acceptam, quæst. 3. & in l. si debitor ff. de sol.

3 Ampliatur hæc conclusio, † vt habeat vim veræ solutionis quo ad omnia, vt not. in l. 1. per illum textum. C. qui pot. in pign. habeantur.

Ampliatur secundo, vt si pro parte fiat oblatio, depositio, & consi-

consignatio, & pro alia parte fiat compensatio, adhuc resultat effectus plenariæ liberationis, Glo. & Doctores in l. vnicam. C. de compensat.

4 Ampliatur tertio, † vt depositio, & consignatio facta per posteriorem creditorem succedat in ius primi creditoris, cui offert, & etiam sibi confirmat pignus suum, not. in l. 1. C. qui pot. in pig. habeant. in l. potior. 4. fin. ff. eodem tit. l. fina. C. de his, qui in loc. prior. cred bona gl. in l. Aristo. §. 1. quæ res pigno. oblig. pos. & ibi clare Bart. quæst. 1.

Declara hanc ampliationem, vt hæc tria copulatiue necessario requirantur, ita vt si fieret oblatio, & depositio sine obsignatione, prædictæ ampliationi nullatenus locus esset, vt late deducit Negusant. de pignor. in 3. memb. 5. par. sub numero octauo, per discursum.

5 Ampliatur quarto, † vt ex oblatione, depositione, & consignatione in contractibus innominatis habeat vim implementi, & actionem producat, quod non faceret, si hæc tria simul copulatiue non concurrerent. Bald. post Butr. in l. ex placito. quæst. 18. C. de rerum permut.

5 Notandum vlterius est, † quod quando vltra oblationem est necessaria depositio, & obsignatio, depositum fieri debet, vel apud ædem sacram, vel illum, quem Iudex elegerit, vt fugiatur culpa partium, siue creditor sit, siue debitor; cum mala electio sit in culpa, nisi ab vna ex partibus esset electa persona cõmuni opinione idonea, prout alias dixi in tract. depositi.

7 Vlterius, † quando cum oblatione requiritur obsignatio, & depositio, requiritur quod depositum dimittatur apud ipsum depositarium: nam si debitor, qui obtulit, obsignauit, & deposuit antequam creditor illud assequatur, recipiet a depositario depositum, fingitur nunquam factum, & nihil prodest debitori, quod videatur satis mirabile, quia per oblationem, depositionem, & consignationem erat extincta iam actio & sequuta liberatio, d. l. obsignatione, & actio semel extincta amplius nõ reuiuiscit l. qui rem. §. aream. ff. de sol. tamen isto casu secus est. ratio, quia per actus recuperationis depositi tollitur præcedens effectus depositionis, & consignationis. l. sed reuocata. ff. de iu. fisci.

8 Vnde †, melius sequitur ex prædictis intellectus ad l. qui rem. §. aream. ff. de sol. vt actio semel extincta, amplius non reuiuiscat, si ex plenario effectu implementi sit extincta, alias secus, vt ex prædictis colligitur: vnde non dicitur factum, quod debito tempore non durat.


9 Et sic correlatiue infertur, † quod depositarius potest restituere depositum deponenti, verum est re integra, antequam creditor illud ratificet, vel acceptet, iuxta not. in l. 3. C. de nouat. & not. Bald. in d. l. acceptam. in textualibus. in ver. receperit.

10 Et † creditori contra depositarium datur vtilis actio depositi, & vtilis in rem, vt not. Glo. in dicta l. acceptam. in ver. actione, cum qua transit ibi Bart. in fine, & Salicetus quæstione secunda.

Partis Primæ, Finis.




EIVS-



EIVSDEM TRACTATVS DE OBLATIONIBVS

PARS II.



SVMMARIVM.

1 *Offerens, an dicatur promittere.*
2 *Offerre verbum duo principaliter importat, & quæ. nu. 3.*
4 *Pollicemur sponte, promittimus rogati.*
5 *Pollicitatio absenti fieri potest.*

Quæstio Prima.



1 POSITIS aliquibus declarationibus in materia oblationis, veniam ad quæstiones, ex quibus facilior apparebit præsens indagatio, & successiue apparebunt alij effectus, & vtilitates oblationis.

2 Primo igitur quæro, † an qui offert in iudicio, vel extra, dicatur promittere? & vtique sic. l. pactum. ibi, solius offerentis promissio, & l. pollicitationib. ff. de pollicita. facit l. quidam. ff. de consti. pecu. non enim refert in hoc, an dicat promitto, vel æquipollentia verbi, ex quibus de intentione promittendi appareat. §. 1. versic. sed hoc solemni. Insti. de verborum obligat. capit in his, & c. intelligentia. de verb. signif. pulcre Alex. cons. 114. col. 1. vol. 6.

2 Verbum † igitur offerre, duo principaliter importat, primo actum spontaneum, vltroneum, & non petitum. gl. notab. in clem. sæpe. in ver. necessario. de verb. signif. pro qua bonus text. in l. fideicommissa. §. si rem. ff. de leg. 1. facit text. in c. litteras. §. præterea. de resti. spol. in c. interposita. de appel.

3 Secundo † importat præsentiam. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. emp. l. si soluturus. ff. de solu. auth. offeratur. C. de lit. contest. l. 1. C. de his, qui in pri. cred. l. si fundus. §. fin. ff. de lege commissor. l. qui decem. §. 1. de sol.

4 Et est Grammaticorum propositio; † pollicemur sponte, promittimus rogati hinc Plin. lib. 7. c. 37. spretis muneribus, & pollicitationib. Mitridaris Regis.

5 Quæ faciunt contra communes Doctorum traditiones in materia pollicitationis, quod absenti fieri possit, de qua in rub. ff. de verb. oblig. vbi Alex num. 4. Ias. num. 6. Soc. iun. num. 95. pollicitatio enim oblationem necessario requirit. l. pactum. ff. de pollici. late Vaco. lib. 5. decl. 65.

SVMMARIVM.

1 *Offerens an dicatur confiteri.*

Quæstio Secunda.

1 QVAERO, † an qui offert, dicatur confiteri? & vtique sic, c. cum olim. de cens. c. cum venerabilis. de excep. firmat in terminis, Soc. consi. 95. considerata facti contingentia. in fine. vol. 4.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio, an requirat citationem.*

Quæstio Tertia.

1 QVæro, † an in oblatione facienda requiratur citatio? & vtique sic, & data absentia fiat præconium, vt practicare docet Bar. in l. si reus paratus. in fi. ff. de proc. sentit Tiraquel. de retrac. Lignaier. §. 8. glo. 2. num. 2. Negus. de pign. in 3. memb.

memb.5.par.num.27.Sarat. ad Matthes.notab.118.nu.3. Bursat. consi 44 num.41.

Ampliatur hæc conclusio, vt si sint plures interessati, omnes sunt citandi.decis.Perus.105.nu.7.

Declaratur,vt Bar.doctrina in d.l.si reus paratus.in fi.procedat in casu,in quo requiritur depositio,& cõsignatio,vt late deducit Alex.cons.163.col.3.clarius Alex.cons.92.nu.10.vol.1.

SVMMARIVM.

1 Debitor hæreditatibiacente,quid facere debeat.

Quæstio Quarta.

1 CReditor est absens, vel mortuus hæreditate forte iacente, ita vt non appareat cui soluendum, quid facere debet debitor? in termino dicere etiam in domo propria soluerem, si haberem cui. Bart. in l item illa. numero 9. de consti. pecu,in L seruum §.nunc videamus ff de consti.pecu.Felin.in cap.2.de testibus.

Limita id verum de consilio; nam dummodo appareat de absentia, morte, vel aliis legitimo impedimento sufficit. Hostien. in tit.de loc prope fi sequitur Alex.cons.92. sub num.13. vol.1. Bal.in l.2.in fi.C.de iure emphi. vbi Ias.q 10. num.64. citans Alber in l.4.§.cæterum.ff.de dam.infec Alex.iterum, cons.171.nume.3.vol.2.Rui.cons.351.num.4.vol.1 & hæc est magis communis opin. Mandos.in praxi.signat gratiæ.in verbo,pensiones.versic.quæro destinata est.dicens,ita fuisse in Rota resolutum in vna Romana emphiteosis.

Ampliatur id verum etiam si debitor, & creditor sint diuersi fori.Dec.cons.356.num.5.Ripa de pest.par.3.sub num.23. Rube. in l.vinum.num.120.ff.si cer.pet.vbi tandem se remittit ad consuetudinem.

SVMMARIVM.

1 *Debitor an debeat ire ad domum creditoris pro oblatione facienda, & quid in emphiteuta diuersi fori, num. 2.*

3 *Emphiteuta asportare debet, si canon soluendus valde modicus esset.idē si adesset consuetudo & pactum, nu.4. id autem de pacto ampliatur, num.5.*

Quæstio Quinta.

1 SED † nunquid pro oblatione facienda debet creditor ire ad domum debitoris, vel econtra. tetigi in tract. loc. & conduc. in materia solutionis faciendæ.

2 Ampliantur † ibi dicta in emphiteota diuersi fori, & re emphiteotica non existente in foro domini directi tenetur accedere ad locum emphiteotæ, & emphiteota non dicitur in mora, nisi die statuto solutionis dominus accessisset paratus recipere solutionem, vt tradit Alber. in l. 2. nu. 22. vbi Ias. num. 92. C. de iu. emphi. per l. cum hi. §. eam. ff. de transac. Bar. in d. l. item illa. nu. 9. vers. & per hoc dico in terminis nostris. Rui. cons. 151. num. 2. vol 1. late Cag. in auth. qui rem. nu 33. limi. 12. C. de sacrosan. eccles. Abb. in c. significante. nu. 10. vbi Imo. nu. 22. de pig.

3 Limita, † si canon per emphiteotam soluendus esset valde modicus, vt accessus esset domino plus damnosus, quàm vtilis; nam tunc emphiteota asportare debet, l. sed & si susceperit. §. sed & si proponas, ff. de iud. per quam ita Bal. in l. acceptam, num. 23. Redo. de reb. eccl. non alienan. q 10. c. fi. nu. 26. mihi 446.

4 Limitatur † secundo, nisi consuetudo sit in contrarium quę attendenda est, idem si adesset pactum. Castren. cons. 34. nu. 2. vol. 1. per l. 1. §. si conuenerit, ff. depos. Ias. in l. 2. quæst. 33. C. de iure emphiteo.

5 Ampliatur † conclusio de pacto, vt procedat etiam si creditor mutaret habitationem, dummodo nimium non grauaretur debitor arbitrio boni viri. Bal. in d. l. acceptam. q. 14. per tex. notab. in l. Mæuia. §. fi. ff. de annu. leg.

Ampliatur secundo, si est appositus locus domicilij rei, quia vult soluere in domicilio actoris, & sui fauori renunciare, qui potest, secus si locus sit fauore actoris, vel vtriusque. Bal. in citato loco, per no. in l. vsuras, ff. de ser. export. renunciat igitur quis fauori proprio, non communi.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio vnica, an sufficiat, & quod sufficiat, nu. 3. idem in protestatione, & interpellatione, num. 5. quæ regula limitatur 23. modis, num. 6. 9. 11. 15. 27. 39. vsque ad finem quæstionis.*

2 *Sæpius dictio, verificatur in pluribus, quàm duobus.*

4 *Protestatio qualibet in se peremptoria intelligitur. & quando vna sufficiat.*

ficiat num. 5.

4 *Oblatio, interpellatio, & protestatio consuluntur à Doctoribus.*

7 *Mora semel contracta perpetuo durat, nisi remissa fuerit, siue purgata, numero 8.*

9 *Oblatio vnica, vel protestatio ad ius conseruandum sufficit.*

10 *Denunciatio finito officio facienda.*

11 *Protestari non sufficit tempore impedimenti, quando de iure quærendo agitur, nisi finito impedimento iterum protestatio fiat.*

12 *Protestatio prima, quando non releuet.*

13 *Dolus alicui prodesse non debet.*

14 *Venditor absens, vbi, & qualiter citandus.*

15 *Denunciationes tres requiruntur, stante pacto de non distrahendo; quæ tamen vna vice factæ non releuant dicendo, solue, solue, solue, numero 16. idem etiam est in confessione & citatione, num. 17. & alijs casibus vsque ad num. 22. declaraturque, atque subdeclaratur materia, num. 23. vsque 26.*

27 *Interpellatio trina requiritur, quando inferior superiorem interpellat, quod multis modis contingit, vsque ad num. 33.*

34 *Protestatio reiterata requiritur in impedimento proueniente Iudicis facto, nisi illud sit notorium.*

36 *Protestatio qualiter fieri debeat, quando copia Iudicis haberi non potest absentis, vel denegantis præsentiam.*

37 *Protestari semel sufficit, cũ in causa nihil remaneat, quã sentẽtiã ferre.*

38 *Protestatio tũc releuat, si recursum ad superiorem, vel alia via fieri non possit.*

39 *Temporis aliquod spatium currere debet post vnicam interpellationem, oblationem, vel protestationem.*

Quæstio Sexta.

1 QVæro, † an vna tantum oblatio sufficiat, vel plures requirantur?

Et videbatur dicendum, quod plures requirantur, ex l. qui Romæ. §. coheredes. ff. de verborum oblig. vbi tex. in ver. sæ-
2 pius, † quod verificatur in pluribus, quam duobus. l. seruos. in ver. bis, aut sæpius. C. ad l. Iul. de rep. & ad minus in duobus l. veluti. §. hæc vox. ff. de eden. l. mariti. §. qui quæstum. cum seq. ff. de adul. iuncta rub. C. si sęp. in integrum restitutio.
3 Contrarium est verius. † Bar. Alexan. & alij in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de no. ope. nuncia. in l. qui Romæ. §. Seia. ff. de

verb. oblig. Bal. in l. pen. C. de cond. inser. in l. acceptam. q. 6. C. de vsur. Negus. de pig. in 3. memb. 5. par. num. 30. Gab. Sara. ad Matthes. no. 20. 130. nu. 8. & hæc est commu. opin. Ias. ad l. qui Romæ. §. cogredes. nu 9 vbi Alex. nu. 2 idem attestatur, Fel. in c. ex litteris nu. 8. de consti. Parp in l. vnum ex nu. 42. ff. si cer. pet. Coras. in se contrarium tenens, lib. 2 Miscel. c. 6 num. 4. Eman. Soar. in suo thesau. recep. sen. littera L nu. 163. & iterum littera M. nu. 214. Tiraq. de retrac. consangui. §. 9. glo. 3. nu. 27. Camil. Plac. in l. quod te. in præfa num. 22. ff. si cer. pet. Iac. Menoc de arb. Iud. casu 320. nu. 26. pulchre Afflic. de iure protomis. § 2. nu. 12.

4 Hinc postea infertur, † quod in protestatione nemo tenetur apponere peremptorie, cum quælibet protestatio in se intelligatur peremptoria. Bar. per illum tex. in l. Titio, §. 1. nu. 3. ff. de leg. 2.

Et sequar in hac quæstione stilum, & ordinem antiquorum

5 †, confundentium, & simul miscentium oblationem, interpellationem, & protestationem, prout ex Ias. Negus. & alijs supra citatis colligere licet.

6 Limitatur igitur primo loco, † quando stat per aduersarij delictum, vel cōtumaciam, tunc vna protestatio sufficit. d. §. vsuras, quem ita intellexit Bar in l. de pupillo, §. si quis ipsi prætori, no. 6. ff. de no. ope. nun. & meliorem de iure dixit Ias. in l. qui Romæ. §. Scia. nu. 26. ff. de verb. oblig. glo. in l. mora. in verbo repetendi. ff. de vsur.

7 Declara hanc limitationem, † nisi fuerit facta remissio ex tex. in l. is qui in puteum. §. hoc interdictum. ff. quod vi aut clam sentit Bar. in l. 3. §. illud sciendum. ff. eod. Mora igitur semel contracta, perpetuo durat, nisi remissa fuerit.

8 Declaratur secundo, † nisi mora fuerit purgata. illud igitur verbum perpetuo, exponitur donec mora purgetur, prout ibi Alberi. interpretatur, ad idem tex. in cano. reperiuntur. 1. q. 1.

9 Limitatur secundo, † vt ad conseruandum ius vnica oblatio, vel protestatio sufficiat, concurrente maxime casu, vel dignitate in persona eius, cui faciēda est protestatio, vel oblatio, ex l. si intra vers. sin autem quæstus, ex l. in contractibus. §. fi. C. de non nu me. pec. qui melius probat dignitatem in persona aduersarij, quo modo sit ei succurrendum, ne tempus labatur, casus frequens, & quotidianus, bonus tex. in l. vt perfectius. C. de anna. excep.

10 Declara, † vt finito officio facienda sit postmodum denunciatio, vt sentit Bar. in d. §. si quis ipsi prætori. nu. 8.

11 Limitatur tertio, vel melius tertia fit concl. † quando agitur de iure quærendo, non sufficit tempore impedimenti protestari, nisi

nisi finito impedimento iterum fiat protestatio. ita Bart. dicens casum notabilem in d. §. si quis ipsi prætori, sub nu. 7.

12 Inferens † in materia euictionis, quod si emptor, cui mouetur lis, fuerit protestatus se non posse nunciare venditori, quia nescitur vbi sit sui colpa, l. si dictum, §. pe. de euict. eo reuerso debet nunciare, aliàs prima protestatio non releuaret, quia per reditum, & nihil dictum, videtur ab ea recessum.

Considerandum tñ est, quod vt plenius consultum, quàm fortasse fuerit a Bart. prouisum: aut. n. venditor studiose latitat, &

13 sibi imputet, † quia dolus sibi prodesse non debet, l. si ideo. ver. pñci, l. si fundo, cũ gl. ff. de euict. l. cũ successores. l. permutationis. C. eod tit. Innoc. in c. qm frequenter. de eo, qui mittitur in possess. bene facit text. in l. cũ seruũ. § si. arguendo a contrario sensu. ff. de fideicom libert. Præpos. in c sollicitudiné, limit. a nu 8. de appel.

14 Sin † autem absente venditore tutius est citare domi, vel apud amicos, & vicinos, vel per edictum, vel proclama cum insertione tenoris, & in casu possibili seruare formam Clem. causa, de elect. argumento l. hæc autem. §. non defendi. ff. quibus ex cau. in poss. eatur l. si eo tépore. C. de remis. pig. Bal. in d. l. si permutationis. C. de euict. quem sequitur Rebuf. in tit. de dilat. art. 5. glo 21. no. 44. Fulg cons. 76. Rip. in l. 4. §. voluntatem. nu. 24. ff. sol. matr. Rub. in §. morte. nu. 45 1. Aufrer. ad Tholos. 407. in fine. est ni fallor, bonus textus in l. aut qui aliter, §. si forte, ff. quod vi, aut clam. latè in materia. Iac. Menoch. de arbit. iud. lib. 2 cent. 3. casu 227.

Limitatur quarto, vt non procedat in casu l. 4. ff. de pign. act.

15 † vbi stante pacto de non distrahendo trina denunciatio requiritur, nec vna sufficit.

16 Declara, † vt istę tres denunciationes vna vice factæ, non releuent, dicendo solue, solue, vt per glo. ibidem, cuius ratio videtur quia hoc casu non videretur ter denunciare, sed sæpius loqui. l. Meuius. §. cum qui. ff. de legat. 2. sequitur Rom. in d. §. si quis ipsi prætori. est bona glo. in c ab eo, in ver. instanter. de appel. lib. 6.

17 Ampliatur † hæc glo. dispositio idem esse in confessione. Bald. in Proœm. C. in princ. col. fin. ver. vlterius quæro.

Ampliatur secundo idé esse in citatione. Maria. de cit. car. 65. col. 2. Bal in c. ex litteris, col. fi. de const. quod stãte statuto, quod in maleficijs quis debeat ter citari, non sufficit vna citatio pro tribus etiam peremptorię, sed requiruntur tres diuersis temporibus factæ. glo. summæ. 5. q. 5. Spec. de cit. §. viso. ver. quid ergo.

18 Ampliatur † tertio in materia l. 1. C. de fideicõmis. vt per Fab. & Ias. in d. l. 1. limit. 6.

19 Ampliatur † quarto in dispositione l. quicunque. C. de apoc. public. lib. 11. prout dixi in tract. locati, & códucti, in materia d. l.

20 Ampliatur † quinto in materia l. cum de in rem verso. ff. de vsur. prout in dicto tractatu posui, parte prima.

Ampliatur sexto in solutione emphiteutæ. Bar. in d. l. quicunque. Ias. in l. 2. nu. 135 C. de iure emphit. Redo. de rebus Eccles. non alien. q. 20. num. 23 Capel. Tholos. decis. 125. Cassan. super consuetu. Borgun. rub. 11. §. 5. nume. 1. Mascar. conclu. 603. numero 21. siue emphiteusis sit priuata, siue Ecclesiastica. Corbol. de iure emphit. quæst. 4. numero 5.

21 Ampliatur † septimo, ad inducendam consuetudinem delinquendi requiruntur plura delicta reiterata ex interuallo temporis. Bal. in auth. sed nouo iure. commendat Euerard. a vi geminationis, numero 16.

22 Ampliatur † octauo in denunciatione facienda adultero. late Neuiz. in silua, lib. 4. numero 102.

Ampliatur nono, vt binus actus ad inducendam consuetudinem debeat esse ex interuallo, aliás non releuat. Barto. in c. fi. de consuetu. not. in l. de quibus. ff. de leg. Ias. in l. si certis annis, nu. 6. C. de pact. bonus ni fallor tex. in l. si triennio. ff. de statulibe.

23 Declaratur † hæc materia melius fortasse, quam Dec. in c. sua nobis. nu. 25. de appel. hoc modo, aut sumus in geminatione viua voce, & oretenus facienda, & tunc procedat opinio glo. superius relata: aut sumus in geminatione in scriptis, lege, Canone, bulla, rescripto, & similibus, & tunc non procedat glo. opinio, sed geminatio simultanea multum operatur. glo. notabilis, in clemen. 1. in verbo, diœcesanus, de iure patr. sequitur & commendat Dom. in capite, duobus, de rescrip. lib. 6. dicens per hoc cõsuluisse contra Dominos de Rota, in ardua q̃stione, & ibi ét sequitur Franc.

24 Subdeclara, † nisi ex hoc fraus aliqua resultaret. Bal. & Salic. in l. cum fidem. C. de transact. Roma. in repet. l. si verò. §. de viro, fallen. 31. ff. sol. matr. late Marsil. in l. 1. nu. 38. de sicar. Euerard. a vi geminationis, in fine.

25 Declaratur † secundo, quod inter vnam denunciationem, & aliam sufficiat vna dies. glo. in d. l. si conuenerit, sequitur Aret. in § contra autem, col. 2. num. 7. Instit. quib. alien licet vel nõ. & hęc est communis opinio, Neuiz. lib. 1. Sil. nup. sub numero 105.

26 Bene verum est, † quod ibi Castr. remittit arbitrio iudicis, vt in prima duæ, in secunda tres interueniant dies, & videtur sequi Neuiz. in citato loco.

27 Limitatur † quinto, quando inferior interpellat superiorem,

vbi non vna sufficit interpellatio, sed trina requiritur, & hoc multis modis contingit, procedendo cum aliqua quiete in hoc doctorum contextu.

28 Primus † est casus, in quo requiritur trina citatio à iure expressus, in cap. 1. de supplen. neglig. Prælat. ibi, Tertio, cum humilitate requisitus.

29 Secundus † casus est in auth. statuimus, in fi. C. de episc. & cler. vbi vr̃ posse reddi rationẽ, quia tractatur de priuãdo iurisdictione, propterea durũ videbatur, ex vnica interpellatione hoc facere, & ad malitiã superandã, prout in auth. iubemus. C. de iudic.

30 Tertius † est casus in sodire vasallo, prout cap. 1. eiusdem tit. licet secundùm aliquos ille textus non probet.

31 Quartus † casus est in petendis apostolis, qui sæpius, & reiterato petendi sunt. l. 1. ff. de libel. dimissor. & verbum sæpius, in d. l. 1. exponitur per duas vices. Bal. in l. eos. §. apostolos. C. de appel. Afflic. in const. Regni, appellationum tempora. Guido Pap. decis. 436. nu. 13. Cassador. decis. 8. nu. 3. de appel. Rot. decis. 57. in nouis, alias 406. nu. 2.

32 Et † ista reiteratio ex multitudine causarum occurrentium potest vnico contextu expediri. Clement. quamuis. de appel. versic. nos tamen. Nic. Grauat. ad Vestr lib. 7. c. 3. sub nu. 63.

33 Quintus † casus est in protestatione facienda in impediendo cursu, & lapsu instantiæ, in quo duo membra facienda videntur: aut enim sumus in prima instantia, & vnica tantum protestatio sufficit, Bart. in l. Titia, §. vsuras, num. 4. vbi Rom. & Imo. sequuntur. Bald. in auth. si appellatione. C. de temp. appel. Salic. in l. fin. §. illud. C. de appel. Ang. consi. 237. Alex. in d. §. si quis ipsi prætori, num. 4. & consi. 81. nu. 3. volum. 4. Dec. in cap. cum causam, in fine. de offic. deleg. Aut sumus in causa appellationis, & vnica protestatio non sufficit, sed reiterata requiritur. Ias. in l. properandum, §. sin autem vtraque, nu. 4. cum sequen. C. de iud. dicens durum esse ab hac opinione recedere tantorum Patrum authoritate fulcita. Alex. in d. §. si quis ipsi prætori, nu. 4. Castr. in d. §. vsuras. Marant. dicens hanc conclusionem veram in verbo, appellatio, num. 219. Alex. consi. 81. nu. 3. volum. 4. claruus, consi. 114. nu. 5. vol. 5. Felin. in c. ex litteris, colum. 2. limit. 7. de offic. deleg. in c. venerabilis, nu. 6. in cap. licet causam. num. 23. versic. modo aduerte, de probat. in cap. ex transmissa, num. 5. de præscrip. in c. cum M. Ferrariensis, num. 67 de constit. Franc. in cap. ex ratione, num. 46. de

* appel. consi. 54. nu. 7. & hæc est communis, & recepta opinio, vt late post multos attestatur Osach. decis. Pedemont. 12. per totam,

quem videas, quia plenè in hac materia loquitur.

34 Declara † hāc opinionem multis modis, primo in impedimento prouenientе facto Iudicis: tunc enim reiterata protestatio requiritur: si verò impedimentum aliunde proueniat sufficit impedimentum probare. ita distinxit Franc. in c. ex ratione. colum. 4. de appellat. in fine, vers. sed dubitatur de appellat. & ita videtur intelligenda Glo. in c. cupientes, §. quòd si per viginti, & ibi Gemin. & Anchar. de elect. lib. 6.

35 Declara † secundo, nisi impedimentum notorium esset, & diligentia in protestando proficua non esset, & tunc protestandum non est, Bauer. de mora. par. 1. nu. 13. Ferret. cons. 56. nu. 1. vol. 1.

36 Declaratur, † vt tanto magis protestatio sit necessaria, quādo copia Iudicis haberi non possit absentis, vel denegantis præsentiam, tunc fieri debet coram Notario, testibus, hostiarijs, & vicinis, Ferret. d. cōs. 56. nu. 7. & cons. 202. vol. 1. Neuiz. cons. 42. nu. 4.

37 Declaratur quarto, † vt semel sufficiat protestari, cum in causa nihil aliud remanet, q̃ solam ferre. Paris de sindic. in ver. instātia. ver. dicit cōstitutio, in fine. Graua. ad Vestr. lib 3. c. 5. nu. 8.

38 Declaratur quinto, † vt tunc protestatio releuet, quando non poterat succurri per recursum ad Superiorem, vel alia via, alias simplex protestatio non releuaret, si alia via prouidere potuisset, & non prouidit. ita colligitur ex discursu decis. Pedemont. a numero 9 vsque in finem.

Declaratur sexto, vt talis protestatio sit ad cautelam, non autem necessaria, & quod sufficiat pluries diligentia apud Iudicē, & loco protestationis sufficit impedimentum probare, & hæc est æquior opinio, vt dicit Ias. in §. si quis ipsi prætori, & in l. properādum, §. sin autē vtraque. C. de iud. & in l. 1. §. sed quod diximus, nu. 7 ff si quis cautio. & ita seruatur in sacro Rotæ auditorio, vt per Crescen. decis. 235. relatum per Bard. de temp. vtil. & cōtinu. c. 4. sub nu 3. pulchrè, & melius, quem videre placeat. Gomes. de annal. q. 76. dicens protestari esse de apicibus iuris, & nō de veritate, Iaffred. decis. 128. Illud addā, quod in facti contingentia vidi aliquando quæsitum, an instantia non currat, vel restitutio. ** detur. & magis cōmunis opinio esse videtur impedimento non obstante tempus labi & restitutis beneficiū concedi, vt latè post adductos, Afin in sua praxi, § 2. c. 6. prope finem, intelligentia deseruit, quomodo procurata in actis instare debeat. Et sic aliquis patet intellectus ad l. fin. § illud. C. de temp appel. in verbis illis, summa ope niti, quibus addo aliqua bona dicentem Machel. patrocin. 9. per totum, vltra adducta per Alphan. reportat. 396.

Limita-

39 Limitatur sexto, † vt post vnicã interpellationem, oblationẽ, vel protestationem debeat currere aliquod temporis spatium, vt censet glo. in l. Emilius, in ver. restitui. ff. de minor. quam communiter receptam ponit Alex. in l. 1. §. ita. nu. 9. ff. ad l. Fal. Eman. Soarez in thesau. recep. sent. littera M nu. 216.

40 Limitatur † septimo in casu l. fin. §. si. ff. de pign. act. prout eum inducunt Bal. & Imo. in d. §. vsuras. Alex. in d. §. si quis ipsi prætori. num. 8. in fine, vbi reputat notatu dignum, licet textus in se parum probet.

41 Limitatur † octauo in casu l. mora. ff. de vsur. ibi, omissa debiti repetendi instantia, quasi ostendat reiterandam interpellationẽ, prout simpliciter sentit Coras. lib. 2. Miscel. c. 6. & hoc ideo, quia primo fuit denunciatũ seruo, postea redit dominus, & ei denunciari poterat, non mirum si ei iterum denunciandum esset. ergo a contrario, si primo loco domino denunciatum esset, interpellatio non esset reiteranda, contra Coras. sensum, & ita sentit glo. in l. item veniunt. §. ponamus. ff. de pet. hæred. sufficit igitur interpellare famulum domino absente, ei autem reuerso est iterum denunciandum.

42 Limitatur † nono, in casu l. Emilius Largianus, in principio. ff. de minor. & ratio, ni fallor est, quia ibi fuerunt solutioni assignati duo termini, & in vtroque adiectum pactum l. cõmissoriæ, ibi deciditur per secundam interpellationem esse recessum a pacto, cui ob primam interpellationem locus factus erat. ita scribentes ad l. vinũ ff. si cert. pet. vbi Ias. nu. 17. clarius Dec. nu. 14. Rub. nu. 181. Ias. ad l. si ex legati causa, col. fi. vers. non obstat textus. ff. de verb. obl. Cagnol. ad l. 2. nu. 85. C. de pact. inter empt. & vendit.

43 Limitatur † decimo, in casu l. si mãdato Titij. §. ille illi. ff. mãd. qui textus re vera non afficit, vel quia casus ibi ita euenerat, & ibi sola erat dubitatio, an morte debitor mandato liberatus esset. vnde nihil commune cum interpellatione.

44 Limitatur † vndecimo in casu l. qui Romæ, §. coheredes. ff. de verb. obl. cuius ratio potest esse multiplex, vna Bol. licet a multis reprobata, quia agitur de liberando ab obligatione pœnali, & ad impediendam purificationem conditionis. Secunda ratio est, quia ibi ita occurrit in facti contingentia, prout ibi sentit Ias. sub nu. 9. Tertia, quia ille textus multipliciter legitur in verbis, prout per Anto. Aug. lib. 1. emendat. Iur. c. 3. prope finem, alio modo legit Alciatus, lib. 1. dispunct. c. 13.

45 Limitatur † duodecimo in casu l. qui Romæ, §. Seia. ff. de verb. obl. cuius ratio esse potest, quia ibi agitur de vsuris, ex cõuentione,

ne, vnde sola oblatio nõ sufficit, sed requiritur depositio, & consignatio, prout omnes interpretantur ad d. §. Seia. vbi Ias. nu. 23. Alcia. nu. 15. Neguſ. de pign. in 3. memb. 5. par. Boer. q. 124. nu. 25.

Præterea ille textus in verbis multipliciter exponitur, vno. n. modo Ant. Aug. lib. 1. emen. cap. 3. prope finem, alio modo Alciat. lib. 1. dispunction. c. 13.

46 Limitatur † decimotertio in casu l. 1. §. de inspiciẽdo. ff. de ventr. inspiciendo. quia ibi subiecta materia inspectionis partus reiterationem requirit ad fraudes tollẽdas, quæ in dies occurrunt.

47 Firma igitur remanet conclusio communiter recepta, † quod vnica oblatio, interpellatio, vel protestatio sufficiat regulariter. Limita. 13. modis ex quibus limitationib. tolli facile possunt, quę in contrariũ considerauit Ferret. Coras. Lud. Charondas, & alij.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio partes non releuat.*

2 *Creditor solutionem recipere non cogitur, cum incommoditate ratione loci, vel temporis oblatam. Itẽ si solutio facienda sit in diuersis reb. ex eadem tamen causa, nu. 3. nec rem deterioratam sine ipsius pretio, nu. 4*

5 *Implementum conditionis pro parte fieri nequit, nec actionem parit, sed exceptionem producit, nu. 6. & quando particulare implementum fieri possit, nu. 7.*

8 *Implere conditionem pro parte quilibet plurium hæredum loco vnius subrogatorum non potest fallit tamen, nu. seq.*

10 *Solutio in parte nihil operatur, quando quod in conditione est, consistit in specie incerta.*

11 *Implementum in parte non operatur, quando conditio in facto consistit, si fundum erat indiuiduum.*

12 *Creditor ad particularem solutionem faciendam, debitorem non ligat.*

13 *Creditor, an possit petere partem, & quod non. declaratur tamen, num. 14. quod subdeclaratur, nu. 15. & 16.*

16 *Creditor coram plurib. delegatis partem, an petat, & an tam in iudice delegato, quàm ordinario. Et quid quando sit vna summa, & vno eodemque tempore debita, nu. 17. 18. 19. & 20.*

Quæstio Septima.

1 QVAERO de quotidiana quæstione, † an oblatio partis releuet. & conclusio est, quod non, bonus textus in l. tutor. §. Lucius. ff. de vsur. in l. acceptam. C. eod. titu. in l. qui Romæ. in prin.

prin. in l. si ita quis. §. Seia cauit. ff. de verb. oblig. Salic. in l. semel mora. in 9. conclusione negatiua. ff. soluto matrim. Alex. consi. 88. nu. 18. vol. 6 g o. in l. si seruus, §. si plurium, ff. si quis caut. in §. sicut autem. Instit. quibus mod. tol. obl. Et ratio istius conclusionis esse videtur, quia particularis solutio multa incommoda afferre solet. l. planè. ff. famil. erciscun.

2 Ampliatur primo hæc conclusio, † quod quando offertur solutio cum incommoditate ratione loci, vel temporis, quod creditor non cogitur eam recipere. l. si soluturus, & ibi not. ff. de solutio. de qua aliàs tetigimus, arguendo de re ad tempus. l. miles ita. §. & quia diximus. ff. de testam. milit. Euer. in loco a re ad tempus, vbi tamen hoc non tangit.

3 Ampliatur secundo, † etiam si solutio facienda sit in diuersis rebus, ex eadem tamen causa. l. 3. §. si reddita ff. commod glo. notabilis in l. eleganter, §. non solum, & ibi Bart. in fine. ff. de dolo.

4 Vnde † in materia deteriorationis, si sumus in contractu bonæ fidei, prout locatio, & conductio, & similium, tunc deterioratio dicitur pars rei, & deberi ex eadem actione, & sic non cogitur creditor recipere rem deterioratam sine pretio ipsius, vt not. in d. §. non solum. Bart. in l. qui sibi, §. fin. ff. de sol. scribentes in §. actionum, vbi Ias. nu. 66. Benincas. post alios, nu. 429. Inst. de action. in l. exhibitionis. C. ad exhiben.

5 Ampliatur tertio † in implemento conditionis, quod pro parte fieri non potest. l. qui duobus. ff. de condit. & demonstr.

6 Declara hanc ampliationem, † vt implementum partis, in conditionibus adimplendis non pariat actionem ad aliquid consequendum, sed bene producat exceptionem. l. si seruus. §. si plurium, vbi Angelus, Alex. & Ias. nu. 3. ff. si quis caut.

7 Declara secundo, † si conditio est adimplenda à pluribus, potest fieri particulare implementum debiti pecuniarij, & producit actionem pro parte implentis, textus notabilis in l. pen. §. 1. ff. de condit. & demonstr.

Idem si implementum consistit in specie certa, l. si stipulatus. §. 1. ff. de solutionibus.

8 Limita, † nisi illi plures sint subrogati loco vnius, puta plures hæredes, tunc quilibet hæredum non posset pro parte implere, d. l. cum fundus, ne mutetur conditio principalis obligationis, l. a. § ex his, ff. de verb. oblig.

9 Fallit † in casu l. si hæredi, §. 1. ff. de condit. & demonstr. ratio fallentiæ patet ibidem.

10 Declara tertio, † quando illud, quod est in conditione, consistit

sistit in specie incerta, puta in homine, in genere, tunc solutio in parte nihil operatur, l. 2 §. quædam. ff. de verb. oblig. & l. in executione, § pro parte. ff. eo. tem. tit.

21 Declara quarto, † quan fo conditio consistit in facto, tunc implementum in parte nihil operatur, si factum erat indiuiduum, secus si diuiduum, nam tunc pro parte sufficit, l. si plores, cum gl. in ver. conditionem, & ibi Cin. C. de cond. inser. Ias. in l. si seruus. §. 1. sub nu. 3. ff. si quis cautio.

22 Ampliatur tertio † loco principaliter, vt rõne paritatis ecõtra idem dicendum sit, vt creditor non possit cogere debitorẽ ad faciendam particularem solutionem l. Celsus. §. si. quẽ ad hoc dixit valde notabilem Aret. in l. scire debemus, nu. 6. ff. de verb. oblig.

23 Sed hic quæritur, an creditor, puta in centũ, possit petere partem debiti, puta viginti, vel similia? & vtiq; nõ Bar. in l. in cõmodato, § duobus, nu. 1. ff. commod. per tex. in l. cum quædã puella, in fine, ff. de iurisd. omn. iudic. & petam non tanquam ex debito, sed tanquam ex cẽtum debitis, l. scire debemus. ff. de verb. oblig.

24 Declara, † nisi debitor opponeret, quod si prætendat se creditorem in maiori summa, quod nunc illa petat, tunc debet petere, alias in posterum non deberet audiri super illa maiori summa. ita Bart. in citato loco, & hæc est communis opinio, Ias. in l. quidam æstimauerunt, nu. 8. ff. si certum pet. Sarai. ad Matthesil. notab 115. numero 1.

25 Subdeclara, † hoc verum si iurisdictio patiatur, tunc talis exceptio releuat debitorem, alias non. Bart. in d. §. duobus. nu. 2.

26 Et † hoc verius est coram pluribus delegatis tantũ, Io. de Fant. & Gemin. in c. dispendia, de rescrip. lib. 6. Bur. & Card. in c. vlt. de rescrip. & hanc opinionem dixit veriorem Afflic. dec. 354. nu. 7.

27 Contrariam † tamen sententiam crederem verissimam, vt procedat tam in Iudice delegato, quàm ordinario, vt per Card. & Io. Mon. in d. c. dispendia, & Abb. in d. c. vltimo, num. 13. Ias. in l. vnic. nu. 6. C. de iu.

28 Subdeclara † secundo, si sit vna tantum summa, & vno, eodemque tempore debeatur, alias si summa esset diuersa in debito, vel in tempore posset coram diuersis iudicibus peti, vt deducit Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cent. 4 casu 371 sub nu. 15.

29 Quod dictum, est in se verum, tamen non conuenit terminis propositæ quæstionis, in qua præsupponitur, vt petatur pars maioris summæ, & ita omnes Doctores post Bartolum, quæstionem formant.

30 Vnde † si in eodem instrumento promittas centum, sed quinquaginta

quaginta ad beneplacitum creditoris, alia quinquaginta post annum a die celebrati instrumenti, poterit creditor quinquaginta petere coram uno iudice, alia quinquaginta coram alio iudice: quod credorem verum, etiamsi reseruasset beneplacitum de illis quinquaginta ad maturatom tempus de alijs quinquaginta, habito respectu ad tempus contractæ obligationis, & hæc quæstio occurrit in facto, latè in materia Ioseph. Rot. Lucan. 46. vbi videas.

SVMMARIVM.

1 *Offero verbum, cuius naturæ sit, & quid importet, nu. 4. & quando non seruet propriam naturam, nu. 5.*
2 *L. Iulianus. §. offerri, declaratur, & nu. 3.*
6 *Offerri sponte debet id, quod quis vult aliter consequi, ad quod consequendum aliquid fieri necesse est.*

Quæstio Octaua.

1 QVÆRO, † cuius naturæ sit verbum offerre, & quid in se includat? & utique offerri dicitur, quod non petenti datur, l. fideicommissa. §. si rem. ff. de leg. 3. c. litteras, in fine, de rest. spol. c. interposita, in fine, de appel. quam ibi glo. ad hoc expendit, & sequitur ibi Panor. col. 2. & in c. peruenit, in fine, de decim. vbi hoc dicit notari in authen. offeratur, C. de lit. contest. Nat. in clemen. sæpe, §. non sic tamen, super glo. in verbo, formam, de verb. sign. Papiens. in form. libell. in act. real. glo. 1. sub nu. 14. de verb. sign. Dec. in l. filiæ licet, C. de collat. Luc. de Pen. in l. 1. in verbo, offerri, C. quādo, & quibus quarta pars, lib. 11. & in l. 1. circa medium, C. de greg. dom. lib. 11. & in l. fin. col. 4. in vers. voluntate, C. de re milit. lib. 12. & in l. fi. in verbo, offerre, C. de agen. in rebus, lib. 12. latè cumulans humaniores, Tiraquel. de retract. Lignaier. §. 1. glo. 17. nu. 1. & seq.

2 Ex quibus postea infertur † ad l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. emp. vt emptor teneatur ex se offerre precium venditori ad hoc, vt agere possit ad rem venditā consequendā, & ita tenuit Anch. consi. 371. col. 1. Roma. consi. 204. pro discutienda veritate, vers. & hæc de secundo dubio. Bal. Fulg. Aret. & Dec. in l. filiæ licet, C. de coll. Imola, in l. stipulatio. §. si quis autē. ff. de noui oper. nuncia. Alex. consi. 173. in fine, lib. 6. Papiens. in form. libell. in causa vend. in verbo, suprascriptum precium. Dec. consi. 421. col. 2.

3 Contrarium tenent multi, ad intellectum d.§. offerri, vt non debeat emptor ex se pretium offerre, agẽdo ad rem venditã, sed repellatur ope exceptionis, & sic emptor tenetur offerre pretiũ, si a parte petatur. Bar. in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. ff. de iureiur. & ibi Ias. col. 2. Bal. sibi contrarius, in l. si traditio, q. 3. C. de act. emp. in l. 1. col. fi. ver. quæro quid, si est legatus. C. de vsufr. leg. & in l. 1. in fine. C. de his, quæ sub modo, & in l. 1. col. 2. vers. hic occurrit dubium, C. ne liceat in vna, eademq; causa. Comes. in l. cum qui ita stipulatur, ff. de verb. obl. Castr. consi. 81. col. 2. vers. nam in primis, lib. 2. Alex. sibi cõtrarius in d. l. filiæ licet, & in addi. ad Bar. in d. §. offerri. Aret. in l. si mora, col. 4. ver. sed dubiũ remanet, ff. sol. matr. Fel. in c. in tantum, col. fi. de simo. Ias. in l. admonẽdi, col. 5. de iureiur. in l. iurisgentiũ, in prin. nu. 2. ff. de pact. in l. vniuersa, nu. 3. C. de precib. impe. offer. in §. actionum, col. 1. de act. in d. l. stipulatio, in 1. notab. Dec. consi. 298. in principio.

4 Conciliari fortasse possent hæ duæ opiniones, † quod ex propria significatione, vi, & natura verbum offerre, importet actum exhibitionis spontaneum a nemine requisitum, vt probant iura, & auctoritates pro prima parte allegatæ, rectè cõsideratæ, & diligenter ponderatæ. Bene verum est, quod tam apud Iurisconsultos, quàm humanarum literarum professores aliquando adijcitur aliquod expressiuum illius, quod ex vi talis verbi venit, prout ex se, vltro, sponte, & similia verba, prout in l. si fideicommissa. §. si rem, ff. de leg. 3. superius allegata, ibi, debitor vltro pecuniam obtulerit, & in l. si quis rogatus, ff. de fideicõ. liber. ibi vltro quis eam debet offerre, & in l. qui hominem, §. si nullo. ff. de solu. vbi est similis verborum contextus, & in l. 1. §. sed si maritus, ff. de liber. agnoscend. ibi, vltro custodes offerat, & in l. semper, §. conductores ff. de iure immu. ibi, vltro se offerãt. l. 3. C. de iure emph. ibi, vltro se offerre, & alibi passim discurrẽdo. Et apud humaniores passim obseruatum vidimus. Cicer. ad Brut. lib. 11. Romæ delectus habetur, totaq; Italia, si hic delectus appellandus est, cum vltro se offerant omnes. Et in oratione pro M. Cęlio. Cum aliquid eos velle arbitrarentur, vltro se offerre soleant. Et pro Cne. Planco. Vltro mehercule se mihi etiam offerentes. Et mimus ille Publij Siri.

Bis est gratum quod opus est, si vltro offeras.

Virgil. Eclog. 3.

At mihi se se offert vltro meus ignis Amyntas.

Et lib. 2 Eneid.

Qui se ignotum venientibus vltro

Hoc

Hoc ipsum, vt strueret, Troiamque aperiret Achiuis.
Et alibi passim.

5 Verum † in d.§.offerri, non seruat propriam naturam, sed intelligi debet, si a parte petatur, & aliàs secundùm subiectam materiam improprïantur, & mutant propriam naturam. l.si vno, & l.si in lege.ff.loc.latè Alc.lib.2.de verb.sign. post princ.Euerard. in loco a subiecta materia, latissimè Tiraquel.ad l.si vnquam, in verbo reuertatur, num.31.C.de reuocan.donat. & in terminis de retrac.Lignaier.§.1.glo.17 nu.5.

6 Cum † quis igitur vult aliquid nouiter consequi, ad quod consequendum necesse est aliquid fieri, id debet sponte offerri, Bald. in c.licet, si de feu.controuer.fuer. inter dom. & agn. in l.si residuum.C.de distra.pig.sequitur Iasin prælud.feud.col.22.vers.4. ad idem adduco Dec.cons.421.col.3.latè Tiraquel.de retrac.tit. 7.§.10.glo.1.& de retrac.Lignaier.§.1.glo.17.sub nu.6.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio, cuius expensis facienda est?*

Quæstio Nona.

2 QVAERO, † cuius expensis facienda sit oblatio? & vtique sumptibus offerentis, prout in libello sumptibus actoris producentis, Glo.in Clement.sæpe, in verbo formam, quam ibi post multa sequitur Georg. Nat. num.3. prope finem, de verborum significatione. vbi dicit, quod durum esset recedere ab opinione Glo. idem tenet glo.in clement.causam, de appel.& in clement.1.de elect. Dom. & Io.Fant. in cano. offeratur. 3.quæst.3.Maran.de ord.Iud. par.6.in ver.libellus, nu.55. allegãte glo.in l.2.in ver.oblatos, de appel. Grauat.ad Vestr.lib.3. cap.6. numero 13.

Limita in causis sommarijs, quia copia libelli sumptibus petentis dari debet. Firm.in verbo copia, sub nu.30.Asin.in sua praxi.§.3.cap.6.nu.12.

Et in materia similium expensarum datur a Fel. regula generalis in c.1.nu.8.vsque ad finem, de libel.obl.quod sumptibus petentis, ad quem recurras, si est respondendum positionibus per absentem, vel alio modo transmittendum, qui casus est admodum frequens, & quotidianus, & sæpius in facto occurrit.

SVMMARI Num.

1 Auth. hoc nisi, dispositioni vt locus sit, quæ & quot requirantur. numero 2. 3. 8. 9. & 10.
4 Glossa in §. quod autem, de Auth. de fideiuss. declaratio, & nu. 7.
5 Prolatum vbi quid est cum certa qualitate, vtrunque probari debet.
6 Positioni si quis respondeat, cum aliqua qualitate, responsio illa in totum acceptari, vel negari debet.
11 Potest verbalis rescriptio, vel constitutione causam, necessitatem importat, & ratione subiectæ materiæ potentiam, vel necessitatem, nu. 12.
12 Creditor pacto & debitori saluere rem meliorē, q̄ liceat, per Iudicem subtilius causa restrictio fiat, in iniuriam tamen fieri non debet, nu. 13.
14 Debitor de euictione caueo in materia authent. hoc nisi, & qualem cautionem dare debeat, nu. 16. præstetque fideiussorem, vel saltem iuratoriam cautionem, nu. 17.
15 Euictio requiritur in datione in solutum.
18 Iuratoriæ cautioni locus non est, quando creditori aliter consultum esse potest, quàm per iuratoriam cautionem. Item, quando in loco iudicij non reperitur fideiussor, nu. 19. quod declaratur, nu. 20.
21 Iuratoriæ cautionis beneficium periurus perdit etiam si pœnitentiam egerit. num. 22 etiam si in parte tantum falsus reperiretur, ac etiam contra alium periurium infamis, vel dolosum, nu. 23 & 24.
25 Iuratoriam ad cautionem iuramentum illicitū non seruans admittitur.
26 Periurus absque dolo ad cautionem iuratoriam admittitur. & an sine dolo committatur periurium, nu. 27, 28 & 29.
30 Periurus, an quis, sit ob iuramentum inualidum & nullum.
31 Peierans nimis de facili ad iuratoriam cautionem non admittitur, quod est pulchrum dictum, nu. 32.
33 Iudex personarum qualitates respiciens, ac secundum earum conditiones iudicare debet.
34 Periurus non dicitur homo iurans, si contrauenit, ut non sit bona exceptio, coniurauerit cum iurato. nu. 35.
36 Satisdare se obligans, ad cautionem iuratoriam non admittitur.
37 Probandi per testes onus assumens, etiam si sit in fine examinis eorum, renunciare iuramento deferri decisiuo non tenetur.
38 Promissio quælibet etiam iurata ciuiliter intelligitur.
39 Actore non probante reus absoluitur etiam si ipse se probandi onus assumpserit, nihilque probauerit.
40 Adulterij accusator adulterantem personam exprimens de alia probanda nihil agit.
41 Fideiussores dare se obligans, eos non reperiendo adhuc in iuratoria cautione auditur.

Proba-

42 *Probare se astringens, iamq; plures testes examinauit, iuramentum litis decisiuam offerre non impeditur.*

43 *Partes in causa summaria si processerint litem contestando, similesque actus ordinarios faciendo, quin & summarie procedere possint non impediuntur.*

44 *Verba vt debeant aliquid operari regula, quando non procedat.*

45 *Iuratoriam ad cautionem persona præsertim in dignitate constituta admittitur.*

46 *Cautionem ad iuratoriam non admittitur sua culpa in paupertatem incidens, quod tamen declaratur ibid. subdeclaraturque num. 48.*

47 *Contrahens cum filiofam. etiam forensis, non excusatur.*

49 *Iuratoriam cautionem officiorum administratores, vt tutores & curatores non probant.*

50 *Vsufructuario iuratoria cautio, an et quādo sufficiat, et nu. 51. 52. et 53.*

54 *Iuratoriam ad cautionem non admittitur de fuga suspectus.*

55 *Debitor magnæ quantitatis ad iuratoriam cautionem non admittitur.*

56 *Procurator ad cautionem iuratoriam cur non admittatur.*

57. *Contumax in comparendo in iuratoriæ cautionis beneficium amittit.*

58 *Iuratoria cautio præstita propter impotentiam satisdandi non sufficit, vt velit aduersarium ad aliquid præstandum.*

59 *Iuratoriam ad cautionem multo minus admittitur, qui cum fideiussoribus non admittitur.*

60 *Iuratoria cautio in criminalibus, an admittatur, & nu. 61.*

62 *Iuratoriæ cautionis forma.*

63 *Fideiussorem non offerens tempore oblationis, sed post, an ad iuratoriā cautionem audiatur, ac beneficio auth. nisi, gaudeat.*

64. *Conditiones præcisè in formaq; specifica adimpleri debent, & nu. 65.*

66. *Authenticæ, hoc nisi, dispositioni, an renuntiari possit.*

67. *Cessioni, vel oblationi bonorum etiam cū iuramento renuntiari non potest, & nu. 68. & hæc regula, quando præcipuè sit vera, nu. 69.*

70 *Cessioni bonorum renunciatio vti non tenet, ita nec pactum, vt solutio fiat in pecunia tantum, & contrarium practicatur, nu. 71. & 72.*

73 *Ecclesia rem non meliorem offerre potest.*

74. *Debito pro paruo quis meliorem rem dare non cogitur.*

75 *Mercatores & Campsores ad bonorum oblationem, si non habuerint infortunium, non admittuntur.*

76 *Oblatio & lista bonorum medio iuramento per debitorem offerentem fieri debetur.*

77 *Auth. nisi, dispositio, quòd in actu iurato locum non habeat, quomodo declaretur.*

80 *Auth. hoc nisi, C. de solut. materia declaratur.*

81 *Creditor non potest accipere, quæ bona voluerit, nec debitor listam suarum bonorum offerre tenetur, sed rem mediocrem.*
82 *Filius pro legitima rem meliorem eligere non potest, sed aliquam arbitrio boni viri non deteriorem.*
83 *Diuisionibus in faciendis, quomodo res accipiendæ sint.*
84 *Diuisionem inæqualiter factam iuramentum validare non potest.*
85 *Debitor bonis cedens, nec postea conuenitur, nisi in quantum facere potest, si domum magni valoris acquirat, & pauci redditus, eam ad creditorum instantiam vendere non cogitur.*
86 *Debitor, quando in eius facultate erat consignandi omnia bona arbitrio Iudicis, passus fuisset litem contestari, post litis contest. vel pecunias, vel omnia bona soluere tenetur.*
87 *Creditor semel vnam rem eligendo, superque ea litem contestando, amplius variare non poterit.*

Quæstio Decima.

FRequens, & quotidiana est materia in tractatu oblationis ad auth. hoc nisi. C. de sol. & passim in palatijs occurrit, nec ab aliquo vidi pertractatum. Veniam igitur ad aliquas quæstiones quotidie in practica contingentes.

1 Primo igitur quæro, † ad auth. hoc nisi. C. de solu. quæ requirantur, vt sit locus eius dispositioni?

2 Et † quidem plura sunt requisita. Primû est, quod alleget debitor suam impotentiã, & paupertatem, & probet se non habere facultatem, & modũ soluendi in pecunia numerata, nam alleganti se pauperem incumbit onus probandi. gl. notabilis, & ab omnib. commendata in l. si vero §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisd. cog. quæ alibi non reperitur, scd'm Bal. ibi, & est glo. ordinaria, scd'm Aret. in l. maritũ, col. 1. ff. sol. matr. cõmendat Bal. in l. non prius, C. quan. fi. vel pri. Dec. cons. 120. Soci. cons. 24. col. antepenul. lib. 1. ** singularem dicit Affli. decis. 377. nu. 6. & est magis cõis opinio. Alc. reg. 1. præsumpt. 27. nu. 4. Couarr. var. resol. lib. 2. c. 6. nu. 2. Beninca. de pauper. q. 6. nu. 6. Viui. lib. 1. opi. 101. & 215. Roder. Soarez in Reg. titu. de las arras, fol. 28 Eman. Soarez in suo thesau. recep. sent. littera I, in verbo intentionis, nu 154. et est frequentissimum. Decis. Perusina 56. nu. 4. et in conclu. 14. illatio. 128.

3 Secundum requisitum est, quod ista paupertas, et impotentia consistat in duobus, quorum vnum si deficiat nõ est locus dispositioni, auth. hoc nisi C. de solu. Primum est, quod debitor non habeat pecuniam, vt soluat; item quod non habeat bona mobilia,

lia, sed si haberet bona mobilia non gauderet beneficio d. auth. ita tenet glo. in Auth. de fideiuss. in §. quod autem, colla. 1. in verbo mobilis, in fine, vbi rationem reddit, quia si haberet substantiuum mobile, verisimile est, quod cito venderet, & sic solueret, allegat textum in l. si rem mobilem. ff. de acq. poss.

4 Confirmatur hac glo. opinio ponderando textum in d. § quod autem. ibi, neque vlla mobilis substantia, & sic copulatiuè vult ille textus duo requiri, s. quod non habeat debitor pecuniam, nec aliam rem mobilem, vt habeat locum dispositio illius auth. ergo si deficiat vnú ex illis, cessat dispositio, ar. text in l. fi. ff. de diuor. & hanc opinionem tenuit Gozadinus, consi. 32. nu. 8.

5 Facit etiam, † quod quotiens aliquid profertur cum certa qualitate, debet vtrunque probari, nec sufficit vnum sine alio, l. 1. in prin. vbi Bar in §. ait prætor. ff. de flumin. publ. Bal. in l. conuenticulam. col. 3. C. de episc. & cler. pulchre Alex conf. 119. nu. 5. vol. 1.

6 Pariter † si quis respondeat positionibus cum aliqua qualitate, illa responsio debet in totum acceptari, vel reijci. Soc. sen. cõsi. 208. col. 1. ver. 10. præmissis, lib. 2. idem sentit Bello. consil. 46. nu. 13. in fine. Cur. sen. in tract. position. nu. 56. late Iac. Menoch. de arb. iu. lib. 2. centur. 1. cas. 93. num. 24.

7 Et facit † ponderando verba dictæ authenticæ ibi, vel alia re mobili soluere nequeat, nam disiunctiua, vel relata ad personam prout ibi ad debitorem, stat copulatiuè, & coniungit l. qua actione. §. fi. & ibi gl. not. ff. ad l. Aquil. Bar. in l. supra iter. §. officium. ff. de aq. plu. arc. late Aret. in §. 1. nu. 6. Inst. quibus cau. manu. non licet. Et ista mobilia non debet venditor sic ab initio offerre, sed debet procurare eorú venditionem, & de pecunia inde redacta soluere quod si facere nequeat, offerat ipsamet mobilia, vnde de hac diligentia constare debet. Alex. consi. 37. sub num. 14. vol. 2.

8 Tertium † requisitum est, quia debet constare de deligentia in vendere volendo, puta subhastando, bannimenta faciẽdo, & quod hoc non obstante emptorem non reperijt. ita Ias. d. cons. 9. num. 13. Ripa in l. 2. §. mutui datio. nu. 25. ff. si cert. per.

9 Quartum † requisitum est, quod offerat bona in electione creditoris, qui potest, si vult eligere meliorem ibi, Quam debitor habet meliorem, &c. & ratio decisionis ea esse videtur, quia grauatus in vno, releuandus est in alio, l. cum qui. ff. de iuretur. sed grauatur creditor recipere aliud pro alio contra regulam iuris. l. 2. §. appellata. ff. si cert. pet. merito releuatur in alio, vt meliorem accipere possit, & hanc rationem sentit ibi gl. & post eam Cin.

Contra hoc videtur posse opponi ponderãdo verbum, potest,

in textu positum, & sic videtur esse in voluntate debitoris, si voluerit dare meliorem, non autem cogi poterit.

10 Respondetur † quod verbum potest, in rescripto, vel constitutione aliqua appositum, importat necessitatem causatiuam. Bart. & ibi alij in l. Gallus, in prin. nu. 4. vbi Alex. nu. 8. Ias. nu. 25. & in

11 repet. nu. 19. Soc. iun. nu. 30. ubi etiam subdit, † quod ratione subiectæ materiæ importat potentiam, vel necessitatem, de liber. & posth. Et est bona gl. iuncto textu, in l. obseruare. §. fi. in l. sæpe. ff. de offic. præsi. in l. mandauero. §. fi. ff. man.

12 Declaratur hoc quartum requisitum ex mente eiusdem auth. vt fiat per Iudicem subtilis causæ æstimatio, vt talem rem liceat creditori petere, & debitori soluere.

13 Quæ † verba licet a nemine ex scribentibus sint, prout ego viderim, ponderata, ex communi cursu causarum in multis verificari possunt, & quammaxime, quod non fiat in iniuriam, quod in creditore multis modis contingit. cōsideratur etiam in debitore, vt libere disponere possit, & nota quod textus ordinat Iudici, vt in hoc sit diligens, & subtilis indagator.

14 Quintum † requisitum est, vt debitor caueat de euictione, quod ponit textus in d. auth. hoc nisi, & sic iste est vnus ex casibus, in quibus euictio requiritur, quem non vidi in specie positum a Caball. de euict. §. 4. vbi profitetur enumerare multos casus, in quibus euictio interuenire debet.

15 Et facit, † quia in datione in solutū euictio requiritur. l. si prædiū. C. de euictio. l. elegāter. ff. de pign. act. Io. de Amic. cons. 120. nu. 8. Rub. consi. 5 num. 7. late Caball. in citato loco, sub num. 41.

16 Declaratur † hoc quintum requisitum, vt debitor teneatur dare eam cautionem, quam potest, nec eius possibilitas supportat, ita textus in d. auth. hoc nisi, & in d. §. quod autem, cum vnus veniat declarandus per alterum, & vltra textum hoc dictat ratio naturalis: nam verisimile non est, vt debitor multo ære alieno oppressus fideiussorem admodū idoneum, & sani capitis reperiat, quod & rerum experientia passim confirmat.

17 Vnde † præstabit fideiussorem, si reperiat, aliàs sufficiat iuratoria cautio, vt no. gl. in d. §. quod autem, in verbo potest, & ibi sequitur Bar. sub nu. 8. Quæ conclusio declaratur multis modis.

18 Primo, † quando creditori aliter consultum esse potest, quàm per iuratoriam cautionem, quia illi locus non est, vt per Alex. in l. 2. §. quotiens. ff. sol. matr. & ibi Ripa, in principio illius l. nu. 61. quia est remedium subsidiarium.

19 Limitatur secundo, † quando offerens non reperiret fideiussorem.

rem in loco iudicij, quia forte esset forensis, qui cōtraxerit multa debita extra propriā patriā: nā cauere idonee dēt in loco domicilij, l. fideiussor. §. si necessaria. l. de die. §. tutor ff. qui satisd. cog.

20 Quod † intellige verum, dummodo non sit multum remotus, & sit sub eodem regimine, & actori consultum sit de fideiussorib. ibi dandis, & non aliter. Bar. in d. l. de die, §. pen. ff. qui satisd. cog. Castr. consi. 416. in fin. vol. 2. Vnde Perusinus Tuderti, & econtra hæc facere poterit, non autem Florentinus, vel similis sub diuerso Principe militans.

21 Limitatur † tertio in semel periuro, qui perdit beneficium iuratoriæ cautionis. Bal. in auth. & qui iurat, in prin. C. de bon. author. iu. possid. Ias. in l. non exigimus. §. & quod diximus, num. 3. ff. si quis caut. quia semel malus, semper præsumitur malus in eodem genere mali, iuribus satis vulgaribus.

22 Ampliatur hæc conclusio, † etiam si periurus egerit pœnitentiam. Ripa, in l. damnum, nu 6. ver. 4. de dam. infecto, Fel. in c. fin. col. 1. de testib. in c. testimonium, nu. 19. ver. tertia conclusio, eo. tit. Marsil. sing. 74 tu habes, & 273. notissimum, & 458. liber. Alcia. reg. 2 præsum. 10. Euerar. in loco a te ad tēpus. Ias. in l. admonēdi, nu. 27. ver. secunda species, de iureiur. vbi Ripa, nu. 55. Curtiu. Bolate Plot. de in litem iurando. §. 50. num. 3.

23 Ampliatur secundo, † ēt si iuramentū in parte tantū reperiretur falsu, nā & in illa causa, & in omnib. alijs perdit beneficiū iurando. Dec. cons. 83. col. pen. ver. septimo ēt respondere pōt. Alex. cons. 14. col. 1. ver. quarta ratio, vbi etiam apostilla ad eum, vol. 1.

24 Ampliatur tertiò † ēt contra alium periurū, infamem, vel dolosum, & hæc est communis opinio. Bar. in l. cum mulier. col. fin. ver. quæro quid si, & ibi Alex. ff sol. matr. Ias. in l. in arenam. ff. de inoffic. test. Fel. in c. testimonium. col. fin. de test.

Ampliatur quarto in eo, qui non seruauit fidem sine iuramento promissam, nam nec in actu iurato postea creditur. Seraphin. de iuramen. priuileg. 18. limit. 12

In contrarium faciunt notata per Alciat. in rub. de Iureiur. nu. 6. cum seq. quem videre placeat.

25 Limitatur † in iuramento illicito, quia illud non seruans non dicitur periurus, & consequenter veniat admittendus ad iuratoriam cautionem, Felin. in d. c. testimonium.

26 Limitatur † secundo in periuro absq; dolo malo, quia talis nō amittit facultatem iurandi, cum periurium non committatur sine dolo malo, puta in eo, qui iurauit soluere in termino, & ob malā fortunam superuentam non potuit soluere, Cotta in verbo

periu-

periurium, Alex. in l. fin. in fine. ff. qui ſatiſd. cogantur. conſi. 92. col. penul. verſic. item pone. vol. 1.

27 Caius, † ſi verus eſſet, admodum frequens, & quotidianus, cum ſæpe debitores in termino non ſoluant, & in aliqua cauſa in teſtes examinati de hoc in ſpecie interrogentur ad reddendos ſuſpectos, quod non eſſet, ſi hoc verum eſſet, nec in caſu requiritur abſolutio a iuramento, ſi mala fortuna excuſaret.

28 Contrarium † ſentit Iaſ. reprobata opinione Bal. in l. in actionibus. col. 5. de in lit. iuran. in l. ſi quis maior, ſub nu. 3. C. de tranſ.

29 Communis tamen opinio eſt cum Bal. vt periurium non committatur ſine dolo. Caſtr. in l. qui iuraſſe, in prin. ff. de iureiur. Alexan. in l. fin. ff. qui ſatiſd. cog. conſi. 92. col. fin. vol. 1. Dec. in auth. qui rem. nu. 4. C. de ſacroſ. eccl. Iaſ. in l. videamus, nu. 7. de in litẽ iuran. Cagn. in d. l. ſi quis maior. nu. 185. vbi Claud. nu. 41. Gom. Arias ſuper l. 81. Tauri. nu. 30. Iul. Clar. in §. periurium, ver. excuſatis aũt. Eman. Soarez in theſa. recep. ſent. in verbo periuriũ, nu. 10.

30 Quid † in iuramento nullo, vel inualido? adhuc enim eſt periurus, nec auditur. Iaſ. in l. vbi pactum. nu. 25. C. de tranſact. Marſil. conſi. 9. num. 40. Crau. conſ. 191. ſub num. 7.

31 Limitatur † tertio in eo, qui veriſimiliter de facili ſit peieraturus, vt per ſcribẽt. in c. fi. de reſt. ſpol. late Iaſ. in l. 1. nu. 23. limi-

32 tat. 5. ff. qui ſatiſd. cog. † appellant pulchrum, & valde notabile D. Abb. in c. qua fronte, in fine, de appel. Maran. in ſuo Speculo, memb. 9. dum agit de iuramento. Marſil. in l. mariтus. num. 51. de quæſt. & ſing. 74. Marſil. loquẽs in infami, & ſpurio, & Iudæo ſing. 273. Menoch. de arb. iud. lib. 2. Centur. 2. Caſ. 192. late Seraphin. de iuramento. priuileg. 1. limit. 3. & priuileg. 4. nu. 78. limit. 8. & in priuileg. 18. num. 34.

33 Vnde prudenter monet Iudices Grat. reſpon. 47. nu. 15. lib. 1. quod Iudex debet multum reſpicere ad qualitates, & conditiones perſonarum, & ſecundum illas iudicare.

34 Illud † verum eſt in materia periurij, quod non dicitur periurus, & conſequenter non repellitur, ſi hæres ſit iurantis, & contrauenıat late deducit Anto. Gab. de iureiurando, concl. 6. nu. 22. vel non obſeruauerit, quia ſibi non fuit obſeruatum, quia prima contrauentio attenditur. Roma. conſi. 155. vel non obſeruauerit ex iuſta, & rationabili cauſa. Roma. conſil. 429. vel iuramentum non fuerit voluntarie præſtitum, ſed cogente imperio legis ſtatuti, vel Iudicis etiam iniuſtè. Bolognet. in d. l. ſi quis maior. nu. 42. vel iuramentum contineret promiſſionem de præterito, vel præſenti, ſecus ſi de futuro, quo caſu non incurritur periurii. Cocc.

conſ.

cons.214.in fine, vol.2. Abb. in cap. testimonium, de test. vel non esset præstitum iuramentum in conuentione aliqua inter partes, quo casu periurium incurritur, secus si quis iurasset aliquid de se ipso faciendo, vel iuratum est Deo, quo casu nec infamia incurritur, vt per Bolognet. in d.l. si quis maior, paulò ante nu.63. vbi habes multas alias limitationes.

35 Vnde † non est bona exceptio dicere, contrauenit actui iurato, sed consideranda sunt prædicta, & similes circumstantiæ qualitates, & requisita.

36 Limitatur † quarto in eo, qui spōte se obligauit ad satisdandū, imputandū n. est ei, qui satisdandi necessitatē assumpsit. l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisd. cog. Ias. in l. 1. no. 23. limit. 6. ff. eod. & in l. 1. col. fi. C. de procur. & vr in terminis decis. Bal. cons. 64. vol. 1. Pedemont. decis. 70. no. 4. In contrariū facit; nam quando reus conuentus assumpsit in se onus probandi, tamen absolui debet etiā si nihil præstiterit. l. qui accusare. C. de eden. vbi Dec. col. 3. gl. in l. circa. de probation. Ias. in §. omnium, nu. 3. de action.

37 Secundo † pro hacmet opinione confirmanda facit, quod not. in l. manifestæ, de iureiurando, & per Pedemont. decis. 97. vbi si quis assumpsit onus probandi per testes, & aliquos examinauit, immo sit in fine examinis, non censetur renunciasse iuramento litis decisiuo, & illud offerre poterit.

38 Et hæc opinio æquior, & rationabilior videtur, † quia qualibet promissio etiam iurata intelligitur ciuiliter & data possibilitate, etiam si aliter lex ipsa disponeret. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loc. l. quid ergo. §. si hæres. ff. de leg. 1. Bald. in l. cum te. C. de donat. ante nup. in l. multū. C. si quis alt. vel sibi, late Dec. cōs. 198. col. 2. vers. prędictis tñ, &c. & cons. 225. col. 2. vers. sed videndū, & in l. nuptias, post nu. 8. de reg. iur. latè Crau in actu iurato, cōs. 12. Vnde quia materia frequens, & vtilis est, reassumendo ad vtilitatem ponam aliquas conclusiones, quarum

39 Prima sit, † Actore non probante reus absoluitur, etiā si onus probandi in se assumpserit, & nihil probauerit. glo. notabilis, secundùm Bart. ibi in l. circa. nu. 3. ff. de prob. Scribentes in l. qui accusare, vbi Alex. nu. 4. Ias. nu. 5. Dec. nu. 15. C. de eden. latè multos cumulans Benincas. in §. omnium, de act. nu. 496.

40 Secunda sit conclusio. † Accusator adulterij exprimendo personam adulterantem de alia probanda nihil agit. Marss. sing. 187. & cons. 7. nu. 60. latè Dec. in cap. ex parte, col. 5. nu. 13. ver. sexta conclusio, de rescrip. etiam si aliàs qualitas ipsa non esset necessaria. latè Grat. cons. 59. nu. 29. lib. 2.

Tertia

41 Tertia ad propositum sit conclusio. † qui se astringit ad dandum fideiussores, eos non reperiendo adhuc auditur in iuratoria cautione, iuribus, & rationibus superius adductis.

42 Quarta sit conclusio. † reus, qui se astrinxit ad probandum, & iam plures testes examinauit, non impeditur ex hoc iuramentum offerre litis decisiuum, vt concludit Pedemont. decis. 97.

43 Quinta sit conclusio, † si partes in causa summaria processerunt ordinarie litem contestando, & similes actus ordinarios faciendo, non impediuntur quin & summarie procedere possint, nisi expresse in contrarium conuenerint. Bal. in l. 3. ff. de test. commendat Maran. in suo Speculo, in verbo summarie, sub nu. 8. dicens hanc decisionem esse vtilem, & necessariam.

44 Et sic ex prædictis infertur correlarie † limitatio ad reg. l. si quando. ff. de leg. 1. ex cap si Papa, de priuileg. lib. 6. vt verba debeant aliquid operari, quia hoc non procedit quando promissio, vel obligatio intelligeretur secundum naturam actus, vel quando resultaret derogatio iuris communis. Grat. lib. 2. respon 153. in fine. Innoc. in c. ex litteris, de iure patr. Nat. cons. 581 nu. 16.

45 Limitatur † quinto in persona, præsertim in aliqua dignitate constituta, quæ præcipuè admittitur ad iuratoriam cautionem, l. quotiens, vbi not. C. de dign lib. 12. Pedemon. decis. 70. nu. 3. sed contrarium practicatur. Iul. Clar. in §. fi. q 45. ver. scias autem.

46 Limitatur sexto, † vt non admittatur ad iuratoriam cautionē, qui eius culpa, & defectu incidit in paupertatem Bal in auth. cui relictum. C. de indic. vid toll. Ias. in l. 1 ff. qui satisd. cog. limit. 7.

Declaratur hæc limitatio, vt procedat, & vendicet sibi locum si ista paupertas superuenerit post, secus si aderat tempore contractus, vel commercij, quia sibi imputet, qui cum tali contraxit, l. qui cum alio, vbi not. Dec. & alij ff. de reg. iur.

47 Vnde † non excusatur contrahens cum filiofamilias, vt not. Bart. per illum textum, in l. inciuile. C. de iure. & in l. penult. ff. ad Macedon Etiam si esset forensis; qui de facili ignorantiam prætendere posset, Cuman. cons. 26. cum statutum Paduæ.

48 Subdeclarat † hæc declaratio, vt bonus Iudex debeat esse prudēs, & circūspectus, vt si ex ista mala qualitate morū, & corruptela de facili esset peieraturus, qd nō deueniatur ad istā iuratoriā cautionē ex his, q̄ superius diximus de verisimiliter peieraturo.

49 Limitatur † septimo in officijs administrādis, vt in tutoribus, vel curatoribus, quia tales non præstant iuratoriam cautionem. l. 1. ff. de tut. l. 2. C. eo. vbi potius remouentur, quam præstare habeant iuratoriam cautionem. Ias. in auth. cui relictum, in fine. C. de

de iudic.vid.toll.& in l.1.limit.8.ff.qui satisd.cogantur. Bald.in cap.1.nu.4.de procur.in l.1.circa medium,C.de vsu,& fruct.leg. Aret.in §.fin.de suspect tut.Benincas.de pauper.q.9.spec.8.vltim. volun nu.19. cum seq.

50 Pariter nec in vsufructuario cautio iuratoria sufficit, sed fideiussores requiruntur. Bald.in l. vxori vsufructu. ff.de vsufruct.leg. Gozad cons.91.nu 3.

51 Quod † verum aliquibus visum fuit, si sit persona fide digna, aliàs non.Bar.in l.4.C.de vsu,& habit. quam concordiam sequitur Ant.de But.& ibi Imo.nu.27.in c.fi.de pig. Guid.Pap.decis. 250.Ant.Gabr.de vsufruc.conclus 1.suo nu.41.

52 Verior † tamen opinio videtur, vt capiat de manu hæredis, deductis expensis arbitrio Iudicis, vel alterius personæ honestæ.Roland.cons 71.nu.11.vol.1.Bellon.cons.54. nu.6 Borg.de vsufruc. nu.150.Seraph.de iuramen.priuil.18.nu 41.

53 Quod † verum in vsufructuario verè, & propriè, secus legali, & impropriо, quia ad nihilum tenetur. Crauet.cons.285. col.fin. ver.similiter, &c.

54 Limitatur † octauò in suspecto de fuga, vel capto tanquam suspecto, qui non admittitur ad iuratoriam cautionẽ. Ang.& Imo. in l. non facile. ff si cui plus, quam per l.Falc. Soci.in d.l. 1 nu.26. vbi Ias.limit.13.ff qui satisd.cog. idem Soc.cons.130 nu.4.vol. 1.

55 Limitatur † nono in debitore magnæ quantitatis, qui non admittitur ad iuratoriam cautionem, sicut nec defertur iuramentum suppletorium, iuxta not.in l.admonendi.ff de iureiur. & hæc limitatio deseruire potest in hac materia oblationis bonorum.

56 Limitatur † decimo in eo, qui venit nõie alieno, prout in procuratore, quia iura, & leges loquentes de iuratoria cautione loquuntur in causa propria, nõ in aliena, ideo procurator, de cuius mãdato dubitatur, admittitur cũ cautione de rato, l.1.C.de procur.tñ si nõ reperiat fideiussorẽ, non auditur in iuratoria cautione.Bal.in c 1.col 2 de procur & plenè in c.coram.col fin.de offic. deleg.licet Alex.contrarium tenuerit in l.actionem.C.de procur.

Limitatur vndecimo ad tollendum sequestrum, de quo suo loco dicam, Deo dante.

57 Limitatur † duodecimo, in contumace in non parendo Iudici, qui perdit beneficium iuratoriæ cautionis.gl 1.in auth ei qui iurat.C.de bon author.Iud.possid. gl.in c.qua fronte,& ibi Abb. colum.fin.de appel.

58 Limitatur decimotertio, vt nunquam iuratoria cautio præstita propter impotentiam satisdandi sufficiat, vt velit aduersarium

ad

ad aliquid præstandum, Bal. in l. 2. notab. 2. C. de vsu, & fruct. leg. q8 deseruire poterit in hac, de qua agimus, oblationis materia.
59 Limitatur decimoquarto in casibus, in quibus quis nó admittitur cum fideiussoribus, ná in his multo minus admittitur cum iuratoria cautione, quæ debilior est. Gozad. cons. 100. post nu. 33. Ruin. cons. 84. in fine, vol. 1. commendat admodum Cotta in memoralibus, in verbo, fideiussor, de iudicio sisti.
60 Limitatur † decimoquinto in criminalib. in quibus iuratoria cautio nó admittitur. ita Cast. Soc. & Ias. in d. l. 1. ff. qui satisd. cog.
* In contrarium est consuetudo, & cómunis opinio, de qua per Marsil. in rub. de fideiuss. num. 66. & de consuetudine, apostil. ad Bal. in auth. hodie. C. de custod. reorum. Boer. decis. 349. in fine.
61 Declara, & sic concilia, † vt in pecuniarijs, vel alijs leuioribus criminibus iuratoria cautio admittatur, vel in grauioribus multum non inditiatis, siue simus in masculis, siue fœminis, nec in hoc facienda sit differentia, Iul. Clar. in §. fi. q. 46. ver. sed quid agendum. Seraphin de iuramen. priuileg. 18. nu. 7.
62 Forma † autem iuratoriæ cautionis hæc recepta videtur: Iuro quod nó possum inuenire fideiussorem, & faciam, quod mihi incumbit, Bal. in auth generaliter, col. 2. ver. in tex. ibi, iuratoriam. C. de episc. & cler glo. 3. in l. 1. ff. qui satisdare cogant. Guid. Pap. & ibi bona apostil. decis. 189. commendat Cotta, in memorab. in
* ver. iuramentum non probat, & hæc est communis opinio. Socin. cons. 79. ver. tertio confirmatur, lib. 2. Iul Clar. in §. fin. q. 46. vers. sed quomodo. vbi etiam habes in materia criminali, & vide eundem Soc. cons. 231. lib. 2. vbi notabiliter loquitur.
63 Sed circa hoc requisitum quæro vnum notabile: † pone, quod non obtulerit fideiussorem tempore oblationis, sed post, an audiatur, & gaudeat beneficio huius auth. hoc nisi? & vtique non, sed debet fideiussorem secum ducere, vnde fideiussorem offerre est realiter præstare, vt pulchrè, & egregiè docet Ang. dicens in practica admodum notandum, in l. de pupillo, §. si is cui, in l prætor ait, §. si quis paratus. ff. de noui oper. nunc per tex. notabilem in l. seruus si hæredi, in fine. ff. de stat. liber. licet pars cótradicat, vel nihil dicat, non tamen est necesse, vt promittat Notario, vel alteri recipienti pro illo, & dicit Ang. quod habuit in facto, in
* quæstione valde ardua, & ibi Ias. nu. 2. dicit hanc esse eádem opinionem. Nat. cons. 344. num. 34. Bursat. cons. 51. & talia requisita sunt adeo necessaria, vt debeát interuenire tempore oblationis, nec sufficit, per Bursat. cons. 9. nu. 51. Nat. vt supra, Cephal. cons. 275. nu. 1. lib. 2. decis. Pedemont. 193. in decisionibus vltimis,

Et

64 Et confirmo, si opus est; † nam conditiones debent præcisè, & in forma specifica adimpleri, l. si heredi, & l. Mævius. ff. de condi. & demon. & tamẽ si stat per eum, cum debet adimpleri, habetur pro impleta, l. iure ciuili. ff. de cond. & demon. & ff. de reg. iur.

65 Et † in materia est textus in l. qui dotem. §. idem responsum, in fine, ff. de solu. quem singularem ad hoc dixit Roma. consi. 163. in fine.

Quæstio Secunda ad auth. hoc nisi, C. de solut.

66 QVÆRO, † an dispositioni auth. hoc nisi, renunciari possit? in qua quæstione, quoniam scribentes dicunt, quod hæc recidit in illam, an cessioni bonorum renunciari possit, vt dicit, & firmat Cin. in d. auth. hoc nisi. Papiens. in for. respon. in actio. hipoth. in verbo, exceptionem. nu. 4. ideo iuxta illius terminos procedendo dicitur.

67 Conclusio igitur est, † cessioni, vel oblationi bonorum renunciari non potest, glo. in auth. immo, in verbo, parentib. C. de act. & obl. Bar. in l. alia. §. eleganter, post nu. 14. ff. solu. matr. Ang. in l. nemo carcerem. C. de act. tribut. lib. 10. Alex. cõs. 37. num. 6. vol. 2. Abb. & alij, in c. Odoardus, de sol. decis. Tholosan. 61. cum late adductis per Tiraquel. in præfat. l. si vnquam, nu. 137. C. de reuocan. don. & hæc opinio est æquior, & humanior, vt attestatur Vital. in tract. clausul. in clausula, an possit renunciari beneficio cessio. nu. 1. & hæc est communis opinio tam Legistarum, quàm Canonistarum, vt dicit Fulg. in d. §. eleganter, & secundum eum plu- * ries in facto iudicatũ, vt dicit Alber. in rubr. C. de ceff. bon. post nu. 13. Guid. Pap. decis. 221. Bero. q. famil. 133. Ripa in l. obligatione generali, nu. 29. de pig. & hanc veriorem, & magis commu- ** nem dicit Couar. var. resolu. lib. 2. cap. 1. nu. 7. licet ipse contrarium sentiat, prout & Brun. de ceff. bon. q. 20. prin. Menoch. de arbitr. casu 183. nu. 18.

68 Ampliatur † hæc vera, & magis communis opinio, vt nec etiã ** cum iuramento renunciari possit, & hæc est magis cõis opinio. Alcia. in c. cum contingat. nu. 69. de iuretur. quẽ sequitur Viuius in verbo, debitor non potest, in fine. Eman in suo thesau. recep. sent. in verbo, cessioni. nu. 41. Seraphin. de iuramen. priuileg. 91.

69 Quæ † ampliatio præcipuè vera est, si sequeretur illa inconuenientia, quæ diligenter considerauit Rot. decis. 567. in antiquis, quã videtur sequi Couar. in citato loco, ver. tertio animaduertendum, circa medium. Seraphin. de iuramen. priuileg. 91 Aufr. ad

Tholos.

Tholos.quæst.61.Brun.de cess bon.quæstio.20.princ.

70 Et ex prædictis postea in hac eadem materia infertur, † sicut non tenet talis renunciatio, ita nec pactum, vt solutio fiat in pecunia tantum, non in alijs rebus.

71 Contrarium † tamen magis practicatur, cum liceat debitori suas res vendere, & ex his pecuniam redigere, & pactum seruare, diligentia tamen, de qua supra adhibita gaudebit beneficio auth.hoc nisi, vt dicit Papien. in forma libelli in act.hypothe. in verbo, exceptionem, in fine.

72 Et † maxime stante iuro, quod obligat precisè. Benintend.Rot. Bononien.28.pulchre Goz cõs.82.vbi dispositio authen.hoc nisi, non hẽt locum in actu iurato, Benuen.Strac.in tit.de decoct.pãr. 3.num.44. & sic habetur prima limitatio, vt dispositio auth.hoc nisi, non habeat locum in actu iurato. Ceph.cõs.195.lib.2. Decis. Peru.64. vbi monet, vt petat absolutio a iuro. Brun.de cess.bon. q.34 q 4.prin.Vincen Franc.decis.81.dicens non habere cõtradictorem stante iuramento.Pedemon.153.nu.13.in nouis.

73 Limitatur † secundo in Ecclesia, quæ non seruata forma d.authen potest offerre rem non meliorem.Bar.in auth hoc ius porrectum, in fine.C.de sacros eccl.Ias.Dec. & alij, in l 2.§.mutui datio.ff.si cert.pet.commendat pro sing.Roma.singu.815.tu habes. Aufrer.ad Tholos.decisionem 68.

74 Limitatur tertio, vt non procedat in paruo debito, † pro quo non cogitur quis date rem meliorem.Imola in l.a diuo Pio, §.in venditione, in princ.ff de re iud.& est admodum notandum.

75 Limitatur † quarto in mercatoribus, & cãpsoribus, qui nõ admittutur ad oblationem bonorum, nisi habuerint infortunium. item in equitibus S.Petri, Pauli, Lauretanis, & Pijs, & sic in societatibus officiorum non habet locum oblatio, nisi debitum transcendat medietatem. Decis.Perus 64 nu 17 & seq.

76 Et aduertendum est in practica, † quod lista, & oblatio bonorum debet fieri medio iuramento per debitorem offerentem, vt practicare docet Papiens.in dicta gl.exceptionem.nu.4.

77 Id autem, quod dictum est, vt dispositio auth.hoc nisi, non habeat locum in actu iurato, declaratur nisi post renunciationem, vel iuramentum non superuenerit casus inopinatus auferens potentiam soluẽdi in pecunia, & vendendi bona sua, quia iuramento non obstante erit locus dispositioni auth. hoc nisi, quia iuramentum intelligitur rebus sic stantibus, nec extenditur ad incognita.c.veniẽs, de iureiurãdo Ripa in l.2 §.mutui datio, nu.28. ff.si cer pet.declarãdo, vt per Seraphin.de iuramẽ.priuileg.119.

Anto.

Anton. Gabr. de regulis iuris. conclusione 4. numero 11.

78 Adde † tñ in materia iuramenti, quod debet expresse promitti de soluendo in pecunia, non aliter, & in hoc expresse iuramentum apponit, & tunc oblatio non releuabit, alias iuramentum in hoc non releuaret, vt per Pedem. vt supra. Quæ declaratio egregia sanè est, sed nimiũ, ni fallor, videtur restrictiua, ob id dubito.

79 Sextum † est requisitum auth. hoc nisi, a Doct. receptum, quod debitor tradat instrumentum titulorum, argumento l. Titius, ff. de act. emp. quod æquum, & rationabile est. l. apud Iulianum, §. si Titius, ff. de legat. 1. Bursat. cons. 84. nu. 5.

Quæstio Tertia ad auth. hoc nisi, C. de solut.

80 QVAERO † de quotidiana, & practicabili quæstione, aliquis mutuo accepit a Sempronio scuta centum, & nisi restituerentur infra terminum conuentum, possit debitoris accipere bona, quæ valeant pro intranti quantitate, nunquid erit libera electio creditoris accipere quæ bona voluerit, in quo loco sibi placuerit?

81 Et † vtique creditor non potest accipere quæ bona voluerit, nec debitor tenetur offerre listam suorum bonorum, iuxta formam auth. hoc nisi, sed arbitrio boni viri non meliorem, neque viliorem, sed mediocrem. Bart. in l. si ex falsis. in fine, C. de transact. in l. quotiens, nu. 2. ff. de opt. leg. Ias. in authent. sed & si quis. numero 5. & 6. C. commun. de leg. Boerius virtualiter decis. 46. Diaz. reg. 406. legatarius. Borgni. de tut. & curat. nu. 250. Bursat. cons. 84. nu. 11. licet contrarium teneat, nu. 32. & hæc est vera, & * communis opinio. decis. Perus. ... nu. 7.

82 Ampliatur hæc conclusio, † vt vendicet sibi locum etiam in filio, qui pro sua legitima non potest rem meliorem eligere, sed aliquam non deteriorem, arbitrio tamen boni viri. Bal. in l. iubemus, col. 1. vers. item fallit in legitima, C. ad Trebel. cons. 217. circa finem, vol. 1. & hæc est vera, & communis opinio. Ias. in l. filiũ, quem habentem, col. 6. nu. 17. C famil. ercisc. Aret. idem attestans cons. 156. col. fi. hoc idem attestatur Pic. in l. in quartam. numero 49. ff. ad l. Falc. Dec. cons. 236. nu. 9. Ripa in d. l. in quartam, nu. 112. vbi Coras. nu. 197. Alc. nu. 24. Soc. iun. nu. 103. Rolan. 78. nu. 15. lib. 1. Didac. in c. Rainaldus, §. 2. nu. 5. de test. Menoch. dicens vno ore id omnes recipere Interpretes, de arbit. Iudic. lib. 2. cent. 2. casu 163. num. 21. decis. Perus. 65. nu. 16. Cuc. de legit. fol. 29. sub nu. 31. Ant. Gabr. de legit. conclus. 4. vbi multis modis limitat,

mitat, & declarat Clemen. de patr. potesta. c. 7. effec. 16. nu. 39. & 41. Bursat. cons. 84. nu. 12.

Ampliatur secundo, vt sicut non licet creditori, nec econtra debitori ex regula, non debet. ff. de reg. iur. & vt æqualitas seruetur, l fin. C. famil. ercisc.

83 Ampliatur tertiò, † idem procedere in diuisionibus faciẽdis, vt latè deducit Boer. decis. 46. per totam. extenditur hæc ampliatio, vt diuisio aliter facta retractetur etiam iurata. Soc. cons. 25. per totum, lib. 4. Caputaq. cons. 77. Roman. cons. 471.

84 Vnde † iuramentum non est tantæ virtutis, & potentiæ, vt validet diuisionem inęqualiter factam, quod videtur admodum notabile, & singulare.

Ampliatur quarto in venditione, vnde si quis vendit fundum ad mensuram, quæ verè reperitur, tamen in eo est certa pars terræ pro parte bona, & pro alia parte mala, quod debet fieri mensuratio æqualiter de vtraque, & non poterit offerre de suo capite, & pretium debet esse æquale & de bona, & de mala. Bal. in l. sicut, in fine, ver. vnum scias. C. de act. emp per textum singularẽ, iuncta glo. in l. qui libertatis §. fin. de act. empt. quem sequitur ibi Ludo. Bologni. in suis primis interpretationibus, licet non per illum tex Iac. Rebuff. in l. 1. post princ. ver. & sic facit. C. de conditis in publ horre. lib. 10. per text. in l si verò. ff. de pig. act. & in Auth. de fideiuss. §. quod autem, in fine.

Ampliatur quinto in muliere dotem recuperante, in bonis stabilibus hypothecatam, nam eligere non potest vbi voluerit, sed arbitrio boni viri. Bart. in l. si ex falsis. C. de transact. vbi omnes vnanimiter sequuntur, & dicunt in facto sæpius euenire. Imo. in l. debitoribus, ff. de re iud. vbi idem dicũt in materia euictionis, Parpal. in repet. l. placet, col. 3. C. de sacrosanct. eccl.

85 Ampliatur † sexto, vt debitor, qui bonis cessit, nec postea conuenitur, nisi in quantum facere potest, si acquirat turrim, vel domum magni valoris, & pauci redditus, non cogitur ad instãtiam creditorum vendere domum, vel de ea satisfacere creditoribus, nisi pro modo fructuum, & redditus illius, non autem habito respectu ad illius æstimationem, & valorem, vt not. Bar. in l. qui bonis. ff. qui bon. cede. poss. vbi etiam Ang. Imo. & Alex. in l. Imperator. in 4. notab. ff. ad Trebel. latè Boer. decis. 19. nu. 7. Menoch. de arbit iud. casu 183. nu. 24. Bursat. cons. 184. nu. 17.

Ampliatur septimo, idẽ esse in quota bonorum legata, Ias. in l. non amplius, §. cum bonorũ, ff. de lega. 1. Vinc. Sala. in l. filiũ, quẽ habentem, ff. famil. erciscun. Menoch. de arbit. iudic. casu 162.

Ampliatur

Ampliatur octauò, idem esse in assignatione Trebellianicæ, & Falcidiæ, attenta maxime æquitate, Pic. ad l. in quartam. num. 130 133. & 141. & ibi Soc. iun. nu. 98. ff. ad l Falc. O dr. consi. 197. 4. dubio. Aret. consi. 155. nu. 7. in fine. Rui. consi. 131. nu. 25. lib. 1. Rube. consi. 156. nu. 10. Pari. consi. 45. nu. 19. lib. 2.

86 Limitatur prædicta, quando debitor, in cuius facultate erat consignandi omnia bona arbitrio Iudicis, passus fuisset litē contestari, quia post litis contestationem, vel tenetur soluere pecunias, vel soluere omnia bona. Bar. in l. si quis stipulatus, nu. 4. ff. de solut. in l. item veniunt. §. idem rectè, de pet. hæred. Dec. consi. 287 in fine Bursat. consi. 84. in fine.

87 Vnde † creditor semel vnam rem eligendo, & super ea litem contestando, variare non poterit amplius. Lofred. consi. 19. nu. 3. Capic. decis. 46. nu. 6. decis. Perus. 65. nu. 20.

SVMMARIVM.

1 *Offerendi ius duplex est, & quomodo competat, nu. 2. & 3.*

4 *Offerendi ius possessori competens durat vsque ad litis contestationem in causa executionis iudiciali.*

5 *Offerendi ius competens creditori non ratione possessionis, sed hypotheca, quale sit, et qualiter introductum, nu. 6 et vbi esse non possit, nu. 7.*

8 *Creditor secundus primo creditori debitum offerre, & liberare pignus a primo credito potest. ampliatur tamen, nu. 9. 15. & 16. limitaturq; nu. 18. & 19. atque 59 & 61. declaratur limitatio ipsa & ampliatur, nu. 23. 24 25. 31. 32. 34. 35. 36. 42 50. 57.*

10 *Obligatio primi creditoris, per venditionem, vel dationem insolutum eidem factam cum sublata sit, an talis venditio & satisfactio sit considerabilis, nu. 11.*

12 *Debitori conditionem primi creditoris deteriorem, adyciendo secundo, facere potest.*

13 *Creditor secundus in sua oblatione, an etiam vsuras, & interesse, vel vnum tantum, scilicet pretium offerre teneatur, & nu. 14.*

17 *Creditori, vel emptori, de cuius pecunia fuit solutum, hypothecaria non competit, nisi adsit pactum.*

20 *Creditor pignus etiam securum a iure offerendi secundi creditoris vendere potest.*

21 *Creditor ius offerendi habens iure creditoris & vt extraneus emere potest, & qualiter obtulerit, ex coniecturis cognoscitur, nu. 22.*

26 *Debitori ad pignora recuperanda, quæ actio detur si non dederit debitori principaliter, sed fideiussor a creditore receperit, & nu. 27. & 28.*

Quæstio Vndecima de iure Offerendi.

Ad l. 1. C. qui pot. in pign. & l. potior. § si, ff. eo.

ARticulus iuris offerendi est frequens, & quotidianus, prout eum exorditur Paul. Castr. in l. si res obligata col. 2. num. 4. ff. de leg. 1.

1 Et pro eius introductione dico, quòd ius offerēdi est duplex. primum est, quod competit possessori conuento hypothecaria, in quo considerandi sunt duo casus. primus est ad consequendum simpli-

simpliciter liberationem, & rem retinendi liberã, & tunc ius offerendi competit cuicunque possessori, siue iusto, siue iniusto, vt habetur in l Paulus. § fin ff quib. mod. pign. vel hipothe. soluitur. Etiam postquam est condemnatus, in hipothecaria antequam rẽ tradat. Spec de solu. & liber §. 1. ver. quod si te mihi facit ff. de pigno. l. si fundus. § si pluris, quia exceptio cedendarum non impugnat sententiam de iniquitate idem potest opponi in executione, vt l. si fideiussores. §. idem respõdit. ff. de fideiuss. l. Nesennius. §. fin. ff de re iud.

2 Secũdus † casus est ad effectum consequendi cessionẽ actionum per viam exceptionis, & tunc requiritur, quod possessor sit iustus; secundum Castr. in citato loco, dicentem audiuisse a quodam suo Doctore.

3 Contrarium est verius, † vt habeat locum etiam si possessor sit iniustus etiã ad effectum cedendi, glo. in l mulier, in verbo, iustus. ff. qui pot in pign. habeant. Aret. in §. item si quis, in fraudẽ, sub nu. 26. vbi Ias. sub num. 113. Inst. de act. & hæc est communis opinio, Affl. decis. 259. nu. 3.

Et ratio est, quia creditor agens hipothecaria non concludit ad rem præcisè, sed quousque soluatur debitum, itaq; si possessor etiam iniustus offert debitum, id facit voluntate creditoris.

4 Et † istud ius offerendi competens possessori solum durat vsq; ad litis contestationem, in causa executionis iudicialis. Bart. in l. stipulationes non diuiduntur, col. penul. vers. sed iuxta prædicta moueo vnum dubium ff. de verb. obl. in l si quis stipulatus fuerit decem, in mille. ff. de sol. Bal. consi. 109. quilibet, col. 2 lib. 3. pulchre Affl. decis. 187. vbi voluit admitti purgationem moræ Cravett. cons. 298. circa principium. Ias. in §. item si quis in fraudem. nu. 119. Inst. de act.

5 Aliud † est ius offerendi cõpetens creditori non ratione possessionis, sed ratione hipothecæ, puta si debitor priori creditori pignus vendiderit, aut in solutum dederit, nam potest secũdus creditor pignus auocare a priori creditore offerendo debitum, vt in l. 1. C. si antiq. cred. potest n. secundus creditor liberare pignus a primo creditore, & confirmare suam hipothecam, vt habetur in l. potior. §. fin ff. qui pot. in pign. habeantur, & in l. 1 C. eod. tit.

6 Et † istud ius offerendi competens creditori hipothecario videtur introductum ratione æquitatis, vt si pignus plus valeat, quàm sit creditũ, aut ius prioris creditoris, pertineat illud plus ad posteriorem creditorem, satis enim visum est si creditor prior ius suum consequatur.

7 Cum igitur † istud secundum ius offerendi competat ratione pignoris, vel hipothecæ, sequitur quod vbi non est, nec esse potest pignus, non posit esse huiusmodi ius offerendi, prout in re per prius alienata, l. cum tibi. vbi, Sal. ita summat. C. qui pot. in pig. habeant. l. nulla. C. de sol. Fed. de Senis cons. 226. quæstio videtur. Bal. cons. 84. præmittendum, col. 1. vers. restat ergo videre, lib. 3. Infertur secundo, quod ius offerendi est ius reale, Aymo cons. 298. nu. 8. per l. 1. C. si antiq. cred.

8 Conclusio, & regula igitur est, † secundus creditor potest offerre creditori debitum, & liberare pignus a primo credito iuribus superius adductis.

9 Ampliatur † primo etiam si priori creditori a debitore res hipothecata vendita sit, vel in solutum data pro suo credito, quia adhuc secundus creditor potest offerre primo. l. 1. §. cum autem. C. si antiq. cred. & ibi Sal. declarat; nam sicut si debitor dictam rem alteri extraneo alienasset, remaneret secundo creditori salua sua hipotheca, quia res hipothecata transit cum onere suo. l. si debitor. C. de distract. pign. c. ex litteris, de pign. l. si conuenerit. §. si fundum. ff. de pign. act. ita quando vendit, vel dat in solutum priori creditori, remanet salua sua hipotheca secundo creditori, & potest offerre primo, prout hanc æquiparationem facit textus in l. 1. C. si antiq. creditor.

10 Et si † dicatur, obligatio primi creditoris, & hipotheca est sublata per véditionem, vel dationem in solutum eidem factam, & propterea non videtur necessaria alia solutio, aut satisfactio.

11 Respondetur, † quod ista venditio, vel datio in solutum, nó est considerabilis hoc casu, ex quo est reuocabilis per secundum creditorem offerre volentem. glo. Iac. de Aret. Cyn. & alij in d. l. 1. C. si antiq. cred. per text. in l. si quis aliam, ff. de solu. & facit textus, & quod ibi not. gl. & Doc. in l. ex sextante. §. Latinus. ff. de excep. rei iud. Secundo modo respondet gl. & bene in d. l. 1. C. si antiq. cred. quod si aliter diceremus sua diligentia noceret primo creditori, quod esse non debet, l. debitor. ff. de separat. & secundus creditor lucraretur cum iactura primi, quod esset iniquú, argumento, l. si me & Titiú. ff. si cer. pet. & melius in l. itaque. in verbo, licet. ff. de dolo.

12 Et sic † licet debitori facere conditionem primi creditoris deteriorem, adijciendo secundo, vt ff. de separ. l. 1. in principio, & facit l. si creditor. §. 1. ff. de distr. pign. & l. si a creditore. C. de act. & obl. & l. si paterna. C. de repud. hæred. & l. penul. ff. de excep. rei iud.

13 Sed pulchra, ni fallor, est circa hanc primã ampliationem inuestigatio,

13 uestigatio, † an secundus creditor in oblatione sua teneatur etiã offerre vsuras, & interesse, vel vnum tantum, s. pretium ?

14 Et † vtique tenetur secũdus creditor offerre interesse, vel vsuras, & inter alia per textum expressum in l. 3. in 2. respon ff. de distrac. pig. qua lege cauetur, quod secundus creditor teneatur offerre pecuniam primo creditori solutam, & vsuras medij temporis, & glo. in ver. offerri, allegat tex. in l. 1. C. si antiq cred. vbi ita demum auditur secundus creditor agens contra primum creditorem possidentem pignus, si offerat quod ei debetur, & sic interesse, & ita in facti contingentia tenuit Vincen. Franc. decis. 12. dicens in fine hanc opinionem habere magnam æquitatem.

15 Ampliatur † secundo, vt regula procedat etiam si ille primus creditor, qui accepit in solutum, vel emit a debitore, postea vendidit alij, quia talis emptor non erit securus, sed etiam ei a secundo offerri poterit, quia primus creditor non vendit ei iure creditoris, sed potius vigore suæ acceptionis in solutum, vel emptionis, & sic transtulit in eum dominium affectum. Salic. in d. l. 1. C. si antiq cred post Cin. & Iac. de Arena.

16 Ampliatur † tertio. vt regula procedat etiam si debitor vendidisset rem hipothecatam alteri, vel obligasset, vt de illa pecunia solueret primo creditori, & ita postea soluit, quia adhuc isto casu secundus creditor poterit offerre illi emptori, vel creditori, de cuius pecunia fuit solutum primo creditori, quod multis visum fuit notabile, cum extincta fuerit omnino obligatio primi creditoris per solutionem factam in quantitate consistente in genere, quæ de facili consumitur, & tñ secundus creditor adhuc potest offerre, & auocare rem ab emptore, vel creditore, de cuius pecunia solutum fuit primo creditori, iuxta l. prior. ff. de distrac. pign.

17 Dicto † tamen creditori, vel emptori de cuius pecunia fuit solutum, non competit hipothecaria, nisi adsit pactum, l. Aristo. ff. quæ res pig. oblig. pos. l. 1. C. de his, qui in prio. cred. loc. succed. datur tamen ius excipiendi, & retentio pignorum contra secundum creditorem agentem, l. 1. & ibi hoc firmant Salice. & Bar ff. quib. mod. pig. vel hipoth solua. & in l. qui a debitore. ff qui pot. in pig habeant. per l ex sextante § Latinus. ff. de excep rei iud. & l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. emp. & l. 3 §. 1. ff. qui pot in pig. habeant. Castren. cons. 470. Corn. cons. 455. volu. 2. Negus. de pigno. in 3. memb. quintæ par. reprobata in hac parte glo. in d. l. prior. ff. de distrac pig.

18 Ampliatur † quarto, vt tale ius offerendi deduci possit tam in prima, quam in secunda instantia. Afflict. decis. 16. num. 6.

Limitatur primo loco principaliter allegata conclusio, vt non procedat quando primus creditor venderet bona hipothecata iure crediti extraneo emptori, prout de iure cõi potest, prout in §. 1. Insti. quib. alien. licet, vel non. l. si conuenerit. ff. de pigno. act. l. fi. C. de iure dom. impetr. quia tunc secundus creditor non poterit offerre illi emptori, sed emptor erit securus ab eo, l. 1. C. si antiq. cred. seu si ipsemet creditor emeret, vel in solutum acciperet, adhuc ei secundus creditor offerre posset, d. l. 1. in 2. respon. & ibi per Bal. & Salic. quod satis notabile videtur, vt sit potentius ius in aliena persona, quam in propria ex eod. tit.

19 Ratio † differentiæ esse videtur, quia creditor vendendo extraneo dominium transfert, cum vẽdere de iure possit pignus, iuribus superius adductis: vnde resolutum est omne ius secundi creditoris: secus est quando primus creditor emit, vel in solutum accipit a debitore, quia recipit ius affectum ratione hypothecæ, cũ non adsit illa primordialis vendendi licẽtia, prout in creditore, ita Corn. consi. 245. vol. 2.

20 Et † sic habetur ampliatio ad l. si conuenerit, ff. de pig. act. & §. creditor. Instit. quib. alien. licet, vel non, vt creditor possit vendere pignus etiam securum a iure offerendi secundi creditoris.

21 Sed non inutilis est indagatio, † creditor habens ius offerendi emere potest iure creditoris, & vt extraneus. Bal. in l. ordo. colum. 1. vers. tertio quia potest. C. de execu. rei iud. & est tex. secundum tertium intellectum in l. 1. vbi Ripa in 1. notab. ff. de priuileg. cred. tenet glo. in l. a diuo Pio §. si pignora. ff. de re iud.

22 Respondetur, † quod recurrendum est ad cõiecturas, ex quibus elicietur, an obtulerit, vt creditor, vel vt extraneus, maxime si offerendo intendat cõpensare erit iure creditoris, vt late deducit Vincen. Fran. decis. 69. vbi idem dicit in fideiussore emente.

23 Declaratur † hęc prima limitatio multis modis, & primo, vt procedat quando primus creditor venderet extraneo emptori, & ita loquitur l. 1. C. si antiq. cred. secus si primus creditor non daret fideiussori sui debitoris, quia tunc secũdus creditor posset, dicto fideiussori ementi offerre, vt est tex. in l. 2. ff. de distrac. pigno. & ibi no. Bar. & in l. 1. C. de dolo.

Ampliatur hæc prima declaratio, vt ius offerendi contra fideiussorem nedum secundo creditori, sed & principali debitori, vt habetur in l. 1. C. de dolo.

24 Ampliatur † secundo, vt tale ius competat etiam confideiussoribus, si ipsi pignora dederunt, & in summa competit omnibus quorum interest. l. Paulus respondit fideiussorem, ff. de fideiuss.

25 Amplia-

25 Ampliatur † tertio, vt facta oblatione sint restituendi fructus, & vsura medij temporis, prout no. in dictis iuribus, & l. 2. ff. de distrac. pign.

26 Dices in practica, † quæ actio dabitur debitori, vel simili ad recuperanda pignora, cum non dederit debitori principaliter, sed fideiussor receperit a creditore?

27 Respondetur, † quod competit actio in factum, per l. si cum venderet. ff. de pig act. quia videtur tacite pactum cum fideiussore, vt pignora restituantur ei, ad quem spectant; & ita sentit Ang. in d. l. Paulus respondit.

28 Potest † etiam dici cum Castren. ibidem, vt detur actio pignoratitia, sicut daretur contra creditorem, cum iste in illius locum successerit.

29 Et sic † ex prædictis habetur limitatio ad regulam, quod non possum vt ego, possim vt alius, vt l. si pater. §. qui duos ff. de adop. nam non procedit in fideiussore, de quo supra, & ratio est fides debita ratione conuentionis, adest mandati hoc impedit.

30 Et † illud ius offerendi hoc casu oritur ex præsumptione iuris & de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium, & oritur a bona fide. ita gl. in l. 2. in verbo, restituet. C. de dolo.

31 Declaratur † secundo loco principaliter hæc prima limitatio, vt si secundus creditor emat, contra eum sit ius offerendi per alium creditorẽ ea ratione, quia non videtur emisse proprie, & irreuocabiliter, sed pignoris conseruandi causa, vt habetur in l. cũ secundus. §. 1. cum l. sequen. ff. de distract. pigno. vbi I. C. met rationem reddit.

32 Et sic datur emptio propria & irreuocabilis, & impropria & reuocabilis, prout in creditore emente pignus iuris conseruandi causa, cõtra quẽ datur ius offerendi, & reuocat emptionẽ factã.

33 Declaratur † tertio hæc prima limitatio, quando venditio facta per primum creditorem iure creditoris extraneo non esset recte, & legitime facta, quia ante tempus, vel aliter nõ seruata forma iuris, vel pacti, quia tunc tam debitor, quam secundus creditor auditur volens reuocare dictam venditionem, vt habetur in l. 2. C. si antiq. cred.

34 Ampliatur † hæc limitatio etiam si dicta venditio esset facta sciente debitore, quia exceptio, quæ competebat contra vendentem, transit in emptorem, l. in hoc iudicio, §. pen. ff. commun. diuid. l. si a te. §. fin. ff. de excep. rei iudic. & ita tenet gl. in d. l. 2.

35 Et † nihilominus dictus empor habet contra debitore agentem ad reuocandam emptionem, exceptionem doli, nisi ei offerat pe-

rat pecuniam, quam creditori soluit, vt l. emptor. in prin. ff. de re iud. & hęc omnia in facti contingentia comprobat Vincen. Fran. decis. 224. dicens venditionem non esse legitime factam, si sit læsio vltra sextam partem in publicis subhastationibus.

36 Declaratur † quarto, quando creditor venderet pignus vni ex fratribus: nam per alios fratres potest offerri pretium solutum, & tenet ir reconmmunicare. Alex. in l. 1. in fi. C. de dolo, per tex. notabilē secundum Castren. ibi, in l. fi. §. quatuor. ff. de leg. 1.

Et notandum est, quod in eo contextu tria concurrunt, vinculum fraternitatis, communio bonorum, & actus communiter celebratus: & si deficiat primum, duo alia sufficiunt, & si vnum ex duobus vltimis deficiat, aliud cum vinculo fraternitatis non sufficit, vt ibi diligenter animaduertit Pau. Castren. dicens esse casum notabilē, & quotidianum: vnde si non simus fratres, sed habeamus bona communia, & communiter debitum faciamus, bona communia obligando erit locus dispositioni §. quatuor.

37 Et † secundum Albert. intellectum ille tex. loquitur in prædijs prælegatis: nam quilibet ratione eiusdem affectionis intēdebat.

Facit ad prædicta, quod alias dixi in trac. locati, & còducti, quod colonus debet potius vendere partem suam domino, quam alijs & sic dominus præfertur.

38 Similiter † creditor effectus dominus rei pigloratæ tenetur potius vendere domino, id est debitori, quam alij, & ipse præfertur. l. fi. §. si autem in tempore statuto. C. de iure dom. impetrand.

39 Sic † etiam minor præferri debet in emptione rei, quę fuit suorum maiorum, l. si emptione ff. de mino.

40 Pariter † in emphiteosi finita per generationem, quia filijs, & descendentibus dominus directus etiam si esset ecclesia cogitur refirmare, si infra annum petat a die scientiæ, & hæc est magis commu. opi. sol. Cla. in §. emphiteosis. q. 43. Ant. Gab. de iure emphi. concl. 1.

41 Et sic † affectio ad rem ratione sui, vel suorum maiorum, multum operatur.

42 Declaratur † quinto loco in herede, qui si emat a primo creditore, adhuc posterioribus creditoribus competit ius offerendi, nec in hoc est securus. glo. notabilis ab omnibus commendata in l. 1. in glo. fi. in verbo, conueniri. C. de act. vel repudian. hæred.

43 Ampliatur † hæc glo. declaratio, vt procedat indifferenter, siue adiuerit, vel se immiscuerit ante emptionē, siue post, nam in hoc nulla est differentia, & hæc est magis cōis opin. ibidē attestata p Cast. Alex. & Tal. omnes commēdantes admodum dictā glossam.

Et

44 Et † in hoc colligitur notabilitas istius glosæ, nam vt dictum est, extraneus emens a primo creditore, est securus, & tamen non est securus hæres emens ante aditionem, & sicut extraneus.

45 Secunda † notabilitas, quæ colligitur, vt etiam si emat antequam sit hæres, tamen adeundo postea non est securus, nec attenditur tempus emptionis, in quo non erat hæres, & ratio videtur in promptu, quia secuta aditione fingitur retro dominus a die mortis. l. hæres quoque. ff. de acquir. hæred. & ibi Bart.

46 Limitatur hæc conclusio, † vt procedat in herede suo, in quo cadit talis fictio. ita sentit Alex. in d. l. 2.

47 Limitatur † secundo, si post emptionem adeat hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, quia per hanc aditionem hoc modo factam conseruat ius emptionis factæ. ita Salic. in d. l. 2. Rolan. de inuentar. hæred. par. 4. ver. an licet res confecto, &c.

48 Posset † fortasse dici, quod etiam inuentario non confecto hæres adeundo post emptionem sit securus, nam veritate inspecta tempore, quo emit, non erat sua res, & sic cum fuerit valida emptio non debet per subsequentem aditionem infirmari. nec obstat, quod habetur, quod retro fingitur hæres, quia hoc non procedit quoad omnia, sed ad tollendum hoc absurdum, ne quis decedat pro parte testatus & pro parte intestatus, contra l. ius nostrum. ff. de reg. iur. alias autem sequeretur absurdum aliud, quod si filiofamilias delata est hæreditas extranei, si postea effectus sui iuris adeat, quod acquireretur patri, contra l. dubium. C. de leg. nec potest habere locum allegata fictio, quia deficit extremum habile a quo, quia res iam est effecta heredis antequam adeat, vnde cum semel sit sua, nõ potest amplius esse sua, ex alia causa l. sequitur. §. lana. ff. de vsucap. late Bart. in l. si is, qui pro emptore, in 5. q. princ. de vsucap. quare cogitandum putarem.

49 Et † sic habetur ampliatio ad l. neque pignus. ff. de reg. iur. & l. rei tuæ. ff. de contrahen. empt.

50 Declaratur † quinto loco, quando primus creditor in venditione apponeret pactum, quod debitori liceat offerre emptori, & rem recuperare, quia vigore dicti pacti poterit debitor offerre, & rem recuperare, non obstante tali venditione. l. si cum venderet, in princ. ff. de pig. act. qui tex. mirabilia dicit, secundum Albor. ibi, valde commendantem.

51 Et notandum est, † quod hoc pactum potest dupliciter cõcipi. primo in personam debitoris, prout ibi dicit textus ibi, si debitor, &c. & hoc casu creditori vendenti cõpetit triplex actio, & remedium prima est actio directa ex empto informata ex pacto, quã

cedere tenetur, vt ibi textus dicit: secūda est actio, quæ cōpetit, in factum, vel præscriptis verbis, quæ oritur ex pacto in continenti apposito. Tertia est vtilis rei vēdicatio oblato pretio, & tenetur eas cedere debitori, ad cuius vtilitatē tale pactū apposuit.

52 Competunt † etiam debitori, tamen per cessionem trāsfertur solum exercitium directorum, vt ibi Castr. animaduertit. Vnde sequitur vnum, quod si pacisceris ad mei vtilitatē, teneris actionem mihi cedere, & facere de ea, quod mihi placet, & etiam debitorem liberare ad mei instantiam, & ita dicitur in facti contingentia consuluisse Bart. per l. idemque. §. si cui. ff. mand. & l. apud Celsum. §. mādaui. de doli excep. & l. mulier. §. fi. ff. de iure dotiū.

53 Secundo modo † concipitur pactum in personam met ipsius creditoris vendentis, quod quandocunque vellet restituere pretium emptor teneretur sibi reuendere, tunc debitori non quæritur actio sine cessione, tamen debitor agere potest, vt sibi cedatur, textus notabilis in l. si creditor, in principio, ff. de distrac. pign. vbi Bart. distinguit tria capita. primum quando apponitur pactum in personam debitoris. secundum quando in personam creditoris, de quibus superius vidimus. tertium quando simpliciter, & tunc datur restitutio in integrum.

54 Sed † an creditor remittere poterit hoc pactum in præiudicium debitoris eo inuito, & nolente? & vtique sic: Bart. tangit in l. qui Romæ. §. Flauius, de verb. oblig. per l. si partem, §. fi. ff. quemadmodum ser. amit.

55 Et † debitori competit rei vēdicatio, nam ex pacto l. commissoriæ, vel addictionis in diem transfertur dominium directum sine noua traditione, puta quod res sit inempta, & sic tendatur ad resolutionem contractus, iuxta plenè not. in l. 1. de don. sed in pacto simplici de retrouendendo, vel restituendo transfertur vtile dominium tantum, vnde datur vtilis vendicatio, vel actio in factum, aut præscriptis verbis, vt not. in d. l. si cum venderet.

56 Vnde Pau. Castr. † infert ad quotidianam quæstionem, quam dicit in facto habuisse in vsurario, qui apponit pactum de retrouendendo, vt statim oblato pretio dominium sit trāslatum, & sic posset postea debitor rem a quocunq; possessore vendicare, quod nōn esset si translatum non esset, dicens esse casum singularē, maxime si obtulit antequam vsurarius in alium transferat, sed idem est si post, quia non poterat transferre nisi cū sua causa, & sic oblato pretio vsurario resoluitur ius ementis. l. vectigali. ff. de pign. & est vtile propter fructus, postea perceptos, qui pertinebunt.

57 Declaratur sexto, † nisi debitor esset pupillus, vel minor 25. annorum,

annorum, vel absens ex causa reipublicę, vel ex aliqua iusta causa posset restitui in integrum aduersus dictam venditionem factam per creditorem, quia in quacunque ex dictis causis poterit debitor offerre emptori. l. si creditor. §. 1. ff. de distr. pign. firmat Salic. in l. 2. C. si antiq. cred.

58 Et † quod dictum est, debitorem admitti ad offerẽdum, idem dicendum est in secundo creditore, quia ius, quod competit debitori circa oblationem, competit etiam secũdo creditori, & fortius est ius oblationis in secundo creditore, quam in debitore, vt in l. si prior. §. secundum. ff. qui pot. in pign habeant.

59 Limitatur † secundo loco principaliter allegata conclusio, vt secundus creditor possit offerre primo, vt habeat locum in creditore hypothecario, non aũt procedit in creditore chirographario, quia ille non habet ius offerendi, nisi primo creditore volente ad effectum impetrandi cessionem l. nulla, & ibi Bar. C. de sol. l. cum tibi, & ibi Sal. C. qui pot. in pign. habeantur.

60 Nisi † forte talis creditor chirographarius possideret rem hypothecatam primo creditori, quia ab eo cõuentus posset, vt quilibet extraneus possessor offerre, iuxta l. Paulus §. 1. ff. qui pot. in pign. habeantur.

61 Limitatur tertio † loco principaliter post rem adiudicatã primo creditori, iuxta not. in l. a diuo Pio. §. post aditũ. ff. de re iud.

62 Et aduertendum est, † quod adiudicatio, & datio in solutum fit dupliciter: primo modo extraiudicialiter, iuxta textum in l. eleganter, in princ. ff. de pign. act. & isto casu remanet solum ius offerendi secundo creditori, iuxta not. in l. 1. C. si antiq cred.

Secundo modo fit adiudicatio per Iudicem seruatis seruandis ex secundo decreto, iuxta not in l. 1. si in cau. iud. pig. capt. sit. & isto etiam casu remanet saluum ius offerendi secundo creditori, quia factum Iudicis reputatur factum partis, l. si ob causam. C. de euict. ita Sal. in d. l 1. q. fin.

63 Et † sic in hac materia iuris offerendi, per secundum creditorem non est aliqua differentia inter concessionem iudicialem, sed semper est saluum ius offerendi.

S V M M A R I V M.

1 *Debitor non auditur offerendo post adiudicationem factam. limitatur tamen & declaratur, nu. 2. 3. 4. et 5.*

6 *Oblationis plures effectus et vtilitates, vsque ad nu. 10.*

11 *Creditor primus volens suum creditum recipere a secũdo sibi oblatum, tamen secundus suam confirmat hypothecam.*

Creditor

12 *Creditor secundus consentiens, quòd pignus sibi obligatum vendatur, succedit in hypotheca primi.*
13 *Creditore primo in duobus creditis, quorum vnum sit anterius, existente, secundus offerens priori debitum anterius, in illud succedit, nec posterius suo credito ei offerre tenetur.*
14 *Creditor ex vna causa particularem solutionem, an & quando recipere teneatur, & nu. 15. & 16.*
17 *Creditor secundo offerens illius prioris hypotheca, & personalis actionem intentare potest.*
18 *Oblatio secundi creditoris etiam absque conuentione competit.*
19 *Creditori secundo etiam si primus priuilegiatus sit, ius offerendi cōpetit.*
20 *Creditor secundus offerens etiam ius primi domini succedit.*

Quæstio Duodecima.

PVlchra, vtilis, & necessaria est indagatio, quæ passim in fo-
1 ro, & palatijs contingit: † est facta adiudicatio iure medio, & seruatis seruandis ad fauorem creditoris, nunquid debitor postea audietur offerendo, quod debet, & recuperare bona adiudicata? & vtique facta adiudicatione debitor amplius non auditur. Spec. in tit. de primo & secun. decr. § iuxta. ver. sed quid si il-
* le redeat, & hanc opinionem dicit communem Ias. in l. properandum. §. sin autem reus, sub nu. 8. C. de iud. veriorem, & magis cōmunem Alex. in l. debitoribus, in fine. ff. de re iud. in l. Iulianus, §. fin in fine. ff. de dam infec. & est casus, qui in foro, & palatijs passim occurrit, cum debitores nolint eorum bona in alium peruenire, sed penes eos ex aliqua causa remanere, & pecunias, quas debent exbursare.

2 Limitatur † hæc conclusio, nisi reus, contra quem processum est ad secundum decretum, vellet ostendere illud fuisse interpositum ex falsa causa, quia velit probare, quod debitum nō suberat, & quod pro illo debito obstabat exceptio, quia tunc inualidatur secundum decretum. ita singulariter concludit Barto. post glo. in l. Fulcinius. §. cum hoc, sub nu. 6. ver. & sic redditio. ff. quib. ex cau. in pos. eatur, per l. 1. §. hæc verba. ff ne vis fiat ei, & l. cum verò. §. subuentum. ff. de fideicom. liber. Rom. consi. 454. & singu. 608. secundum decretum.

3 Declara, † nisi tale secundum decretum esset interpositum pro executione sentētiæ diffinitiuæ latę super præterito debito, quia tunc non posset allegare debitum non subesse, quia sententia diffinitiua facit de indebito debitum. l. si fideius. §. omnibus. ff. man.

l. 1. C.

l.1.C.de condit.indeb.commendat Alex.in l.si finita, §.Iulianus, in finalibus verbis, ff.de damno infecto.

4 Limitatur † secundo, si adiudicatio fieret vigore rescripti obtenti a Principe, quia tunc debitor veniens infra biennium a die concessi rescripti, poterit offerre, & resoluere dictam adiudicationem, iuxta textum in l.fin.C.de iure dot.

5 Limitatur † tertio, vt prædicta procedant inspecto iure communi, & iuxta terminos ipsius, secus vbi aliter per statuta locorũ esset ordinatum, prout Florentiæ, de quo per Alex.cons.107.volum.5.& in Regno, vt per Maran.in Spec. in verbo, contumacia, sub nu.12.licet hoc idem de iure communi affirmat Guido Pap. sing.882.vbi distinguere videtur, aut offertur debitum infra biennium, & auditur, aut offertur cautio, & non auditur.

6 Plures tamen † sunt effectus, & vtilitates, quæ ex oblatione proueniunt, & resultant.

7 Prima † est vtilitas, qñ secundus creditor offert primo, & ipso recusante recipere, deponit dictá rẽ, liberat ab hypotheca prioris creditoris, & per consequẽs suã hypothecá in ea confirmat, vt l.1.& l potior.C.qui pot.in pig habean.& l.potior.§.si ff.eod.tit.

8 Secundus † est effectus, & vtilitas, quod potest primum creditorem etiá inuitũ cogere ad cedẽdum iura sua. Bart. in l.Aristo, q.2.ff.quæ res pign.obl.pos Bal.in l.nulla, in fine, C.de solut.

9 Tertia est vtilitas, quod si primus creditor nolit cedere secundo, absque cessione secundus succedit in ius primi creditoris, vt per Bart.in d.l.1.& in d.l.Aristo.q.2.

10 Quarta † est vtilitas, vt offerens succedat etiam in ius primi creditoris pro vsuris inuito debitore.l.si prior, §.1. & ibi Bart.ff. qui por.in pig.habean.l.secundus, C.de pign.facta verò cessione, qui effectus resultent, pone ex Borgni. decis.3. sub nu.36. par.1. & ibi dicta hic insere. Et præfertur secundus offerens quoad debitum primi, in quod successit, non autem quoad creditum proprium ipsius secundi, quia pro eo non pfertur alteri, qui est prior se, nisi mediante pacto inito cum secũdo, d l.si prior. §.si a Titio.

11 Ampliatur modo prædicta, † vt si primus nolit recipere creditum suum sibi oblatum a secundo, nihilominus secundus confirmat suam hypothecã, quia actio hypothecaria, quę prius competebat est effecta inutilis, per dictam oblationem, cum non stet per eum, l.potior, § fin.& ibi Bart.ff.qui potior. & l.1. C.eod.tit.

12 Ampliatur † secundo, vt prædicta procedant non solum si secundus creditor offerat primo, sed etiam si consentiat, & patiatur, quod pignus sibi obligatum vendatur, & ex pretio satisfiat

primo

primo creditori: nam etiam isto casu secundus creditor succedet in hypotheca primi creditoris, d.l.si prior.§.si tertius.

13 Ampliatur tertio, † vt procedat etiam si primus creditor esset creditor in duobus creditis, quorum vnũ esset anterius, alterum posterius: quia si secundus creditor offerat priori debitum anterius, succedet in illud, nec tenebitur ei offerre posterius suo credito l.quærebatur.ff.qui pot.in pig.habeantur.

14 Et infertur ex prædictis, † quod licet creditor non teneatur recipere particularem solutionem, quando creditor est ex vna causa: secus quando est creditor ex pluribus causis, quia pro vna integraliter satisfacere poterit. Bart.in l.tutor, §.Lucius, ff.de vsur. Ias.in l.quidam æstimauerunt.nu.6. limit.3.ff.si cert.pet.

15 Quæ † limitatio subdeclaratur duobus notabilibus modis. Primo, quando vtrunque debitum sit principale: secus si vnum principale, & aliud accessorium, puta interesse, vel vsurarum, per d.§. Lucius, per quem ita tenet Salic.in l.1. C.de solutionibus, quamuis contrarium teneat Castren.in d.l.quidam æstimauerunt.

16 Declaratur † secundo notabiliter in casu relato per Bart.in l. qui pignori, nu.4 vbi hoc valde commendat.ff.famil.erciscun.& diligenter notandum dixit Alex.in d l.quidam, nu.9.

17 Ampliatur † quarto, vt non solum secundus creditor offerens succedat in ius prioris hypothecæ, sed personalis actionis, & poterit vtranque actionem intentare, l.1.C.de his, qui in prio credit.facit l.pupillus, ff.de rebus eorum Bart.in d.l.Aristo.q.1 bonus, ni fallor, tex in l.secundus, iuncta glo. C.de pig.

18 Ampliatur quinto, † vt talis oblatio competat etiam absque aliquo pacto, vel conuentione, glo.& Bart.in d.l.Aristo.q.1.

19 Ampliatur sexto, † vt tale ius competat secundo creditori in offerendo, etiam si primus esset priuilegiatus, prout respublica, & similes.l.fin.C.de his qui in prio.cred loc.succed.

20 Ampliatur septimo, † vt secundus creditor offerens, succedat etiam in ius primi domini.l.4.§.1.ff.qui pot. in pign.habeantur.

Ampliatur octauo, vt secundus creditor possit offerre primo, non solum quando est conuentus à primo, sed etiam quando secundus agit contra primum. l.creditor, §. si primus, l. potior, §. fin.ff.qui pot.in pig.hab.etiam si primus tenutam acceperit. Bal. in rub.C.de priu.dot.col.4.vers.item scias.

SVMMARIVM.

1 *Creditur quando cogatur cedere iura.*

Cessio

2 *Cessio si petatur ante solutionem factam a creditore agente ad suum creditum, ope exceptionis petitur.*
3 *Cessio si petatur a creditore non agente officio Iudicis petitur. distinguitur tamen.*
4 *Fideiussorum unus, cur potius non proponit beneficium diuisionis, quàm petere cessionem de solido.*
5 *Fideiussorum unus, cur potius non petit cedi actiones contra principalem debitorem, quàm contra confideiussores.*
6 *Cessio petitur ex contractu, qui praecessit, ex quo creditor obligetur soluenti, infertturque, nu. 7.*
8 *Cessio debito consistente in pecunia petitur actione exempto si post solutionem nullus praecessit contractus; non consistente verò in pecunia, sed in specie actione praescriptis verbis. nu. 9.*
10 *Offerenti ad cessionem petendam, quando datur condictio ob causam.*

Quaestio Decimatertia.

1 QVAERO, † quando creditor primus, vel alius cogitur cedere iura posteriori creditori soluendi, vel offerendi? & quia materia ista est vtilis, & quotidiana, & passim in foro, & palatijs occurrit, ponam aliquas vtiles conclusiones, quare nus concernit ius offerendi, & pro faciliori ipsius declaratione.

2 Prima sit conclusio, † si cessio petatur ante solutionem factam, & petatur a creditore agente ad suum creditũ, & tunc cessio petitur ope exceptionis, l. si fideiussor. §. si. ff. de fideiuss. vbi Pau. Castren. in materia dicit, quod exceptio cessionis potest opponi ante sententiam, vt non condemnetur, nisi prius cedatur, vt l. si mandato meo. ff. de fideiuss. & post sententiam ante tamen solutionẽ, vt non cogatur soluere antequam cedatur, vnde exceptio cessionis est anomala; nam non sequitur naturam peremptoriae, quia non posset opponi post sentẽtiam, nec habet naturam dilatoriae, quia non posset opponi post litem contestatam, vt l. ita demum. C. de proc. l. peremptorias. C. senten. rescin. non posse & ideo potest obijci post sententiam, quia eam nõ impugnat de iniustitia sicut alia, de qua in l. Nesennius. ff. de re iudic. Et stante statuto, quod contra instrumentum iuratum, & guarentigiatum nõ possit opponi aliqua exceptio, nisi aliqua nominata in capitulo statuti exceptio cessionis opponi poterit post sententiam in executione, ne quis indebite priuetur iure suo. sentit Castren. in d. §. idẽ respõdit, in fine, ex doctrina Bar. in l. 1. in fin. principij, nu. 9.

ff. quod vi, aut clam. Bal. in l. 2. num. 3. C. de consti. pecu. quod est secundum eos notabile, & practicabile.

3 Secunda sit conclusio in materia cessionis; † si cessio petatur a creditore non agente, petitur officio Iudicis, l. fideiussorib. iunctis ibi no. per Castren. ff. de fideius. vbi Castren. post Cin. & alios dicit, quod vnus ex confideiussoribus sponte non requisitus potest offerre creditum integrũ creditori, & petere sibi cedi actionem contra confideiussores, & pignora quæ habet sibi tradi.

Vnde sequitur distinctio, aut loquimur in obligato, & potest offerendo petere sibi cedi actionem, d. l. fideiussoribus. aut loquimur in eo, qui non est obligatus, & offerendo non auditur in cessione actionum, l. nulla, cum ibi no. C. de sol.

4 Sed quæri posset in illo contextu, † cur vnus ex fideiussoribus potius non proponit beneficium diuisionis, quam petere cessionem de solido? hoc fortasse in eo contextu euenit, quia vel confideiussores erant absentes, vel admodum difficiles & potentes.

5 Posset etiam quæri, † cur potius non petit cedi actiones contra principalem debitorem, quam contra confideiussores. & magis æquum videtur posse responderi, prout superius dictum fuit, quod debitor esset absens, vel admodum potens, vnde in fideiubendo cauendum est, ne postea ex potentia debitoris principalis pœnitentia nascatur.

6 Tertia sit conclusio, † quæ respicit tempus post solutionem factam, si præcessit aliquis contractus, ex quo creditor obligetur soluenti, petetur cessio ex illo contractu. l. Stichum. § si mandato. ff. de sol. qui tex. secundum Bar. ibi, habet multum de fundamento in materia l. Modestinus, vbi tractatur materia cessionis, & ex eo duo colliguntur in hac materia. Primum est, quod quando obligationes sunt dispares, in genere tamen ad idem debitũ tendentes, soluens etiam ex interuallo petere potest actiones cedi. sed in hoc dices, nonne solutione facta est liberatus ille, contra quem postea petitur cessio? & vtique non; est enim liberatus ipso iure si ab eodem conueniatur, ne bis idem exigatur, sed illam exceptionem non poterit obijcere contra illum, qui soluit, & postea cessionem habuit. Secundum est, quod cessio petitur iure actionis. Colligitur & tertium, quod tutor tenetur si debito tempore non exegit debitorem pupilli a pendente lite, & iudicio cũ tutore super hoc, non per hoc est liberatus debitor pupilli.

7 Per † quod infert notabiliter ibi Pau. Castren. & dicit se fuisse primum consultorem approbatum postea a toto Collegio Florẽtino, quod si Potestas indebite relaxauit debitorem meum pro

debito

debito carceratum, quod tenetur mihi in sindicatu ad pecuniam debitam, & ego sibi debeo cedere actionem, & est casus valde frequens, & vtilis.

8 Quarta sit conclusio † in materia cessionis, si sumus in casu post solutionem, & nullus præcessit contractus, si debitum consistat in pecunia, petetur actione ex empto, quia soluendo videtur emere actiones, l. Modestinus, in fine. ff. de solut. l. cum is. ff. de fideiusso.

Et videtur notandum ex eo cõtextu, & notatis in eo, quod est differentia, quando solutio fit a principaliter obligato, vel à fideiussore, & alijs accessorie obligatis. Primo casu per solutionē factam ab vno ex principaliter obligatis, omnes alij sunt liberati, vnde ex postfacto non potest fieri cessio, nisi tempore solutionis hoc esset actum, d. l. Modestinus. Secundo casu soluens videtur quoad sui liberationem tãtum soluere: vnde aut post agit creditor, & exceptione repellitur, ne bis idem exigatur: aut agit fideiussor, qui iam soluit, & nõ repellitur, quia tempore illo videtur soluisse, vt actiones cedantur, & sic quodammodo actiones per eum emptæ videntur, & sic actio inutilis cedenti est vtilis cessionario. In exceptione autem quando illud, quod est causa exceptionis purgatur, & tollitur facta cessione, tunc exceptio, quæ obstat cedenti, non obstat cessionarijs, alias secus, l. fin. in princ. vbi Bal. C. de iure dot. l. apud Celsum. §. de authoris. ff. de excep.

9 Quinta sit conclusio, † si sumus in casu post solutionem, & nullus præcessit contractus, & debitum non consistebat in pecunia, sed in specie, tunc petenda erit cessio actione præscriptis verbis, iuxta not. in l. 1. §. si quis seruum, ff. depos.

10 Sexta sit conclusio: offerenti ad cessionem petendam, quandoque datur condictio ob causam, iuxta gl. in l. cum is. ff. de fideius. quandoque officium Iudicis, vt ibi per Bart. datur quodammodo indirectè condictio indebiti, quia eam intentando potest cessio obtineri, vt per glo. in d. l. cum is, & hæc sufficiant in materia cessionis pro meliori cognitione in materia oblationis. cætera omittam, quia non est principalis locus suus.

S V M M A R I V M.

1 *Actio hypothecaria quæ datur secundo creditori succedendi in locum primi, an sit eadem cum prima, plures casus considerantur. nu. 2. & 3.*

4 *Cedens si ponat cessionarium in locum suum, actio directa penes cedentem inefficax remanet.*

Y 2 Quæstio

Quæstio Decimaquarta.

1 QVAERO de pulchra & delectabili quæstione, † an actio hypothecaria, quæ datur secundo creditori succedendi in locum primi sit eadem, quæ competebat primo? in qua materia possunt considerari aliqui casus.

Primus est obligatio, quæ transit a defuncto in hæredem, non est eadem numero, sed specie, quia ita hæret ossibus, vt separari non possit, l. quis ergo casus, ff. de pecul. sed quia hæres, & defunctus reputantur eadem persona, ob id est eadem actio in specie, quæ transit a defuncto in hæredem.

2 Secundus est casus, † actio realis, prout hypothecaria, quæ sui natura separabilis est eadem numero competit primo, & secundo creditori glo. in l. Aristo, vbi Bart. numero 9. ff. qui pot. in pign. habeantur. Salicet. & ibi Cin. in l. 1. C. de his, qui in prio. cred.

3 Tertius est casus, † si sumus in actione, vel obligatione personali, ex quo est inseparabilis ab ossibus nostris, sicut characteo Baptismi, & aliorum Sacramentorum, vt not. in §. primo. Instit. de act. remanet directa, & transfertur vtilis in succedentem; vel cessionarium. Specul. in titu. de cessi. act num. 24. vbi Ioan. Andr. Bald. & Castrens. in dicta l. quis ergo casus, ff. de pecul. quam legit coniunctim cum pluribus legibus præcedentibus, Ias. in l. non quæcunque. § qui Caium, ff. de legatis 1. in l. quo minus. numero 178. de flumin. in l. prima, §. de illo. ff ad Trebellianum, Albericus in l. si ex legato C. de leg. Angelus consilio 70. Afflictus decisione 335. latè Tiraquellus de retractu Lignager. §. 26. glo. 3.

4 Et † si cedens in cessione posuerit cessionarium in locum suum directa remanet inefficax penès cedentem, vt per Ias. in d. §. qui Caium. latè Benincas. in § omnium. de act. nu. 310.

SVMMARIVM.

1 *Creditor primus, an possit offerre secundo.*
2 *Creditor prior non cogitur inuitus offerre secundo.*
3 *Creditor prior possidens pignus potest offerre secundo, non possidens vero nequaquam, siue primus hypothecam habeat, siue non, siue agendo, siue replicando, & quid si tertius pignus possideat. numero 4.*

Quæstio Decimaquinta.

1 SEd † nunquid primus creditor poterit offerre secundo, sicut secundus primo? & in hoc ponam aliquas conclusiones.

2 Prima igitur est, † prior creditor non cogitur inuitus offerre secundo, textus clarus in l. prior. C. qui pot. in pig. habeantur.

3 Secunda sit conclusio, † prior creditor possidens pignus potest offerre secundo, gl. quam ibi sequuntur Bart. Bald. & Sal. in l. 1. in ver. soluerit, circa medium C. qui pot. in pign. hab. in l potior. §. si. ff. eod. tit. per l. mulier. ff. eod. tit. & l. Paulus, §. fin. ff quib. mod. pig. vel hyp. solu. gl. in l. cum notissimi. §. eodem, in vers. debitum. C. de præscrip. 30. vel 40. annorum.

Tertia sit conclusio, si primus creditor non possidet pignus, non potest offerre secundo, siue primus habeat hypothecam, siue non; siue agendo, siue replicando. Salic. in d. l. cum notissimi. ff. eodem.

4 Quid † si non possideat, neque primus, neque secundus, sed tertius; an ex aliqua ratione possit primus offerre secundo? & vtique sic, textus in terminis in l. 3. §. 1. ibi, nisi forte prior, & ff. qui pot. in pign. habeantur.

SVMMARIVM.

1 *Creditor primus, an possit offerre secundo post depositum per eum factum. & num. 2. & 3.*

4 *Oblatione, depositione, & consignatione in secundum creditorem offerentem iura prioritatis hypotheca transfunduntur, non possessio.*

5 *Emptor rei fideicommisso subiecta, an possit conuentus illius æstimationem offerre?*

Quæstio Decimasexta.

1 QVæro, secundus † creditor obtulit, & deposuit primo creditori possidenti, an possit post prædicta primus creditor, offerre secundo?

Et quod non possit facit, quia facta oblatione, depositione, & obsignatione videtur resolutum ius pignoris primi creditoris, & confirmatum ius secundi; ita quod amplius ab eo auelli non possit, d. l. 1. & ibi Bal. Et videtur quod secundus creditor succes-

ferit in ius primi, iuxta no. in d. l. Aristo, & quam maxime, quia oblatio, depositio, & obsignatio habet vim solutionis. l. obsignatione. C. de sol. vnde solutione omnis obligatio est sublata. Instit. quib. modis sol. obl. in prin.

2 Pro † contraria parte facit, quia primus creditor respectu iuris offerendi æquiparatur extraneo possessori, vt dictum est, & extraneus possessor etiam iniustus, & carens titulo potest offerre, iuxta d. l. Paulus. §. fin. ff. quib. mod. pign. vel hypothe. soluitur. & glo. in l. potior. §. fin. ff. qui pot. in pign. habeantur.

3 Et † hæc opinio verior videtur, & sic in iure offerendi possessio præfertur iuri hypothecæ, vnde donec primus creditor possidet, semper præfertur.

Nec obstare videtur ratio pro contraria parte allegata, quia depositione, & obsignatione tollitur obligatio. d. l. obsignatione, sed non tollitur possessio, quæ est quid facti.

4 Et sic sequitur, † quod per oblationem, depositionem, & consignationem transfunduntur in secundum creditorem offerentem iura prioritatis hypothecæ, sed non possessio, vigore cuius prior creditor licet denudatus prioritate hypothecæ poterit tamen adhuc offerre vti extraneus possessor, & sic prior creditor possessor repræsentat duplicem personam, creditoris scilicet hypothecarij, & possessoris, & per oblationem perdita priuilegia primæ personæ, licet non secundæ.

5 Quæro, † in materia fideicommissi, an emptor rei fideicommisso subiectæ possit conuentus illius æstimationem offerre? & vtique sic, respondit Bal. in auth. contra rogatus, sub num. 4. C. ad Trebel.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio, an habeat locum in dote. & nu. 2. & 3.*

4 *Offerendi ius, an detur contra mulierem petentem assecurationem dotium ob vergentiam viri ad inopiam.*

Quæstio Decimaseptima.

1 QVid in dote? an habeat locum oblatio, vt scilicet possessor conuentus possit illius æstimationem offerre? & vtique sic, respondit Soci. cons. 224. col. 2. vers. quinimmo. vol. 2. concludens, quod licet agenti rei vendicatione non possit fieri oblatio, de qua in l. mulier. ff. qui pot. in pign. habeantur, tamen quando datur vtilis rei vendicatio in subsidiũ ratione vtilis dominij

minij ita debet concedi oblatio sicut, quando agitur hypothecaria per doctrinam Baldi in proximè præcedenti quæstione superius allegata.

2 Sed dubitari posset de hoc dicto, † quia per vtilem rei vendicationem, mulier agit ad dominium, vnde non videtur æquum, vt per possessorem fieri possit oblatio quantitatis, quia oblatio quantitatis tunc fieri potest, quando agitur ad quātitatem: illud enim offerri debet ad quod agitur, non autem aliud diuersum, cū aliud pro alio inuito creditore solui non possit. l. 2. §. 1. ff si cer. pet. & maxime, quia qui prætendit ad dominium permanens est potior quolibet alio creditore. l. si ventri. §. in bonis. ff. de priuileg. cred. & not. Bal. in l. in rebus, col. 1. C. de iure dot. & ita late contra Soc. tenet Neguſ. de pign. in 3. memb. qu in par. nu. 28.

3 Verum † Soc. sententiam vti veriorem tenet Iaſ. in l. traditionibus. sub nu. 20. ver. 13. C. de pact. vbi reputat hoc valde notabile, Didac. pract. quæst. cap. 28. versi octauo, dicens opinioné Neguſ. in hoc nūquam sibi placuisse. Rolan. conſ. 92. in fine, vol. 2. & ita pluries vidi practicatum, & obtentum.

4 Et prosequendo mulierum, & dotis materiam, † nunquid contra mulierem petētem assecurationem dotium ob vrgentiam viri ad inopiam detur ius offerendi? & vtique non, quia vere hæc assecuratio non est restitutio, sed positio dotium in tuto ad effectum, vt dotis fructus deseruiant pro alimentis vxoris, & filiorū. verba Baldi in cap cōtingit, col. 2. ver. quid ergo, in fine, de rest. spol. late in facti contingentia. Vinc. Franc. deciſ. 54. & hęc est magis communis opinio. Alba. consi. 80. Rolan. conſ. 9. num. 39. late Pedemon. 135. vbi videas. Addo Affl. deciſ. 199. Bal. conſ. 84. vol. 3. late Io. Cephal. conſ. 298. vol. 2 Riminal. iun. conſ. 3. vol. 1. & ita pluries iudicatum testatur Vinc. de Anna, singu. 296.

SVMMARIVM.

1 *Creditori quando obstet exceptio cedendarum, in bonis in parte liberatis, considerantur tamen tres casus, num. seq.*

Quæstio Decimaoctaua.

1 QVæro de pulchra, & notabili quæstione, † creditor habebat omnia bona obligata debitoris, liberat aliqua bona ab obligatione, postea agit contra tertium possessorem iuxta l. mulier. ff. qui pot. in pig. habeātur, qui offert ei, vel soluit,

 & pe-

& petit sibi cedi iura, & ipse creditor est paratus cedere, sed possessor excipit de bonis liberatis, contra quæ non potest cedere, an obstet creditori exceptio cedendarum?

Et videtur concludendum, talem exceptionem non obstare, ex quo simplex possessor non accipit hac mente possessionem, vt iura sibi cederentur a creditore agente hypothecaria, prout facit fideiussor fideiubendo, sed hoc in possessore venit quodammodo per accidens extra primæuam considerationem intellectus, quod licet creditor liberauerit aliqua bona, non per hoc obstat exceptio cedendarum. ita tenent Salic. & Bal. in l. iubemus, in fine. C. ad Velleia. sentit Soc. consi. 206. ver. tertius casus. late Dec. consi. 104. in penul. col.

2 Et † sic in materia cedendarum, quando talis exceptio obstet, considerandi sunt plures casus. Primus in simplici possessore, de quo in præsentiarum agimus, & ei talis exceptio non obstat modo, quo superius ad hoc propositum vidimus.

3 Secundus † est casus in fideiussore, in quo est depositum, vt sibi competat exceptio cedendarum in casu, quo creditor liberauit aliqua bona, quia à principio fideiubendo videtur voluisse caueri in omnibus bonis.

4 Tertius † est casus in muliere respectu dotis, quæ cõcessit marito alienanti certa bona hypothecata pro dote, & in illis renũciauit iuri hypothecæ, in fauorem emptoris, quod dictæ mulieri postea agenti, siue contra tertiũ possessorẽ, siue contreũ, siue contra fideiussorẽ non repellitur exceptione cedendarum, nec nocet in alijs bonis, quibus per eam non est renunciatum, neque respectu aliorum contractuum, neque respectu aliarum personarum. ita pulchrè Bal. in l. iubemus. C. ad Velleia. Soc. cons. 200 col. 2. vol. 2. Dec. cons. 104. Negus. de pig. par. 5. memb. 3. nu. 30. & 31. Ronchegal. de duob. reis, f. 11. nu. 61. Affl. videndus decis. 343.

SVMMARIVM.

1 *Tertius offerens, an liberetur.*

Quæstio Decimanona.

1 QVæro, † an tertius offerens pro debitore liberet ipsum, sicut si ipse debitor obtulisset? & vtique sic. Bal. post gl. in l. obsignatione. C. de sol. in l. cum postliminij. C. de cap. & po. li. unim. reuersi. in l. solemnibus. C. de sac. vend. in l. arborib.

§. quid

§.quid tamẽ.ff.de vsufruc.Bar.in l.solutionem, & in l.qui decem. §.si cum mihi.ff.de sol.Ang.in l.tale pactum.§. post diuisionem. de pact.Bonacos.de cautel.littera O,vers.5.

SVMMARIVM.

1 *Tertius offerens,an possit impetrare cessionem iurium.*
2 *Cedens actiones simpliciter nunquam contra seipsum cedere intelligitur.*
3 *Cedere quando teneatur hypothecaria agens.*
4 *Actiones cedendæ sunt tertio possessori etiam contra ipsum cedentem, & num. 5.*
6 *Possessor simplex creditum tam anterius,quàm posterius offerre tenetur.*
7 *L.inquisitio.C. de accus. limitatio.*
8 *L.mulier.ff.qui pot.in pig. hab. ampliatio.*

Quæstio Vigesima.

1 QVæro,† an tertius,qui vult offerre,possit impetrare cessionẽ iurium à creditore etiam contra ipsummet creditorem? Et pro parte negatiua facit l.2.C.de fideiuss. vbi creditor habens pro vno credito fideiussorem,& pignora, si agat contra fideiussorem vigore alterius hypothecæ,non tenetur fideiussori sibi soluenti tradere pignora,pro quibus habet retentionem vigore alterius hypothecæ.

2 Secundo facit communis regula, † quod cedens actiones simpliciter nunquam contra seipsum cedere intelligitur.l.si peculiũ. §.sicut.ff.de pec.leg.Bal.in l.2.C.an seruus ex suo facto. Alexan. consi.149.col.2.lib.2.

3 Tertio facit,† quia agens hypothecaria tunc demum videtur, quod cedere teneatur,quando ipsi cedenti nõ nocet, vt l.in creditore.ff.de distr.not.gl.in l.mulier.ff. qui potior. Bart. in l. 2. in prin.ff.soluto matrimonio.

4 Contrarium verius est, vt scilicet, † tertio possessori cedendæ sint actiones etiam contra ipsum cedentem, ex regula l. mulier. cum glo.ff.qui pot.in pign.

5 Et † ita ponderando multis modis ad hoc propositum d.l. mulier in facti contingentia,tenuit Dec.consi. 104. à quo habes responsionem ad contraria. Quod consilium videtur modificari per Negus.in possessore, & creditore simul, vt per eum de pign. par. 5. memb.3. sub num.32. sed considera diligenter consilium Dec. & cogitabis.

Habemus

6 Habemus † tamen in materia oblationis, quod simplex possessor tenetur offerre, & soluere vtrunque creditum tam anterius, quàm posterius, & in hoc conueniunt omnes.

7 Secundo habetur limitatio ad l. inquisitio. C. de accus. vt non procedat in cessione simpliciter facta tertio possessori.

8 Tertio habetur ampliatio † ad l. mulier. ff. qui pot. in pign. habeantur, vt procedat in casu prædicto, vt aperte sentit Dec. in citato loco.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussori competit ius offerendi. Ampliatur tamen duob. modis, totidemq; limitatur, atque etiam declaratur, num. seqq.*

7 *Creditor contra debitorem soluentem, vel offerentem, pignus pro debito chirographario retinere potest.*

Quæstio Vigesimaprima.

1 QVæro † ad materiam l. 2. C. de fideiussoribus, an ius offerendi competat fideiussori? & vtique sic, qui offerendo, vel soluendo creditori potest ab eodem obtinere cessionē iuris personalis, vt hypothecæ, vt habetur in l. 2. C. de fideiuss.

2 Amplia † primo, vt procedat, siue fideiussor conueniatur a creditore, siue ipse agat contra creditorem: nam si soluat, vel offerat, vtroque casu creditor tenetur cedere iura contra debitorem, vel confideiussores, & pignora. ita tenet Bart. remissiue tamen, in l. fideiussoribus ff. de fideiussor. post Cy. ab eo relatum, ad quem ibidem se remittit. idem tenet Salic. in d. l. 2 q. penul.

3 Ampliatur † secundo dispositio d. l. 2. C. de fideiuss. vt procedat etiam si creditor primo accepit fideiussorem pro suo credito, & postea ex interuallo pro eodem credito accepit pignus: nam ēt isto casu, si fideiussor soluat, vel offerat creditori suum creditū, creditor tenetur cedere dicto fideiussori etiam iura pignoris postea accepti, ita sentit gl. in d. l. 2. in verbo, obligatus, secundum intellectum Salic. ibidem. Neguss. de pign. memb. 3. par. 5. nu. 33. in fine. & ratio videtur in promptu, nam licet pignus postea fuerit acceptum, tamen satis est, quod in illammet causam fuerit acceptum, & sic non attenditur, hoc casu temporis interuallum, sed causa, propter quam, & finis, & intentio.

4 Limitatur † primo dispositio d. l. 2. C. de fideiuss. quod dictus fideiussor non solum tenetur soluere, vel offerre debitum, pro

quo

quo ipse fideiussit, sed etiam debitum anterius, s. debitum, quod creditor cum hypotheca eiusdem pignoris acquisiuit, aut creditum, pro quo fideiussor intercessit: nam nisi fideiussor offerat, vel soluat vtrunq; debitum, creditor non tenetur cedere, sed potest retinere pignus, donec vtrunque soluatur, ita declarat ibi gl. Cyn. & alij, Spec. de obl. & sol. §. 1. colum. fin.

5 Declaratur autē, † vt nō procedat, qñ post primū creditū pignus, & fideiussionē præstitā idē creditor, ex interuallo cōtraxit aliud creditū pro eodē, idē pignus accepit, quia isto casu sufficit, quod fideiussor agēs, vel cōuentus offerat primū creditū, pro quo intercessit, vel fideiussit ad obtinēdā cessionē, nec tenetur offerre secūdum creditū, nec pōt credita pro hoc pignus retinere. gl. in d. l. 2. in verbo, obligatas, quē ibi sequitur Cyn. Dec. cons. 204. Soc. cōs. 206. in 6. & 7. casu, licet subobscurè loquantur, & hæc videtur verior opinio, licet ibi in discursu Sal. contrarium teneat.

6 Limitatur † secundo, vt non habeat locum pro debito chirographario antecedenti obligationem fideiussoriam, quia pro illo non potest creditor retinere pignus contra fideiussorem soluentem, vel offerentem debitum, pro quo fideiussit, ita tenet gl. in d. l. 2. & ibi sequuntur Bal. & Salic.

7 Licet † respectu debitoris soluētis, vel offerentis aliud sit, quia contra eum creditor potest retinere pignus pro debito chirographario, per l. vnicam. C. etiam ob chirographariam. & ratio est secundùm Salyc. quia d. l. vnica, tanquam specialis, loquēs de debitore non est extendenda ad aliam personam, prout hoc casu est fideiussor, & ista cessio necessaria est, quia siue ea non competeret actio fideiussori contra alium confideiussorem, l. cum alter. C. de fideius. & hoc verificatur, & habet locum tam in creditore priuilegiato, prout fiscus, quàm in priuato, vt ibi tex. dicit: secus in duobus contutoribus, qui si vnus ex eis soluit integrum debitum pupillo habet vtilem actionem contra alium contutorem pro sua rata, absque aliqua cessione impetranda à pupillo, l. 1. §. nunc tractemus. ff. de tute. & ratio distrahendis, not. in l. 1. C. de transac. & ibi ratio plenè redditur, & ibi dicit Curt. iun. expedite magis tutori habere ius cessum a pupillo, quia potest agi eius nomine, & euitantur multæ exceptiones, quæ obijcerentur vtiliter agenti: ad præmissa faciunt not. per Euer. Cons. 1. vbi distinguit conreos a pluribus fideiussoribus, quia in fideiussoribus est necessaria cessio soluenti, aliàs non agit, secus in pluribus conreis, officialibus, vel magistratibus, & alijs, quibus cessio non est necessaria. Ronchegal. de duob. reis. l. 2. in princ. sub nu. 55.

SVMMARIVM.

1 *Creditori, an exceptio cedendarum obstet per fideiussorem, cui cedendum erat.*

2 *Creditor qui cedere non potest, exceptione cedendarum repellitur. limitatur tamen, nu. 3. 4. 6. 7. 11. 13. 14. & 15.*

5 *Creditor partem recipere cogatur.*

8 *Renunciatio generalis non valet, sed specifica esse debet: nec sufficit, si dicatur omni legum & iuris auxilio, num. 9. nec iuramentum supplet. numero 10.*

12 *L. quotiens. C. de precib. Imper. offer. declaratur.*

Quæstio Vigesimasecunda.

1 ET pro præmissorum intelligentia quæro † quid si creditor qui tenetur cedere fideiussori si ex aliqua causa cedere non possit, obstet exceptio cedendarum, ad materiam l. Stichum. §. si creditor. ff. de sol.

2 Regula igitur est: † creditor, qui non potest cedere repellitur exceptione cedendarum, d. §. si creditor. il 2. Bar. Bal. & Sal. in l. iubemus. C. ad Velleianũ. Corn. cons. 51. col. 3. vol. 2. Ronchegal. de duobus reis. l. 11. nu. 56. in fine. facit, quia ius extinctum cedi non potest. l. decem, de verb. oblig.

3 Limitatur † primo, si ille, qui primo liberatur, non tenetur in effectu, l. quamuis, §. Marcellus, & § si mulier, ad Velleianum. l. si procuratorem. § liber homo. ff. mand. l. si Titius. ff. de sol.

4 Limitatur † secundo, si illi qui cessit cessio fieri non potuisset facto debitoris, quia consensit liberationi vnius ex fideiussoribus per solutionem pro eo factam, iuxta textum notabilem in l. in his. §. 1. ff. de sol. ita tenet glo. in l. 2. C. de fideiuss. & ita refert Cyn. tenuisse Dynum eo audiente, gl. in l. nisi. ff de pact.

Et notandum est ad illius textus intelligentiam, quod dispositio illius textus procedit duobus principaliter concurrentibus. Primo quod quilibet ex fideiussoribus teneatur pro parte, vel ex conuentione, vel in effectu existentibus ambobus soluendo per beneficium Epistolæ Diui Adriani. Secundo, quod solutio fiat principaliter pro vno ex fideiussoribus. sequitur igitur ex prædictis, quod si ibi non fit cessio, hoc prouenit facto debitoris, vt sentiunt Bart. & alij superius citati.

Vel melius dic, quod tunc obstaret, quãdo peteret totum debitum,

bitum, quia tunc teneretur cedere actionem pro dimidia contra fideiussorem, sed hic non petit, nec habet partem suá, in qua non est cedenda actio contra fideiussorem, & sic non obstat exceptio, merito &c. & hoc magis placet ex eo textu, & magis applaudit.

5 Et sic est textus notabilis, † quod licet quis non possit cogere creditorem ad recipiendam partem, tamen fallit quando quis duos dedisset fideiussores non insolidum, quo casu licet debitor eius nomine non possit soluere partem, poterit tamen nomine, fideiussoris. ita hunc textum reputat notabilem Bal. in l. pro hæreditarijs, col. 1. C. de hæred. vel act. vend. in l. acceptam, oppos. 7. C. de vsu Imo. in l. si stipulatus, §. 1. ff. de solut.

6 Limitatur tertio, † nisi alter confideiussor consenserit. ita tenet gl. magna in l. nisi. ff. de pact. & ibi sequuntur Bart. Bald. Castr. Ias. & alij Bar. in l. si stipulatus. §. si ex duobus, sub nu. 3. ff. de fideiusso. Negusant. de pignor. memb. 3. par. 5. sub nu. 36. limit. 3.

7 Limitatur quarto, † nisi fideiussor qui petit cessionem renunciaret beneficio cedendarum, glo. in l. nisi. ff. de pact. in l. si quis in conscribendo. C. eo.

8 Et † generalis renunciatio non valet, sed debet specifice renunciari. gl. & Bal. in auth. hoc ita C. de fideius. Alex. ad Bar. in l. si ex duob. § si a Titio, ff. de duob reis, in l. hi qui, de fideius. Bart. in l. Modestinus, q. 1. ff. de sol. ad est famosum cons. Rom. 272. vbi studiose, & ex professo mouetur quatuor rationibus.

9 Ampliatur, † vt non sufficiat si dicatur, omni legum, & iuris auxilio, Bal. cons. 4. vol. 4. Ang. in l. 2. C. de fideius. Corn. cons. 51. col. pen. vol. 2. Dec. in l. fin. col. 4. ff. si cert. pet. Purp. in l. 1. nu. 67. C. de transac. Ant. Gabr. de fideius. conclus. 1. nu. 90.

10 Ampliatur, † vt non sufficiat, nec suppleat iuramentum. Mars. de fideius. nu. 90.

11 Limitatur † ex Dec. cons. 27. nisi præcedat aliqua specialis renunciatio aliquorum casuum, qui virtualiter includunt beneficium cedendarum actionum, puta si dicatur, si renunciat beneficio de fideiussoribus, Epistolæ Diui Adriani, & nouarum constitutionū, quo casu includitur beneficium cedendarum actionum. ita sentire videtur Soc. cons. 200. vol. 2. Aut igitur renunciatio est in se generalis, sed absoluta, & tunc non includit beneficium cedendarum actionum, aut est modo quo supra, & tunc includit. vnde bene dicitur, renũciat beneficio de fideiussoribus, Epistolę Diui Adriani, & omni legum, & iuris auxilio. late Vital. in trac. clausul. c. fin. tangit Ronchegal. de duob. reis, l. 2. in princ. nu. 58.

Et statutum disponens, quod contra instrumentum non possit

opponi

opponi aliqua exceptio, tamen ius petendi cessionem a creditore cui soluitur, non videtur esse sublatum. Bald.in auth. præsenti. vers.quæro dicit statutum.C.de fideius.Dec.cons.99.nu.3.

12 Et † dispositio l.quotiens,C.de precio.Imper offer.& eius materia procedit in fideiussore,qui renunciauit beneficio cedendarum,vt latè deducit Ant.Cucc.ad l.quotiens, limit.17.nu.137.

13 Limitatur † sexto, quando duo fideiussores diuersis temporibus fideiusserunt: nam si creditor liberat secundum,& agat contra primum,non obstabit exceptio cedendarum,quia primus fideiussor non intercessit contemplatione secundi,& ideo non potest cedi petere contra illum. ita gl.Martin.Bar.& alij in l.si stipulatus.§.fin.ff de fideius.

14 Declara, † nisi a principio quando primus fideiussor se obligauit conuentum fuerit,quod secundus fideiussor daretur:nam ratione conuentionis videntur dati insimul, & obstaret exceptio cedendarum, sicut quando verè essent nati insimul : secus è contra quando è conuerso creditor liberasset primum fideiussorem, & ageret contra secundum: nam tunc bene obstaret exceptio cedendarum, quia secundus censetur se obligasse contemplatione primi. ita colligitur ex distinctione Bart. in d.l.si stipulatus.§.fi. & ponit Salic in l 3 C.de fideius.

15 Limitatur † septimo in creditore liberante pignora,vel hypothecas acceptas si postea agat contra fideiussores offerentes, & petentes cedi actiones, tunc indistinctè creditori obstabit exceptio cedendarum actionum, quia fideiussor semper intercedere videtur contemplatione bonorum debitoris præsentium,& futurorum,iuxta l fin.C.quæ res pign.oblig.pos.sentit Bart.in d.l.si stipulatus,§.fin.

SVMMARIVM.

1 *Ius offerendi, an competat ratione dominij.*

2 *Cessio ratione dominij quatuor temporibus peti potest. & nu.3.*

Quæstio Vigesimatertia.

1 QVAERO, † an ius offerendi competat ratione dominij ? & vtiq; sic,etiam quod non possideat,nec sit creditor hypothecarius: nam ratione dominij potest luere rem obligatam alteri creditori,& illum liberare, tex. est notabilis in l.si res obligata,de lega.1.& ibi not. Bar.pulchrè Castr.Ias.& alij,&

talis

talis dominus, & legatarius soluens creditori pro liberatione rei suæ legatæ potest ab eo impetrare cessionem contra hæredem, qui tenetur ad liberandam dictam rem, vt ibi tex. dicit.

2 Et hanc cessionem petere potest quatuor temporibus, & primo ante sententiam latam in hypothecaria ad instantiam creditoris contra ipsum dominum possessorem, & hoc est clarum.

Secundo post sententiam latam in hypothecaria, ante tamen restitutionem rei hypothecatæ.

Tertio post sententiam, & restitutionem rei, & sic postquam desijt possidere, quia alias cedi non potest, nisi per secũdum creditorem hypothecarium, & possessorem, tamen hic petitur cessio ex causa solius dominij, vt ibi declarat Pau. Castren.

3 Quarto † petitur cessio in materia d. l. si res obligata, post sententiam, & restitutionem rei obligatæ in terminis d. l quia legatarius non soluit animo liberandi hæredem a debito principali, sed animo luendi rem legatam. vnde cum adhuc supersit actio illa cedi potest per creditorem ipsi legatario, vt per gl. in d. l. si res obligata, & ibi Ias. col. fin. vers. modo ex tota, &c.

S V M M A R I V M.

1 Ius offerendi, an fieri possit creditore inuito.

2 Creditor pecuniam oblatam recipere recusans, suum creditum iterum petere non impeditur. quid in soluente pro emphiteuta. nu. 3.

4 Solutio canonis ab extraneo tanquam procuratore emphiteutæ, vel eius negotiorum gestore facta, ipsi emphiteutæ prodest.

5 Solutio ab extraneo facta nomine proprio ipsius soluentis, nullum ius in emphyteusi habentis, emphyteutæ prodest. limitatur tamen, nu. 6. & ampliatur, & declaratur nu. 7. vsque in finem.

Quæstio Vigesimaquarta.

1 VIdimus superius, quod ius offerendi competit tertio penitus extraneo, nunquid fieri posit ipsi creditori inuito? videtur que sic, & impeditur creditor agere contra debitorem, & sic si debitor conuentus potest probare de oblatione facta creditori ab extraneo potest ipsum repellere. ita tenẽt Ang. Castren. & alij in l. tale pactum, §. post diuisionem. ff. de pact. vbi Ias. num. 3. dicit hoc perpetuo notandũm, nec alibi melius probari.

2 Bene verum est, † quod licet creditor recusauerit recipere pecuniam oblatam, nõ propterea impediretur iterum petere suum credi-

creditum, quia quando vnum est in obligatione etiam quod creditor sit semel in mora illud recipiendi, propter hoc non extinguitur obligatio, nisi res esset amissa, vt habetur per Bar. in l. fin. C. de cond. inser. l. seruus si postea. ff. de arb. commẽdat Rom. singul. 88. *tu sai*, vbi hoc limitat in creditore reipublicæ: nam si ille recusat debitum sibi oblatum per Rempublicam, illud amittit, per l. fortissimi, & l. nulli. C. de eroga. mili. anno. lib. 12. Petr. Girar. sing. 69. nu. 2. vbi hoc admodum commendat.

3 Quid dicemus † in soluente pro emphiteota? casus, quem multoties vidi in facto euenire, & ponam aliquas cõclusiones vtiles, & practicabiles.

4 Prima igitur sit concl. † solutio canonis facta ab extraneo tanquam procuratore emphiteotæ, vel eius negotiorũ gestore, prodest ipsi emphiteotæ ea ratione: nam quando tractatur de conseruatione iuris realis, factum negotiorum gestoris semper mihi prodest. Ias. in l. 2. nu. 68. C. de iure emph. Rom. cons. 103. facit l. vsum. ff. quemadmodum seru. amitt. l. arboribus, §. quid tamen, ff. de vsufruc.

5 Secunda sit concl. † solutio facta ab extraneo nomine proprio ipsius soluentis, qui nullum ius in emphiteosi habeat, prodest emphiteotæ, quia tractatur de conseruatione iuris realis, nec curatur a quo fiat solutio. Bal. in d. §. quid tamen, & in l. solemnibus, nu. 4. C. de rei vend. per tex. ad hoc notabilem in l. forma. §. si tamen ego. ff. de censib. late Rom. in d. cons. 103. Ias. in d. l. 2 nu. 69. C. de iure emph. Dec. cons. 58. col. fin. vers. non obstat aliud Socin. iun. cons. 70. num. 2. vol. 1. Abb. cons. 67. col. 3. prope finem, vol. 2. Anch. consi. 44. num. 7. Castren consi. 105. in fin. vol. 2. late Tiraq. de retrac. L. gnaier. §. 1. gl. 9. nu. 250. Redoa. de reb. eccl. non alienan. q 24. c. 3. nu. 25 pag. 500. Bero. cons. 199. nu. 19. & consi. 204. num 19. vol. 1.

** Et hæc est magis commu. opi. vt testatur Mandos. in apostil. ad d. cons. Rom. licet apostilla ad Bal. in d. l. solemnibus, in verbo, a quocunque soluatur, contrarium teneat. reputat casum valde singularem, Roma. sing. 562. si emphiteota.

6 Limitatur † hæc secunda concl. nisi dñs directus recusasset dictum canonem recipere ab isto tertio nõ procuratore, quia põt. Bal. in l. acceptã. nu. 37. & ibi Sal col fin. C. de vsur. Ias. in d. l. 2. nu. 70. q 24. C. de iure emphiteo. Tiraquel. vt supra nu. 262.

Addo Nat. cons. 194. nu. 8. Redoa. de reb. eccl. q. 19. c. 3. nu. 7. pag 440.

7 Ampliatur † hæc limitatio ad propositum materiæ, de qua agimus

mus, etiam si iste tertius nullum haberet mandatum offerret, deponeret, & consignaret, vt per Ias. Tiraq. & Redoa. superius citatos, & allegatos.

8 Declaratur, † nisi iste tertius haberet hypothecam in emphiteosi, quia tunc absque mandato posset pro conseruatione iuris sui canonem soluere inuito domino, & eo recusante deponere, & consignare, & hęc oblatio, depositio, & consignatio conseruat etiam ius ipsius emphiteotæ, vt tradit Ias. in d.l.2.q.24.nu.67. Ripa in l. consentio, nu.12. de pig Marf. sing 368.

9 Dummodo † emphiteosis sit talis, vt possit sine consensu domini hypothecari, Alex. cons.45 nu.3. vol.5. late Alc. cons.258. num. 14. Corb. de iure emph. lim 7 in fi.

10 Oblatio † igitur, vel solutio ab extraneo facta liberationem debitoris, & rei hypothecatæ inducit, declarando in emphiteota, vel feudatario modo, quo supra dictum fuit.

11 Limitatur, † vt ex hoc non possit cogere creditorem ad cedendum iura, per l nulla. C de sol. Etiam si soluens, vel offerens esset creditor illius debitoris, sine tamen hypotheca, quia inuitum cogere posset ad cedendum iura, vt per Castren. in d.l. si res obligata, qui latius deducit.

12 Limitatur † cō prædicta, nisi ille extraneus soluēdo primo creditori emeret ab eo suum nomen, vel pignus; tunc n. taliter soluendo succederet in ius dicti primi creditoris a quo emit, iuxta no. in l. 1 C. si antiq. cred. no. Bar. in l Aristo. q.2. in fi ff. quæ res pign. oblig pos. & ét habet actionē ex empto contra dictum primū creditorem, a quo emit, vt sibi cedat iura sua, prout no. in d.l. nulla.

SVMMARIVM.

1 *Ius offerendi, an competat debitori.*

2 *Debitor deponens, & consignans, a debito liberatur.*

3 *Debitor soluens, vel offerens, ad cedendum cogere non potest, nec ob talia in ius succedit, secus si creditor vellet, nu.4. & quid quando debitor de propria pecunia soluit, nu.5.*

6 *Creditor, de cuius pecunia soluitur per debitorem priori creditori, in illius locum qualiter succedat, & nu.7. & 8.*

9 *Debitor tam hypothecarium, quàm chirographarium creditum offerre tenetur. ampliatur que, nu.10.11.20.21.22.23.24. & 25. Limitatur tamen, num.29.30.34. & 35.*

13 *Pecuniæ appellatione species impropriè continetur, nu.13.*

14 *Pecuniæ verbum latissimum significationem habet, vt totum patrimonium omniaque contineat, limitatur tamen, nu.15.16.18.*

Z 15 Pe-

Quæstio Vigesimaquinta.

1 QVÆRO, † an ius offerendi competat debitori? & vtique sic, & offerẽdo impedit venditionẽ pignoris, & morã purgat. Bar. in l. creditor, quæ est l. penultima ff. de distr. pig.

2 Declaratur, † vt si offerat, deponat, & consignet, liberatur a debito, l. obsignatione. C. de solu. de qua superius aliàs diximus.

3 Declaratur secundo, † quod debitor soluens, vel offerens non potest cogere ad cedendum, nec in ius succedit per talem solutionem, vel oblationem, glo. & Bart. in l. Aristo. ff. quæ res pign. oblig. pos. Salic. in l. 1. C. de his, qui in prior. cred.

4 Si tamen creditor vellet, posset ei cedere, & ex ista cessione acquireret ius retentionis contra alium, qui aget vigore vsucapionis, vel alterius iuris nõ procedentis ab ipso debitore, sed ab alio posteriore. glo. in l. vsucapio. C. de pign. no. Bar. in d. l. Aristo. q. 3. melius in l. 1. §. cum prædium, ver. sed quæro, quale remedium. ff. de pign. quia non est inconueniens extincto debito principali remanere ius retentionis, l. debitor. ff. ad Trebel. & quia hypotheca potest cedi de per se, l. fideiussor obligari. ff. de fideiuss.

5 Et hoc, † quãdo debitor offert, vel soluit de sua propria pecunia, de aliena autem mutuo habita faciamus istas conclusiones.

6 Prima ex mente omnium sit conclusio † creditor, de cuius pecunia soluitur per debitorem priori creditori, in illius locũ succedit duobus concurrentibus, primo quod ad hoc fuerit expresse mutuata, secundo quòd realiter soluta fuerit: tunc mutuans succedit in locum primi creditoris in actione personali tantum. Salic. in l. 1 C. de his, qui in prior. cred.

7 Secunda sit conclusio. † vltra duo superius posita requisita concurrente tertio, scilicet pacto expresso de succedendo in locum primi succedit in personali, & hypothecaria primi creditoris. gl. & Salic. in d. l. 1. Bar. in d. l. Aristo. q. 3.

8 Tertia sit conclusio, † si vltra tria prædicta cócurrat quartum requisitum, scilicet quod illa res sit hypothecata pro pecunia mutuata, tunc acquirit etia mutuans personalem hypothecariam in ius primi creditoris, & nouam hypothecam ex propria persona. ita glo & Bart. in d. l. Aristo. & sic isto casu habet duas hypothecas, vnam ex persona primi creditoris, aliam ex persona propria, vnde si non poterit mutuans vendere pignus ex vno capite, poterit ex alio vendere, vnde quis quandoque consequitur per extraneum, quod per se non potest, vt ibi latè per Bart.

9 Et notandum est † in debitore offerente, quia tenetur offerre vtrunq; creditum tam hypothecarium, quàm chirographarium, aliàs datur creditori retentio pignoris. l. 1. C. etiam ob chirographariam.

10 Ampliatur † primo loco dispositio d. l. 1. vt procedat, & habeat locum nedum in debito chirographario cótracto gratia mutui, sed ex quacunque alia causa, & ibi mutuum specificatur gratia exempli, vt ibi per glo, in ver mutuam, & ibi late Salic. q. 2.

11 Ampliatur † secundo, vt ille textus non solum procedat in pecunia, sed in quacunque alia re, vel specie, quia pecuniæ appellatione veniunt omnes aliæ res, l. pecuniæ nomen. l. pecuniæ verbum, la 4 ff. de verb signific.

12 Verum Sal. in d. l. 1. videtur contrarium tenere, † cum appellatione pecuniæ species impropriè contineatur, vt not. in l. 2. in fine. ff. de constit. pec. & d. l. vnica, videtur correctoria, meritò non extendenda. l. ius singulare. ff. de legibus.

13 Verior † tñ mihi videtur opin Cyni, & Bart. & vtilitatis causa ponam aliquas vtiles conclus. in materia significationis pecuniæ.

14 Regula igitur sit, † Pecuniæ verbum latissimá habet significationem, l pecuniæ verbum. l pecuniæ nomine. ff. de verb. sig. vnde totum patrimonium venit. l. cogi, & ibi Bart. ff. ad I reb. quia habens pecuniam, habet omnia d. l. 2. vbi Bald. C. de constit. pecu. & quicquid homo habet in terra, dr̃ pecunia, 1. q. 3. 1. q. 1. quicquid Card. in clement. 1. §. 2. de hæretic. Coras. lib. 2. Miscel. c. 11. nu. 3.

15 Limitatur † primo, vt non procedat, si verbum pecunia, proferatur ab homine illiterato, idiota, & vulgari, quia tunc restringitur ad pecuniam numeratam tantum, Bart. in l. vxorem. §. legauerat. ff. de legat. 3. per l. 1. ff ad Macedon.

16 Limitatur † secundo in statutis, & in materia odiosa, quia tunc venit numerata tantum. l. 2 §. creditum, vbi Bolog no. 8. ff. si cert. pet facit l sed & Iulianus. §. mutui. ff. ad Maced. non autem pecunia sigillata in arca, sed numerata tantum. Bart. ibidem.

17 Ampliatur † hæc limitatio, idem esse in rescriptis. Innoc. in c. sedes, de rescript.

Limitatur tertio in materia indifferenti, prout in legatis, vel contractibus, quia veniunt omnia, quæ consistunt pondus, numerum, vel mensuram. Bart. in l. si verò, in fine, ff. sol. matr.

18 Limitatur † quarto, subsistente eadem ratione, vel coniecturata mente, quia tunc mens, & ratio attenditur, Bart. in l. 1. ff. de calumniator.

19 Nec obstat ratio per Sal. in contrarium adducta, † quia sumus in materia exorbitanti, & limitatiua, quo casu fit extensio ex identitate rationis, cap. dilecta §. nos igitur, vbi Abb. in c. ad audient. an, in 1. notab. de cleric. non resident. facit Bart. in l. si constante, in 9. q. primæ par. principalis ff. sol. matr. & in l. si vero. § de viro ff. eod. tit. & alibi passim notant Doctores. vnde cum militet eadē ratio, in alijs speciebus, quæ est in pecunia numerata, merito eadem erit iuris dispositio, iuribus vulgaribus, & conferunt, quæ dicta sunt in tertia limitatione de pecunia.

20 Ampliatur † tertio, vt dispositio d. l. 1. procedat, in quocunque debitore, siue cum chirographo simpliciter, pro quo non est data hypotheca, quia etiam pro illo datur retentio creditori habenti hypothecam pro alio credito glo. in rubr. C. etiam ob chirographar. & in d. l. vnica vbi Sal. q. 4.

21 Ampliatur † quarto, vt dispositio d. l. 1. procedat, & habeat locum etiam si debitor vendidisset pignus alteri sine consensu creditoris, quia exceptio, quæ obstat debitori, obstabit emptori, & singulari successori, iuxta not. per Bart. in l. si tertius § si prius. ff. de aqua plu. arcend. & retentio, quæ competit creditori, ex dispositione d. l. vnicæ, est in rem, & ideo transit contra singularem successorem, &c. & ibi not. Bald. C. quod met. cau. ac etiam, quia exceptio doli, in qua fundata est d. l. 1. est in rem, ex parte opponentis. l. 2. § 1. vers. p ane ff. de doli excep. sed quando ipse emptor possideret, & conueniretur ab ipso creditore, non cogeretur emptor offerre etiam debitum chirographarium, vt quilibet alius extraneus possessor, vt ibi per Sal. in. post glo. q. 6. & 9.

22 Ampliatur † quinto, vt procedat in quolibet pignore prætorio, vel iudiciali, quia etiam illud poterit retineri pro debito chirographario, sicut pignus conuentionale, vt per Salicet. in d. q. 9. omissis multis lectoribus, quæ in contrarium adducuntur, quibus facilis patet responsio.

23 Ampliatur † sexto, vt non solum procedat in pignore tradito creditori sed etiam in simplici hypotheca non tradita, quia cre-

ditor

ditor poterit per hypothecariam auocare a creditore, & postea illam retinere pro alio credito etiam chirographario, ita glo.fi. in d.l.vnica, vbi Salic.q.13.

24 Ampliatur † septimo, vt regula procedat non solum in debitore puro, sed conditionali, nam quando debitor est suspectus de dilapidatione, tūc etiam pro debito chirographario conditionali datur retentio Sal.in d.l.vnica.q.14.arg.l.quæsitum.ff de pign.faciunt notata per Iosephum de Ludoui.concl.8.dixi in materia locationis in diem.

25 Ampliatur † octauo, quando creditor haberet pro vno credito pignus idoneum, & pro alio minus idoneum, nam poterit retinere pignus magis idoneum pro vtroque credito. Salic.in d.l. vnica.q 16.

26 Dices, † recipiendo pignus minus idoneum, videtur sibi præiudicasse, & recessisse a prouisione legis, l.fi. C.de pact.conuen.

27 Respondetur, † quod hoc in pignore non procedit, l.creditor. ff.si cer.pet.ad idē tex.in l.1.C.de pign.textus notabilis in l.quæsitum.§.fi.ff.de dist. pign. vbi est superfluum pactum de residuo, quia ipso iure inest.

28 Et in dubio, † pignus præsumitur idoneum.gl.notab. in l.1 in ver.diligere.C.de pignoribus, quā Sal.pro valde notabili multis in locis prædicat.

29 Limitatur † primo dispositio d.l.1. quando creditor fuit condemnatus, creditori non possi senti pignus, ad soluendum pecuniam; nam si postea creditor agat hypothecaria contra tertium possessorem, vt habendo pignus possit retinere pro alio credito chirographario, poterit debitor comparere, & offerre pecuniā in qua fuit condemnatus, & impedire iudicium hypothecarium, nec tenebitur debitor offerre debitum chirographarium, glo.in d.l.vnica.in ver.persecutionem, quam ibi sequitur Sal.i col.1.ver. sed dubitatur.

30 Limitatur † secundo, quādo credita procedunt a diuersis personis, chirographarium ab vno, hypothecarium ab alio, si chirographarius videns non posse consequi suum offerat, & soluat hypothecarium, non cogetur debitor offerre huic creditori cessionario, nisi solum creditum hypothecarium ei cessum, non autem chirographarium, & hoc triplici ratione, in quibus consistit tota substantia, & intentio dictæ l.vnicæ, & deseruiant in tota illa materia.

31 Prima est, † quia dispositio d.l.est fundata, quando obligationes ambæ originem traherent ex persona vnius tantum, non au-

tem quando a diuersis personis, arg. tex. in l. fin. ff. quib. mod. pignus, & in l. si quis Stichum. ff. de act. & oblig.

32 Secunda ratio est, † quia dispositio d. l. exorbitat, meritò non est extendenda ad diuersum casum diuersam rationem habentē.

33 Tertia ratio est, quia dispositio d. l. 1. est fundata in æquitate, quasi dolo faciat non soluendo vtrunque debitum creditori, quia de vtroq; credidit, & fidem habuit, quæ ratio cessat in proposito casu, cum potius in eo sit fraus, & deceptio, ex parte cedentis, & cessionarij, qui voluerunt in plus obligari creditorem, quàm esset de iure. ita Cyn. in d. l. vnica. q. fin.

34 Limitatur tertio, † quando debitor concessit pignus creditori precario, & modo volt illud reuocare, & debitor offert pecuniā, pro qua pignus est hypothecatum, non autem aliud creditum: nam isto casu non tenetur offerre creditor, nisi debitum hypothecatum. Sal. dicens in facti contingentia habuisse, in d. l. vnica, q. 15. per l. si debitor. de precario.

35 Limitatur † quarto, vt creditor habeat ius offerendi, non autem habet ius illud vendendi pro dicto debito chirographario: gl. in d. l. vnica.

36 Declara, † quod pignus vendi poterit pro credito hypothecario, & si quid residuum erit, poterit compensari cum debito chirographario, l. 1. & 2. ff. de compen. ita Cin. in d. l. vnica, vbi Salic. q. 10. & sic datur retentio, venditio, & compensatio respectiue.

SVMMARIVM.

1 *Ius offerendi, an competat in specie legata.*

Quæstio Vigesimasexta.

1 SEd an † ius offerendi competat in speciē legata? vtique sic, l. 2. §. & si præfatam, vbi Monticulus, nu. 1 2 8. C. de iure deliberandi. quid si res minoris valeat, quam creditum repetentis, an liberabitur possessor offerens pretium rei.

SVMMARIVM.

1 *Ius offerendi, an competat contra agentem remedio l. fin. C. de acquiren. possess.*

2 *Possessionis restitutio morari non potest.*

Quæstio Vigesimaseptima.

1 SEd an ius offerendi debitum competat contra agentem remedio l. fi. C. de aeq. poss. videbatur quod sic, cum cuicunque possessori concedatur. l. mulier. ff. qui poti.

2 Contrarium tenet Rui. consi. 77. num. 7. lib. 5. † quia restitutio possessionis morari non debet, Menoch. de recuperan. poss. remed. 14. q. 17. num. 60. vbi nec agenti rei vendicatione, l. si culpa, de rei vendica. Soc. consi. 214. col. 1. vnde l. mulier procedit si agatur hypothecaria, non alijs actionibus. Crauet. consi. 298. num. 9. Capic. decis. 41.

SVMMARIVM.

1 *Ius offerendi, an præscribatur.*
2 *Actio omnis tollitur spatio 30. vel 40. annorum.*
3 *Actio pignoratitia spatio 30. vel 40. annorum præscribitur.*
4 *Præscriptio 30. vel 40. annorum sui natura propter negligentiam non deducentis ius suum, adeoq; non petentis currit.*
5 *Offerendi ius præscribitur. limitatur tamen, num. 6. 7. 9. & 10.*
8 *Hypothecaria per possidentem rem ipsam cum titulo, decem anno. spatio præscribitur.*
10 *Offerendi ius præscribitur, si per viam actionis, non autem exceptionis proponatur. declaratur tamen, num. 11.*
12 *Facultatis mere quæ sunt, nec longissimo tempore præscribuntur, quod limitatur, num. 15.*
13 *Ius nullum, seu reale, seu personale præscribit rei alienæ scientiam habens. & num. 14.*

Quæstio Vigesimaoctaua.

1 PVlcra, vtilis, & difficilis est quæstio, † an iuri offerendi præscribatur? & si præscribatur, pro quanto tempore præscribatur?

2 Primo videbatur dicendum præscribi, quia spatio 30. vel 40. annorum omnis actio tollitur, l. sicut, & l. omnes cum similibus. C. de præscrip. 30. vel 40. annorum, ius autem offerendi est ius, merito, &c.

3 Secundo † facit, quia hoc spatio 30. vel 40. annorum præscri-

bitur actioni pignoratitiæ, quia debitor congruo tempore offerendo debitum, vel soluendo poterit facere, vt sibi actio pignoratitia nasceretur, l. qui potest facere. ff. de reg. iur. quod cum non fecerit tanquam valenti agere currit præscriptio, l. 1. §. fi. a cōtrario sensu, C. de anna. excep.

4 Tertio † facit, quia præscriptio 30. vel 40. annorum sui natura currit propter negligentiam non deducentis ius suum & odio non petentis, quamuis nunquam fuerit interpellatus, neque iure ciuili requiritur vlla bona fides, aut titulus, sed mera negligentia consideratur. gl. & Doct. in l. fi. C. de edic. Diui Adria. toll. ergo cum per illud tempus debitor fuerit negligēs soluere, vel offerre, merito ob suā negligentiā iuri, quod habet, præscriptū videtur.

5 Et hanc opinionem affirmatiuam, quod præscribatur, tenuit gl. in l. rem. §. communis de pign. act. in l. cum notissimi. §. eodem iure, in ver. conatur. C. de præscrip. 30. vel 40. annorum, prout ita eam declarant Bar. in l pignore, de vsucap. Cin. in l. licet, C. de iure deliberan. & hanc dicit communem opin. Aret. in §. actionum. col. 31. de actio Balb. idem attestando, de præscrip. par. 4. quintæ par. prin. q. 2. Imo. in c. quoniam frequenter, vt lite non contest. vbi dicit esse communem opinionem Legistarum, & Canonistarum, Ripa in rub. de pig col. 4. Soc. iun. consi. 145. num. 37. vol. 1. Crauet. de antiq. temp. par. 4. num. 254. Cag. in l. 2. num. 81. C. de pact. inter emp. & vend. Paris. consi. 92. num. 9. vol. 3. Euan. in suo thesau littera I. num. 340. ex Guid. Pap. decis. 906.

6 Limitatur, si hæc opinio tibi placeat, † vt non procedat in cōtractu pignoris vsurario. Bal. in c. 1. de feu. da. in vicem l. commissoria. Sal. in d. §. eodem iure, l. cum notissimi, vbi etiam Alexand. ad Bar. Balb. in alleg. q. 2. in fi. Rom. in l quandiu, la 1. de acq. hæred. licet aliter sentiat in l. si finita, §. postea autem, ff. de dam. infec.

7 Limitatur † secundo, vt præscribatur iuri offerendi, quando vel est actio nata, vel nascitura, vel quando creditor præscribit contra debitorem ius offerendi ad reluitionem pignoris per hypothecariam, vel quando saltem competit ius deductibile in iudicio. Ang. consi. 55. col. 1. & in d. l. cum notissimi. in prin. col. 2.

8 Declara, † quia præscribitur etiam hypothecariæ per possidentem rem ipsam cum titulo, spatio decem annorum inter præsentes. Iace post alios Paris. cons. 50. vol. 1. vbi de communi.

9 Limitatur † tertio de iure canonico, secundum quod habens malam fidem non præscribit, vnde non potest iuri offerendi præscribi, vt remaneat res aliena pignorata, But. in cap. quoniam frequenter, vt lite non contest. & ibi Abb. in 4. alijs, col. 15. Bal. in ru-

bri.

bei.de præscrip.col pen.vers.præterea,pulchre Fulgo.consi.125. Barb.consi.22.col.7.vol.4.Alex.consi.54.versi.quoad secundum, & consi.46.vers.quoad secundum,vol.3.Cassa.consi.1.col.10.Fel. in rub.de præscrip.col.fi.Siluest.in ver.præscriptio,1l 2. nume.16. Summa Ang. in ver.præscriptio,nume.12.Nicel.concord.103.&
* hæc est communis opin.Ant.Gab.de præscrip. concl.7.num.11.

10 Limitatur quarto,† vt ius offerendi præscribatur, si proponatur per viam actionis, secus si per viam exceptionis, puta si creditor agat hypothecaria contra tertium possessorem, ille potest offerre debitum ad excludendum eum,l.Paulus,§.1.ff.quib.modi ius hypothec.soluitur, quia temporalia ad agendum sunt perpe-
* tua ad excipiendum,l.pure.ff.de excep. &hæc est commu. opin. Aret.in §.actionum,circa finem,de act.Laucel.de atten.par.3.ca 23.quando,& intra quod tempus,num.88.fol.473.late Boni. de statutar.præscrip.gl.19.nu.109.

11 Declaratur,† quod proponitur per viam actionis vt præscribatur, vt non procedat,quando in pignore sit appositum pactum l.commissoriæ,quod in pignoribus est reprobatum.Bal in cap.1. de feudo dato in vicē l.commissor.Alex.ad Bar.in d.l.cum notissimi dixit singulare,Balb.d.q 2.suli.nu.3. vbi valde commendat.

12 Pro contraria parte negatiua facit,quia ea, quę sunt meræ facultatis, nec longissimo tempore pręscribuntur,l. viam publicā; de seru.vrb.præd.& offerre debitum est in mera facultate, & voluntate,vt de eo patet, ergo non pręscribitur. Secundo pro hac parte facit,concesso antecedenti censetur concessum suum consequens,l.2 ff.de iurisd.dixi late ad reg.cum quid,lib.6. sed pignoris vendicatio semper permittitur,gl.in l.pignori.de vsucap. per l.male agitur.C.de præscr.30.vel 40.annorum, & oblatio debiti est præambulum necessarium ad rei vendicationem.l. nec creditores.C.de pign.act.ergo nec iuri offerendi præscribitur.

13 Tertio † pro hac opinione facit, scientiam habens rei alienæ nulli iuri præscribit,siue reali,siue personali. Fulg.consi.121. per cap.fin.de præscr sed possidens pignus habet scientiam rei alienę, & iuris luendi competētis debitori,ergo præscribere nō potest.

14 Et † hanc opinionem magis communem dicit Anto.Gabr.de
** præscr.conclu.7.nu.1.in fine,late decis.Pedemon 115.num.13.& ita seruatur in camera Imperiali, Misinger Centur.4. obser.4.

15 Limita primo,vt procedat in iure offerendi,quod fiet in mera facultate,secus si competat ratione actionis iam natæ Bar.in d. l.cum notissimi.§.eodem iure,in l.pignore,vbi Cast.ff.de vsucap. Papien.in respon.rei cōuenti,in verbo,pręscriptiones,circa finē.

Abb. in c. quoniam frequenter, §. in alijs, col. 15. vt lit. non contestata. Bal. cons. 341. vol. 1. Feli. in c. cū accessissent, col. 13. de consti. Cassa. consi. 27. col. 7. Rui. consi. 167. col. 4. vol. 1. & in hoc conueniunt omnes ratione actionis eam natæ. Corn. in l. licet, col. 1. C. de iure deliberan.

Limitatur secundo, vt iuri offerendi non præscribatur si excipiendo proponatur, secus si agendo, cum exceptio sit perpetua. Bar. in d. l. pignore, de vsucap. Crau. consi. 117. num. 23. late Ant. Gab. de præscrip. concl. 7. num. 3. Addo quod hoc frequentissime tenent Doct. Rolan. cons. 21. vol. 2. Did. var. resol. lib. 1. c. 9. num. 3.

Solent autem in proposito à multis considerari plures casus. Primus, quando alius creditor possidet, & hoc casu iuri offerendi præscribitur spatio 30. anno. Balb. d. q. 2. Vincen. Fran. decis. 69. nu. 12. And. Gail. lib. 2. obser. c. 18. nu. 12. Secundus casus, quando possidet extraneus cum titulo & bona fide, qui non habuit causam à debitore, & huic remedio præscribitur per decem annos inter præsentes, Abb. cons. 14. col. 1. vers. hinc dixit gl. lib. 2. Cag. in proœ. Digestorum, num. 213. Pedem. 157. nu. 4. par. 2. Tertius casus, quando possidet debitor, & tunc requiruntur quatuor anni, l. cum notissimi, iunc. §. eodem modo. C. de præscrip. 30. vel 40. ann. Quartus casus, quando possidet debitor per aliquod tempus, & post creditor, & tunc fit mixta consideratio, vt respectu debitoris 30. creditoris 40. anni requirantur, d. §. eodem modo, vbi casus singularis. Quintus casus, quando possidet tertius, qui habuit causam à creditore vendente iure dominij, & seruatis seruandis, & tunc ille tertius statim est securus, Vincen. Fran. decis. 224. vbi dicit ita iudicatum, Ceph. cons. 397. num. 39. lib. 3. Sextus casus, quando tertius possidet habens titulum à creditore nō rectè vendente, & tunc requiruntur decem anni si emit creditore sciente, secus si ignorante, quia tunc requiruntur 30. anni, vt per Pedem. vt supra, num. 9. Septimus casus, quando ius offerendi est sequela exceptionis, & tunc perpetuatur, Crauet. consi. 31. num. 4. & diximus superius. Octauus casus, quando possidet primus creditor iure dominij, & seruatis seruandis præsente creditore, & tunc cessat ius offerendi, & hæc est verior, & magis communis opin. Pedem. vt sup. num. 11.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de offerendis debitis,*

Quæstio

Quæstio Vigesimanona.

1 QVÆRO, † an statutum de offerendis bonis per debitorem ad electionem creditoris, habeat locum in promissione dotis, vide quæ posui in tract. de pos. ad l. fin. C. de pos. quæst. 5. vbi an statutum generale comprehendat casum priuilegiatum.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio facta per vnum ex reis debendi, an prosit alijs.*

Quæstio Trigesima.

1 QVÆRO, † an oblatio facta per vnum ex reis debendi prosit alijs? & vtique sic; si enim prodest oblatio extranei, vt superius vidimus, multo magis correi. Bart. in l. ex duobus. ff. de duobus reis.

Declara, hoc verum, si expresse nomine omnium, vel simpliciter offerat, vel soluat, secus si cum protestatione de se ipso tantum, ita Ronchogal. post Aret. sub nu. 9.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio semel commissa amplius non resoluitur.*
2 *L. habere licere, in fine. de euict. declaratio.*

Quæstio Trigesimaprima.

EVICTA re ab emptore per creditorem venditoris, & ab eo possessione abducta obtinuit emptor contra venditorem pariter & auctorem pro damnis, & interesse promissis in instrumento venditionis, offerebat auctor laudatus ad impediendam executionem sententiæ contra eum latæ eandem rem euictam meliorem, & interesse, an hæc oblatio admittenda esset.

1 Pro emptore † facit l. habere licere, in fine, ff. de euict. vbi semel commissa stipulatione amplius resolui non potest.

2 Pro venditore dicebatur, † l. habere licere, procedere re euicta ratione dominij, quæ euictio habet perpetuam causam, sed

re eui-

re euicta ratione hypothecæ procedere.l.euictis.C.de euict.quia soluto debito pignus siue hypotheca extinguitur.l.si rem,§.omnes,ff.de pig.act.vbi Ol.Iof.sentit hanc distinctionem,& sequitur ibi Ang.& Cuman.in l.fideiussor euictionis,colum.2.de doli.except.& hanc opinionem pro venditore offerente tuetur Soc.consil.199.volum.2. Vincent.Franc.decis.145. vbi modificat, nisi esset facta adiudicatio, nec in mensura, æstimatione, vel aliquo non sit reclamatum.

S. V. M M A R I V M.

1 *Creditor,an cogatur liberare primum fideiussorem, si alius æquè idoneus offeratur,nu.2. vsque 6.*

7 *Libellus, peto restituas bona debitoris, vel æquè bona, procedit.*

Quæstio Trigesimasecunda.

PVLCHRA est quæstio in foro sæpius agitata, oblationis
1 materiam respiciens, † an creditor, apud quem fuit datus fideiussor possit cogi ad liberandum fideiussorem etiam quod alius æquè idoneus offeratur.

Et pro parte affirmatiua, quod cogi possit, videbatur bonus textus in materia fideiussoris præstandi, in l.qui autem. §.1.vers. vel vt aliam, ff.de constit.pecun.vbi liberatur dando alium non minus idoneum.

Secundo pro hoc parte facit vulgaris illa,sed æqua, & naturalis regula,quod tibi non nocet, & alteri prodest, faciendum est. l.2.vbi Bart.& alij.ff.soluto matrim.sed in præsenti casu debitori prodesset,& creditori non noceret,merito,&c.

2 Pro contraria parte † facit l.si mandato meo,§.1.vers.idem si negocia mea,ff.manda.per quem tex.ita tenent Bart.& Bal.ibid. quod creditor non cogitur mutare fideiussorem,licet alius idoneus offeratur.

3 Et hanc opinionem † per istum textum tenuit ibi Bart.& post eum Bal.docens in practica,quod quotiescunque fideiussor petit a debitore liberationem,quod cum tamen vere hoc facere non possit creditore inuito,cautela est, vel soluere, vel dare aliquem fideiussorem indemnitatis pro primo fideiubente,& hoc idē clarius exprimit in l. si pater.C.de collat. quem sequuntur ibi Sal. Fulg. Alex.& Corn.Iaſ.in l.si domus,§.fin.col.5. de legat.1. vbi repetat hoc valde notabile,quod etiā si offeratur fideiussio magis idonea,

credi-

creditor cogi non possit. Marsil. de fideiuss. quæst. 30. & ita practicatur.

4 Declaratur † hæc conclusio, vt Iudex ex causa hoc facere possit, vt sentit Dec. in d. l. si pater. Vinc. Franc. decis. 202.

5 Aut † agitur sumus in fideiussore dando, vel iam dato: primo casu offerens idoneiorem excusatur, d. l. qui autem, §. primo, de constit. pecun. aut sumus in fideiussore iam dato, & procedant prædicta.

6 Declara † de fideiussore dando, si mortuus erat, latè post alios Cagn. in l. plus cautionis, sub nu. 7 de reg. iur.

Et per prædicta in practicabili casu dixit Spec. de oblig. & sol.
7 §. sequitur. in fine, † quod procedit libellus, peto restituas boues meos, vel æquè bonos, licet Cin. aliter dicat in l. 2. ad l. Aquiliam, quia libellus concipi debet, peto boues, vel eorum iustum pretium, qui reprobatur a Castr. in d. l. qui autem, §. 1. in fine. dicente hoc non reperiri iure cautum.

SVMMARIVM.

1 *Locator domum locatam tradere non valens, an aliam æquè commodam offerens audiatur.*

Quæstio Trigesimatertia.

1 QVID † in locatore non valente tradere domum locatam, poteritne audiri offerendo aliam æquè commodam? ad l. si quis domum, ff. loc. posui in tract. loca. in tit. de euict. vbi videre placeat.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio, an habeat locum in centum, vel pecunia legata, vbi reg. & fallentia. numero 2.*

Quæstio Trigesimaquarta.

1 QVID † in legato? pone, testator legauit mihi centũ, quæ erant in tali loco, & si non traderet condemnauit ad vineam, si hæres expendit illa centum, auditurne offerendo alia centum, & non tradere vineam? vtique non.

post Dyn. in l. talis scriptura, in fi prin. ff de legat. 1. vbi Iason. 9.
* di.it hanc esse communem opinionem.

2 Limitatur † hæc conclusio, quando pecunia fuisset deposita in sacculo tanquam species apud depositarium campsorum: secus si tanquam quantitas ad numerum. ita Sal. & alij ibidem in l. die sponsaliorem, §. 1 & l Lucius, ff. depos. de qua aliâs dixi, & sic hęc conclusio deseruit nedum in materia oblationis, de qua dicimus in præsenti, sed in materia depositi, de qua aliâs diximus.

SVMMARIVM.

1 *Hæres in legato quorum bonorum, an audiatur offerendo æstimationem, & quod sic, plures rationes adducuntur, nu. seqq.*
2 *Bona à beando dicta.*
3 *Communio multas parit discordias.*
4 *Aestimatio non est quid diuersum ab ipsa re.*

Quæstio Trigesimaquinta.

1 QVÆRO, † est legata Sempronio per testatorē quota bonorum, audietur ne hæres offerendo æstimationem eorundem? & vtique sic, ad l. non amplius, §. fin. ff. de legat. 1.

Cuius rei multiplex assignatur ratio. Prima difficultas præstationis, cum raro reperiatur hæreditas, quę non habeat æs alienū, & ita sentit ibi Bart. & licet durum videatur restringere illum textum, tamen secundum communiter accidentia in hæreditate posse reperiri æs alienum, l. si hæreditatem, in princ. ff. mand. nisi hæreditas sit opulenta, de qua opulentia habemus glo. singularem in l. si quis mihi bona, § si seruus. ff. de acquir. hæred.

2 Secunda † potest esse ratio, quia si legatur aliqua pars bonorum, eorum appellatione æstimatio comprehenditur: quia si bona dicuntur quia nos beant, & beatos faciunt. l. 1. in fi. ff. de auro & argento leg. l subsignatum, §. bona. l. Princeps bona, ff. de verb. signific. ergo legatarius, qui recipit æstimationem bonorum, dicitur recipere bona.

3 Tertia † redditur ratio, quia hoc toleratur in eo textu ex quadam æquitate, ne quis cogatur stare in communione, quæ multas parit discordias. l. cum pater, §. dulcissimis. de lega. 2. l. 1. & 2. C. quando non petentium partes. l. si non sortem, §. si centum. ff. de cond. indeb.

4 Quarta † redditur ratio, quia æstimatio nō est quid diuersum ab ipsa

ab ipsa re, Bar. in l. 1. in princ. ff. de act. emp. in l. stipulationes non diuiduntur, de verb. oblig. facit l. propemodum, ff. de verb. signif. & per pecuniam omnia facta sunt, l. si ita fideiussorem accepero, ff. de fideius.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio an admittatur in casu l. si domus, §. qui confitetur, de leg. 1.*

Quaestio Trigesimasexta.

1 QVaero ad materiam l. si domus, §. qui confitetur, ff. de leg. 1. an in casu illius contextus liceat, cum sit offerre aestimationem? & vtique sic, ex casu, vt ibi dicit tex. nam si legatur res aliena, potest haeres soluere aestimationem, si dominus nolit eam vendere, vel petat immensum pretium, l. non dubium, §. fin. de leg. 3. & iustum pretium stat arbitrio Iudicis, l. alieno, §. si is cuius. ff. de fidei. liber. l. qui concubinam §. fin. de leg. 3. late Fab. de emp. & vend. q. 9. octauae partis principalis, Ias. in l. si dudum, nu. 5. de leg. 1. Paris. consi. 60. nu. 20. lib. 1. Couar. var. reso. c. 9. nu. 5. & * haec est commu. opin. Pinel. de bon. matern. par. 3. c. 4. nu. 28. decis. Perus. 65. nu. 14.

Vnde nemo cogitur emere immenso pretio, vt satisfaciat rei legatae, vt ibi textus dicit, nec subdit quod pro satisfactione legati cogatur vendere ad iustum pretium, vnde quilibet potest petere immensum pretium, prout multi passim faciunt.

Limitantur tamen praedicta, vt si haeres semel potuisset habere rem iusto pretio, si fuit in mora non excusatur, vt per Bart. in d. l. non dubium. §. 1. 1

Secunda causa in textu assignata, affectio, quãdo esset dura, & inhumana separatio coniunctionis personarum, l. possessionum. C. commu. vtriusque iudicij. l. quaesitum. §. sed an instrumenti. ff. de fun. instruc. instrumentoque legato. vnde potest haeres soluere aestimationem patris, matris, vel fratris sui.

Declaratur haec conclusio in affectione personarum, secus in affectione rerum. vnde haeres non excusatur a soluendis libris legatis, licet praetendat affectionem quod fuerint alicuius famosi Doctoris. Immo fortius dixit ibi Pau. Castren. quod si Doctor instituit filium suum studẽtem haeredem, & alteri legauit libros suos, quod non auditur filius volens offerre aestimationem librorum legatario inuito per hoc quod dicat, quod libri paterni

non

non debent ab eo separari, quia in eis habet magnam affectionem, & memoriam localem. facit textus notabilis in l. penult. ff. ad exhiben.

Nec obstat l. si in emptione, in prin. ff. de min. & l. libertus, qui soluendo, ff. de bon. lib. vbi habetur consideratio rerum suorum maiorum, quia hoc verum, nisi quis veniat contra voluntatem testatoris, quod est bene notandum. Vnde testatoris voluntas præfertur.

SVMMARIVM.

1 *Maritus, qui manumisit, an audiatur offerendo pretium.*

Quæstio Trigesimaseptima.

1 QVAERO, † an maritus qui manumisit audiatur offerendo non pretiũ rerum peruentarum, sed res ipsas? & vtiq; sic, ex l. æquitate, l. si verò. § si. vbi Bar. & Castren. ff. sol. mat.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissarius, an cogatur recipere pretium rei relictæ.*

Quæstio Trigesimaoctaua.

1 QVAERO, an fideicommissarius cogatur recipere pretium rei relictæ, si ab hærede offeratur? & vtique non, nisi alienationi consenserit, l. si fundum per fideicommissum, vbi Ias. no. ff. de leg. 1.

Per hoc infertur ad casum, qui sæpe occurrit in facti contingentia. Egebam centũ, rogaui te, vt mihi mutuo dares, tu non habens præ manibus dedisti crateras argenteas, dicendo, vende, & vtere pecunijs, nunquid si voluero restituere crateras mei, nõ pecunias, ero audiendus? Roma. dicit obtinuisse quod sic, contra Nellum de Sancto Geminiano, quia eram debitor quantitatis respectu certæ speciei. vnde soluendo speciem mei liberatur, l. si verò, §. si ff. sol. mat. de qua superius vidimus.

Contrarium sentit Ias. in l. rogasti, num. 5 ff. si cer. pet. quia in hoc est mutuum naturale, cuĩ ius ciuile operatur, puta quod rem meam vẽdideris, mihi pretium tradideris, quod tibi postea mutuaue-

tuauerim, & sic breui manu fingitur pecunia tantum a me ad te profecta, l.singularia. ff si cer. pet. l.licet, de iure dot. & hoc verius videtur, & est casus delectabilis, & frequens, quia multi cupiunt rem gratam facere amico requirenti, non habentes pecunias numeratas præ manibus dant aliquam speciem notabilem, vt vendat, & pecunijs vtatur.

SVMMARIVM.

1 *Offerendo interesse quis liberatur pluribus casibus.*

Quæstio Trigesimanona.

1 MVlti etiam sunt casus, in quibus quis offerendo interesse liberatur, prout in contractibus innominatis, l.naturalis, §. 1. ff. de præscript. verb. & in obligationibus facti rem tradi, & rem restitui, est materia l.stipulationes non diuiduntur, de verb. obligat. & est longa, & alta, ad ibi dicta me remitto.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio an habeat locum in fisco, vt quis æstimationem offerendo, vel pretium audiatur, ampliaturque nu. 2. 3. & 4.*
5 *L. fundi Trebatiani. ff. de vsuf. leg. vnica, & singularis, a Baldo reputatur.*

Quæstio quadragesima.

1 QVAERO, † tenetur quis fisco, vel Reuerendæ Cameræ Apostolicæ pro tributo ad massam argenti, vel quid simile, offerendo æstimationem, vel pretium, auditur ne? vtique sic, licet causa sit cum fisco, textus notabilis in l. vnica. C. de argen. pret. lib. 10. quem dixit singularem Rom. in l. diuortio §. ob 2
donationes, ff. sol. mat. & iterum in l. cum quid. ff. si cer. pet. & dicit notabiliter glo. in d. l. vnica. in glo. 1. quod quandoque, quod carius est, leuius soluitur, §. huic, de act. & multi etiam [illegible] pecunias numeratas præ manibus non habent: habent autem gemmas, & catenas argenteas, & aureas quas de facili exhibent, & eis in suis occurrentijs vtuntur: & dicit ibi Luc. de Pen. quod [illegible] est, quia debitor non habebat præ manibus pecunias [illegible]

2 Ampliatur † hæc conclusio ex materia l. si quis argentum. C. de dona. vbi Bal. nu. 4. dicit, quod vna moneta potest solui pro alia si sunt eiusdem substantialis materiæ, alias non; vnde dicit ipse pro auro non possunt solui Bononeni, vel Anconitani. late in materia ad l. Paulus, de sol. Anto. Gab. de sol. concl. 1. 2. & 3.

3 Ampliatur † secundo idem esse si alicui sit relictus fructus fundi, ad l. fundi Trebatiani. ff. de vsuf. leg. vbi Bar. num. 3. ita distinguendo dicit, si fundus consueuerat locari ad quantitatem fructuum, tunc quantitas est in petitione, & solutione, quoniam illud est redditus fundi, l. vinum, ff. si cer. pet. si verò consueuerat locari ad pecuniam, tunc pecunia est in petitione, & solutione, d. l. fundi Trebatiani.

4 Ampliatur † tertio, quod si debitor non vult habere hoc onus portandi ad domum creditoris, quod offerat fundum, ex quo percipiuntur tales fructus, ita no. Bar. in d. l. si quis argentum, nu. 7. distinguens, aut sumus in causa lucratiua, & hoc procedit, & verum est; aut sumus in alijs casibus, puta in decimis persoluendis, & in hoc non auditur, vt ibi late per eum, commendat Ias. appellans dictum honorabile in l. 2. §. 1. limit. 17. si cer. pet. in l. non amplius, §. fin. no 2. de leg. 1.

Et nota, quod si esset determinatus locus, in eo offerri debet. Duen. reg. 161. nu. 18.

5 Et textum in l. fundi Trebatiani, reputat vnicum, & singularem Bal. in l. vnica. in §. excepto, C. de cad. tollen. quod si testator mandat hæredi, vt præstet fructus talis fundi, curare debet, quod ille fundus diligenter colatur, & seminetur, & non destruatur.

SVMMARIVM.

1 *Filius, an audiatur in librorum collatione.*

Quæstio Quadragesimaprima.

1 Moritur pater duobus relictis filijs, quorum vnus habet libros in manibus, veniunt ad diuisionem, non vult eos conferre, sed offert illorum æstimationem, an sit audiendus? vtique sic, Bald. & Castren. in l. Macedoniani. C. ad Macedonianum. Salic. & Castren. in l. filiæ cuius, num. 14. C. fam. erciscun. Alex. Rom. & Dec. in l. si donatione, in fi. C. de colla. Corn. in authen. ex testamento, in fi. C. eod. Ias. in l. filiæ licet, num. 10. C. eodem, in §. mutui datio, limit. 8. ff. si cer. pet. Marc. Mant. lib. 9. enchirid.

chirid.cap.209. Port. Instit. per quas person.nobis acquir. §.primo,nu.21.Castrens.consil.242.colum.2.vers.sed his,volum.2.Cuman.cons.28.in fine. Barbat.consil.37.nu.15.nu.2.Vital.in tract. de collat.quæst.18.in fine. Ripa in l.in quartam, num.146. ff.ad legem Falcidiam. Cagnol.in l.si emancipati,nu.37. C.de collat. quia sicut arma militi, ita nec Scholaribus libri,nec clerico Breuiarium auferri debet,glo.singul.in l.nepos Proculo,ff.de verborum significatione. de qua latius dixi in tract. loc. & conduc. quia valde interest studiosi libros proprios retinere, quibus lectis doctior,& melior futurus esset, vt ait textus in l.pen. in fine. ff.ad exhiben.glo.in l.postquam,ff.de pact.in l.nummis, ff.de in litem iurando.

Sed iuxta quod tempus facienda est æstimatio? Tres sunt opiniones. vna fuit, vt iuxta tempus diuisionis. Doctor.in l.imputari.§.omnimodo.C.de inoffic.testamento Alexan. qui hoc disputat,nu.3.in l.illud. C.de collat.

Alia fuit opinio, vt attendatur tempus mortis patris, Ripa in l.in quartam, numero 176. ad legem Falcidiam.Vital.de collat. quæstione quinta.

Tertia fuit opinio, vt fiat æstimatio, iuxta tempora hodierna, Castrens.in d.l.filiæ cuius, numero 3. Ruinus consil.101.numero 12. libro 1.

Limita conclusionem principalem supra positam,nisi in libris restituendis filius esset grauatus. Dec.in d.§.mandatio,num.8. Gorat.Lut.de priuileg.Schol.priuil.30.

S V M M A R I V M.

1 *Mutatio seruitutis, an possit fieri inuito eo, cui debetur.*

Quæstio Quadragesimasecunda.

1 SED an liceat mutare seruitutem de vno loco in alium? vtique non, inuito eo, cui seruitus debetur, gl.fin. in l.si cui.ff. de seruit.tit.generali.fallit in loco religioso fauore religionis,l.2.§.locum.ff.de relig.& sump.funer.

S V M M A R I V M.

1 *Debitor an possit offerre pignus æque idoneum.*

Quæstio quadragesimatertia.

1 QVID si promisi quid certum in pignus, poterone offerre aliam rem æquè bonam inuito creditore? Angel. in § mutui datio, tenet quod sic, per glo. in l. si Titio, ff. de pign. vide quæ posui in materia fideiussoris, arguendo a personis ad res, l. vel singulis, de reg. iur.

SVMMARIVM.

1 *Hæres cum beneficio legis, an audiatur offerendo bona, & quod sic ampliaturque vsque ad nu. 5. atque limitatur, nu. 6. vsque in finem quæstionis, cum declaratione.*

Quæstio quadragesimaquarta.

1 PVLCHRA, & practicabilis est indagatio: † adiuit quis hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, habet plures creditores pecuniarios, & pecunia non est in hæreditate, an isto casu possit offerre bona pro intranti quantitate debita? & vtique sic, vt habetur in l. 2. § & post præfatam. C. de iure deliberan. vbi Ias. columna prima, versicu. quarta vtilitas, dicit, quod non audiuntur creditores dicentes, vendas tu, quia replicabit, nolo hoc facere ratione euictionis, etiam si reperirentur emptores.

2 Ampliatur † hæc conclusio, vt non teneatur offerre, sed permittere sufficiat quod bona recipiantur per venditores, vt per Bald. in d. § & si post præfatam, col. 2. consulens hæredi, vt effugiat omne periculum, quod dicat creditoribus, vendite vos, & ego consentiam, protestans quod nolo teneri de euictione, per l. quamuis. ff. de pign. act. Ang. cons. 71. in princ. inter consi. vlt. volun. consil. 45 nu. 6 cons. 84 nu. 10. Alciat. cons. 30. lib. 3.

3 Ampliatur † secundo notabiliter, etiã si esset debitum ex causa dotis, Ang. de testamen. glo. 112. nu. 8. Ang. in l. 1 § hæc stipulatio, col. 6. ff. si cui plus quàm, per l. Falcid. Aic. cons. 193. nu. 2. Roland. de inuent. hæred. par. 4. vers. alia & nona, fol. 121.

4 Ampliatur, † vt procedat tam in creditoribus, quàm legatarijs, d. § & si post præfatam.

5 Ampliatur † quarto, vt possit assignare nomina debitorum, nec ea tenetur hæres exigere. ita probat text. in d. l. fin. in vers. ex

ipsis

ipsis rebus, vbi Monticul. num. 91. cum appellatione rerum, contineantur nomina debitorum, l. quintus, la seconda, §. argento, ff. de auro & argen. leg. l. 1. de sta. homi.

6 Limita, † & declara, si essent credita, vel legata consistentia in certa re, corpore, vel specie; nam aut res illa extat, & cogitur præcise tradere hæres; aut non extat, & nihil tradere debet, quia interitu speciei debitor liberatur, iuxta no. in l. si ex legati causa, de verb. oblig.

7 Limitatur † secundo, si pecunia extaret in hæreditate, & hæres loco pecuniæ debitæ rem aliam soluere debet, iuxta no. in auth. hoc nisi, C. de sol Montic. in d. l fin. nu. 8. et nu. 90.

8 Illud † autem verum est, quod si hæres paratus sit soluere pecunias, vel pretium rerum, dabitur sibi retentio corporum hæreditariorum. Sal. in l. fi. §. licentia, C. de iure delib. vbi Montic. dicit esse valde notatu dignum, nu. 123.

Et facit hæc ratio; quia qui potest vendere, potest in solutum accipere, l. fin. C. de iure dom. impet.

9 Limitantur † prędicta omnia vera esse, quando hæres vendẽdo incurreret aliquod damnum, vel euictionis, vel simile in bonis proprijs, tum offerre poterit, alias cessante damno cogitur vẽdere, et de pretio creditoribus satisfacere, et hæc limitatio est realis, quam tenet Bar. in d. § & post præfatam, nu. 1. vbi Sal. num. 2. Cast. nu. 5. Alex. nu. 10. Io. And. de instrum. editio. §. fi. in ver. fecerit, Guid. Pap. de inuen. nu. 2. Porcelli. q. 7. nu. 3. Montic. q. 9. prin. nu. 8. et 27. et hæc est communis opin. Bursa. cons. 9. nu. 29. lib. 1.

10 Pariter, † si non reperiret iustum pretium; quia non posset vendere, vel nõ reperiret iustum pretium, idem est, decis. Neap. 35 & nu. 3. in terminis, Anch. q. 64. par. 2. vbi habes casum in hærede, qui se obligauit soluere, dum intelligatur saluo beneficio legis, & inuentarij, vt ibi late per eum. Beninc. de pauper. q. 9. speciali 10. vltim. volun. nu. 50.

SVMMARIVM.

1 *Hæres mariti, an audiatur offerendo.*

Quæstio Quadragesimaquinta.

1 EST mortuus maritus, vxor insistit in domo, vtendo retentione, donec dos sibi restituatur; hęres offert satisfacere de bonis mariti, an hoc sufficiat ad eam excludendam? vtique non, sed

rtalis satisfactio requiritur. consuluit Burs.consi.9.nu.10. vol.1. & si aliquid fuerit pro isto pretio assignatum, est secura a iure offerendi, maxime si non agat, sed conueniatur. Hiero. Gabr. consi. 147. vol.1. vbi videas.

SVMMARIVM.

1 *Creditor, an audiatur offerendo fructus annales, & quod inuitus in sortem fructus computare teneatur.*

2 *Fructus consumpti tantum sortem extenuant, vt creditor inuitus compensare non cogatur, num. 3.*

Quæstio quadragesimasexta.

1 PVlchra est quæstio, † creditor ex re pignorata percepit fructus multorum annorũ, nec eos consumere voluit, sed prout potuit conseruauit, agit ad restitutionem crediti sui offerendo singulos fructus annuatim perceptos, & quod non intendit in sortem computare, an in hac oblatione sit audiendus? est materia l. si dominum. C. de pigno. & l. 2. C. de pigno. actio. late tractat Negus. de pigno. memb. 5. par. 5. nec tangit hunc passum frequentem, & vtilem in fructibus conseruabilibus natura, vel industria hominis.

In quo articulo Ang. in §. hoc etiam, Authen. de non alienan. tenuit, quod creditor inuitus cogatur fructus in sortem computare.

2 Contrarium † videtur verius ex communi distinctione, quod fructus consumpti extenuant sortem, secus non consumpti, vt de communi testatur Ias. in l. diuortio, §. ob donationes, nu. 5. ff. sol. mat. vnde creditor inuitus compensare non cogetur, sed eos offerendo in integra petitione audietur.

3 Quæ † addi possent ad ea, quæ late in materia posuit Negus. in citato loco reassumptus a Sebast. Med. de compen. par. 5. q. 9. & est casus valde frequens, & quotidianus.

SVMMARIVM.

1 *Offerens rem & pretium deteriorationis rei commodatæ, an audiatur.*

Quæstio

Quæstio Quadragesimaseptima.

1 QVæro, † commodasti mihi rem aliquam, eam deterioraui, volo restituere, offero rem, & pretium deteriorationis, an sim audiendus? vtique sic, & compelletur creditor recipere, Ang. in l. eleganter, §. non solum, ff. de dolo. posui latè in tracta. loc. & conducti, vbi videre placeat.

SVMMARIVM.

1 *Debitor offerendo debitorem, an excusetur.*

Quæstio Quadragesimaoctaua.

1 QVæro, † eram debitor tuus in centum, & habebam debitorem meum in alia centum, potero ne cogere ad liberandum si offero exbursare sibi alia centum? videbatur quod sic; quia quis facere compellitur, quod alteri prodest, & sibi non nocet, l. 2. ff. sol. mat.

Contrarium est verius, tex. est in l. in rem. §. fi. ff. de compensa. quem singularem, & notabilem reputauit Rom. sing. 459. debitor meus.

SVMMARIVM.

1 *Hæres, an audiatur offerendo pecuniam pro substantia legata.*

Quæstio Quadragesimanona.

1 QVæro, aliquis in suo testamento legauit centum de bonis, & substantia ipsius testatoris, nunquid hæres satisfacere possit offerendo pecuniam, an cogatur consignare tot bona, quæ ascendant ad dictam quantitatem? Videtur quod offerendo pecuniam numeratã audiri debeat, per l. si stipulatus fuero decem in melle, cum ibi no. per Bar. de sol. vbi si promittis decem in melle, sola decem sunt in obligatione, & mel in solutione, quia secundum Bar. mel promissum est in genere, & non est taxatum certum pretium mellis, ideo solui debet iusto pretio, & sic

non continet interesse creditoris, sed promissoris. vnde mei videtur appositum in promissione, vt debitor facilius soluere possit.

Contrarium est verius, & quod de bonis tantum debeat fieri solutio, & inuito creditore non possit fieri in pecunia; quia hoc significant illa verba, de bonis,& substantia testatoris, vt late consuluit Rui.consi.65.vol.2.vbi respondet ad contraria.

SVMMARIVM.

1 *Offerens rem æquè idoneam, an audiatur.*

Quæstio quinquagesima.

1 QVæro, an quis † audiatur in eius obligatione offerendo rẽ æquè idoneam? & vtique regulariter sic,& de fideiussore vidimus superius,ad idem,l. Labeo,la seconda,§.fi.de arbit.qui de fideiussore compromissi,l.illud, ff. quod met. cau. vbi Bal.no.de re locata æquè idonea præstanda,ad l. si quis domum, in prin.ff.loc.pariter in materia seruitatum,in l.2.§.fi.de relig.& sump. fune.

Hinc postea licet emphiteota, vel vasallus non possit alienare domino irrequisito, alias cadat a iure suo,c.quæ in ecclesiarum, de consti.

Si tamen emptor offerat implere omnes conditiones, ad quas tenebatur vasallus,vel emphyteota,alienatio valet.dictum singulare Bar.in l.murileg.C.de murileg.lib.11.& ibi sequitur, & commendat Ang.Rom.licet ipse aliter teneat,sing.444. in iure. Ant. Corse.in ver.feudum,vbi hoc summopere commendat,Io.de Arno.dialo.27.Mars.de fideius.q.30.Fel.in c.quæ in ecclesiarum.colum.29.Iul.Cla.hoc non allegans,q.32.vers.scias tamen, attestãs ita omnes Doct.tenere in §.feudũ, & hanc cautelam omisit Veron.caut.22.

Limita in casu,quod si commodo tibi boues meos, & moriantur culpa tua,quod si vis dare boues æquè bonos,non cogor accipere, sed teneris ad pretium iustum.Imo.in c.1.colum. pen. de commoda.Marsi.de fideius.q.30.nu.214.& tetigi superius.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio, an habeat locum in materia meliorementorum.*

Quæstio

Quæstio Quinquagesimaprima.

1 SEd an in materia melioramentorum habeat locum oblatio? vtique sic, & in fideiussione præstanda in casu non liquidationis, & in asportatione eorum, si dominus offerat pretiū, quod ab alio esset habiturus ad effectum ne asportet, posui late in materia melioramentorum, in tract. loc. & conducti.

SVMMARIVM.

1 *Negare, an liceat totum ratione plus debito, vel offerre verum debitum.*

Quæstio Quinquagesimasecunda.

1 PVlchra est quæstio, † peto à te centum, re vera non debes, nisi quinquaginta, an liceat negare totum, vel confiteri, & offerre partem debitam? in qua duæ fuerunt contrariæ Doctorum opiniones. Prima fuit quod liceret totum absolute negare, nec partem aliquam offerre. & hanc opinionem tenuit Specul. de positio. §. 5. vers. secundo verò exemplo glo. in c. fi. de confess. lib. 6. Bal. in c. dudum, num. 29. de elect. Croc. in l. 1. §. si stipulanti, vbi Alc. num. 48. de verbo. oblig. Dec. in l. non potest videri
* improbus, nu. 3. de reg. iur. & hæc est commu. opi. Imo. in c. dilecti, de maio. & obed. & in pract. seruatur, Abb. in c. 1. de plus petitio. Graua. ad Vest. lib. 5. c. 14. num. 24. Mars. de fideius. num. 339.

Altera est opinio, vt pars debita sit confitenda. Bar. in d. §. si sti
** pulanti, & hæc est magis commu. opi. vt ibi attestatur Alex. nu. 7. Aret. nu. 29. Ias. num. 19. Capel. Tholos. 107. Cagn. in d. l. non potest. num. 5. Did. var. reso. lib. 1. c. 2. num. 5. Eman. Soar. in thesaur. littera T. num. 289.

Limita primo, nisi faciens positionem protestetur, quod non velit habere partem, quia tunc totum negari poterit. Fel. in c. nā concupiscentiam, col. fi. de consti.

Limitatur secundo in materia indiuidua; quia totum negari poterit, Bar. in d. §. si quis simpliciter.

Limitatur tertio, nisi debitum petatur qualificate, puta in diē, vel sub conditione; quia totum negari poterit. Fel. in citato iam loco.

Limi-

Limitatur quarto, vt post responsionem excusetur. Cag. in d. l. non potest, nu. 5.

Limitatur quinto, vt negans absolute in expensis condemnari
* non possit, & hæc est com. opi. Cag. vt sup. nu. 6.

Vnde practicando fiat positio, si non credit de tanto, dicat de quanto, Fel. & Cag. in citatis locis, & passim practicatur.

Limitatur sexto vltra alios, si pendente lite fiat debitor in totum, Caputaquens. decis. 299 nu. 2. par. 1 late Ant. Gab. in materia de expen. concl. 2 cui hęc addere poteris.

SVMMARIVM.

1 *L. Iulianus. §. offerri. de act. emp. declaratur.*

Quæstio Quinquagesimatertia.

1 OBlationis materiam tractat l. Iulianus, §. offerri, de act. emp. qui textus procedit si à parte petatur, Bal. in l. 2. C. de his, quæ sub modo. in l. 1. C. ne liceat in vna, & ead. cau. in l. si traditio, q. 3. C. de act. emp. in l. 1. C. de vsu, & vsufruct. leg. commendat pro notabili, Ias. in l. vniuersa, nu. 3. in fi. C. de prec. imper. offer. in l. stipulatio, in principio, ff. de no. ope. nun.

Contrarium tenet Dec. consi. 261. colum. 3. in l. filiæ licet. C. de colla. Papien. in act. reali, num. 14. est materia exceptionis implementi, quam late posui in tract. loc. & conduc. in tit. de euict. vbi videre placeat. tetigi superius q. 8. præcedens tamen opin. verior
** est, & magis commu. recepta. Eman. Soar. in suo thes. littera E, nu. 143. Pedem. decis. 159. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus, an teneatur offerre non requisitus seruitia domino suo?*

Quæstio quinquagesimaquarta.

1 QVero, † an vasallus teneatur domino præstare seruitia ēt non requisitus, & ex se offerre? & vtique personalia non, Ias. super vsibus feud. num. 64. & in materia oblationis allegat notabile dictum Bal. in c. licet, no. 1. si de feu. contron. fue. inter domi. & agna. quod in hac materia oblationis passim allegari

gati poterit ei, qui non vult aliquid de nouo consequi, sed ius quæsitum conseruare, non imminet ius offerendi, sed debet expresse requiri, nisi sit apposita dies, secus quando vult aliquid de nouo consequi, ad idem Bal. in c. 1. §. fin. de eo, qui interfec. fratr. dom. sui, & est regula vtilis in hac materia.

Secundo allegat quod in incertis non est locus iuri offerendi, maxime si incertitudo versetur in loco, vel tempore, vel persona.

SVMMARIVM.

1 *Ius offerendi & implendi conditionem, an transeat ad hæredes.*

Quæstio quinquagesimaquinta.

1 QVAERO, an ius offerendi, & implendi códitionem tacitam quæ denominatur per ablatiuos absolutos in côtractibus transeat ad eius hæredes? & vtique sic, l. epistola, §. si inter debitorem, vbi Ias. ad intellectum l. qui Romæ, §. Augerius, ff. de verb. oblig. dicit quod conditio casualis in contractibus bene transit ad hæredes, §. ex conditionali, Instit. de verbor. oblig. secus in potestatiua, d. §. Augerius, nisi aliquid ad hæredem peruenerit, prout in §. si inter debitorem, ff. de pact.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio, quomodo probetur.*

Quæstio quinquagesimasexta.

1 QVAERO, † an debitor probare possit oblationem factam creditori per vnum testem de visu, & plures alios de confessione creditoris, an possint simul iungi? vtique non. probatur enim confessio oblationis, non oblatio ipsa, Bald. in l. vnica, C. de confes. commendat pro singulari, Roman. sing. 705. idem côs. 91. in fine. vers. istud primo, Ias. in l. admonendi, nu. 260. de iureiur. Dec. in c. cum causam, col. fin. de prob.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio supplicationis, an faciat quem periurum.*

Quæstio

Quæstio quinquagesimaseptima:

1 QVAERO, † an oblatio sola supplicationis faciat quẽ periurum? ad l. si quis maior. C. de transac. vtique non, nisi postea causam prosequatur. Alexand. consil. 34. colum. 2. versic. 3. volum. 1. consil. 87. volum. 5. Iaf. in d. l. si quis maior, numero 37. vbi Iacobi. not. 6. & 7. Purpur. not. 6. Felin. in cap. ex tenore, colum. 1. de rescrip. Vincent. de Anna. alleg. 83. numero 7. & singul. 362.

SVMMARIVM.

1 *Appellans offerendo incontinenti probare legitimas exceptiones, an audiatur.*

Quæstio quinquagesimaoctaua:

1 RESPICIT materiam oblationis appellatio à Iudice reijciente legitimas exceptiones, si appellans offerat incontinenti eas probaturum, Angel. in l. ab executore, num. 5. C. quorum appel. non recipia. & dicta oblatio fieri debet Iudici non executori, Dec. in c. interposita, nu. 4. de appel. Felin. in c. dudum, nu. 20. de præsumpt. & sufficit oblatio verbalis ad appellationem iustificandam, & requiritur oblatio realis, & habere testes in promptu ad consequendum plenarium effectum. Milis pulchrè, in ver. appellans à grauamine exceptionis, Contard. ad l. vnicam, limit. 19. nu. 25. cætera in materia omitto, quia non concernunt materiam oblationis, Lancellot. de attenta. par. 2. c. 12. limit. 1. nu. 38.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio pretij, an possit fieri ex causa de præterito.*

Quæstio quinquagesimanona:

1 QVAERO, † an oblatio rei, vel solutio pretij fieri possit lite pendente ex causa de præterito? vtique sic, Io. Ceph. consil. 112. nu. 19. lib. 1. Lancel. de atten. par. 2. c. 4. lim. 20. nu. 10. & lim. 11. nu. 12.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Oblatio quam habeat locum in vltimis voluntatibus.*

Quæstio Sexagesima.

1 SED an, † & quando in vltimis voluntatibus habebit locum oblatio? & vtique Bald. in legatario sub modo loquens, in l. 1. C. de his, quæ sub modo, num. 3. optime declarare videtur, quandoque oblatio dirigitur ad finem petitionis, & tunc præcedere debet, l ex placito, C. de rerum permuta. quandoque in rei traditione, vt in cautione vsufructuaria, tunc debet præcedere in instanti traditio, non ante, l. si vsusfructus mihi, ff. de vsufruc. lega. interdum ad actionem coadiuuandam, & tunc nisi excipiatur non debet offerri, l. siue apud acta, vbi Ias. nume. 13. hoc admodum sequitur, C. de transact. ideo §. offerri, intelligitur si venditor opponat de pretio non soluto, aliàs etiam non oblato pretio condemnatur ad rem tradendam, prout aliàs superius diximus.

Et sic in materia statutorum excludentium aliquo casu fœminas propter masculos, recepta est scribentium sententia ponderanda esse verba statuti, aut enim loquuntur conditionaliter, aut modaliter. Primo casu debet præcedere oblatio, aliàs masculus non gaudebit beneficio statuti. Secundo casu non est facienda oblatio, nisi præcedat interpellatio; quia in modalibus oblatio habet vim replicationis, Ias. in l. filiæ licet, C. de collatio. pulchrè Dec consil. 261. Ruin. cons. 74. volum 2. Afflic. decis. 370. latè videndus alios allegans Hieron. Gabr. consil. 5. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio, an habeat locum in publicis subhastationibus.*

Quæstio Sexagesimaprima.

1 VENDICAT sibi locum oblatio in publicis subhastationibus, vt plus offerenti detur, prout posui in tract. locati, & conducti, par 2. q. 3. loc. vectig. vbi multa posui ad hanc materiam pertinentia, & ponit latè Fab. de Mon. de emp. & vendit. par. 5. nu. 83. ad ibi dicta me remitto.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio in litem, quæ sit.*

Quæstio Sexagesimasecunda.

1 DICITVR & oblatio in lite, de qua in l. is qui se obtulit, ff de rei vend. in l. qui se lite. ff. de peti. hæred. & cum non possideat in duobus casibus condemnatur. Primus est si perseuerauit vsque post litem contestatam. Secundus, & ante litem contestatam, si actor erat ab alio petiturus, aliàs licitum est ante litem contestatam pœnitere, & hæc vera si actor ignorabat, aliàs nullo modo condemnatur, quia non decipitur actu, sed se ipsum decipit, & semper intelligas in offerente sine causa, ita glo. quam ibi commendat Bart. & Castren. in d. l. is, qui se obtulit, de offerente cum causa, prout in venditore accedente ad causam emptoris, dicta iura non loquantur, vt ibi not. Castren. & bene, & erit alius locus in materia euictionum.

Limita, & declara notab quando fuit interrogatus, an possideret: respondit quod sic, secus si simpliciter recepit libellum, & litem contestatus est, & nihilominus absoluitur reus, cum constet eum non possidere Bart. hoc admodum extollendo in l. si a te, §. 1. ff. de excep. rei iud. dicens hoc aureis litteris scribendum: reputat etiam valde notabile Abb. in c. examinata, num. 11. de iud. ad limi. l. is qui se obtulit.

Et quando procurator dicatur se liti offerre, latè Ripa in l. is, qui se obtulit, no. 5. ff. de re iud.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia, vel minor agens ad remissionem contractus, an teneatur offerre.*

Quæstio Sexagesimatertia.

1 NVNQVID Ecclesia, vel minor agens ad resciſsionem contractus ex defectu solẽnitatis omissæ teneatur offerre pretium? vtique non, Abb. in c. ad audientiam, nu. 4. de rebus eccles. non alienan. Nat. cons. 631. Hippol. Rimin. cons. 5. Io.

Ceph.

Ceph.consi.207.Rolan.consi.7.libro 3.Borgni.decisio.46.numero 211.

Quæstio Sexagesimaquarta.

DE oblatione in materia duelli, campi, & armorum, Paris.late, consi.31.vol.1.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio libelli.*

Quæstio Sexagesimaquinta.

1 OFfertur † & libellus, auth.offeratur, C.de lit.contest.& offertur nedum Iudici, sed & parti, vt deliberare possit, & nedum coram Iudice ordinario, sed & delegato, & arbitro, proue declarat hunc text. Pap. in for.libelli.in actione reali, in glo.1. num.8.cum seq.Spec.de libel.obla.cano.in eod.tit.Maran.in Specu.in vers.libellus.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio in precibus Principi offerendis.*

Quæstio Sexagesimasexta.

1 VEndicat † & sibi locum in hoc iure nostro oblatio in precibus Principi offerendis, prout in C. in hoc tit.vbi de quib. rebus sint Principi offerendæ preces, & in multis casibus quo se extendant.

SVMMARIVM.

1 *Maritus conuentus ad dotem, an audiatur offerendo cautiones.*

Quæ-

Quæstio Sexagesimaseptima.

1 MAritus † vergit ad inopiam, conuenitur de dote restituenda, qui nolens, vel non valens restituere offert vxori cautionem, an sit in hac oblatione audiendus? vtique non, sed est in electione mulieris velle dotem, vel cautionem, vel alimenta, gl. in l. vbi adhuc, vbi Cin. in 3. oppos. C. de iure dot. Ang. in §. illud,
* q. antepen. Auth. de æqua. dot. & hæc est commu. opin. Ias. in l. si constante, nu. 188. vbi Alex. num. 278. Ripa sub nu. 88. dicens ab hac opinione nullatenus recedẽdum. Croc. nu. 64. limitans in marito paupere, sed persona honesta, & proba, vt in hoc casu audiatur in oblatione cautionis, ff sol. matr. Firmi. idem attestans, in ver. maritus vergens ad inopiam, vers. 1. Campeg. de dot. par. 3. q. 137. cum seq. Io. Lop. dicens ab ea in iudicando, & consulendo non recedendum, in repet. c. per vestras, notab. 5. nu. 8. Seraph. de
** iuram. priuil. 69. in princ. & magis communem Villa. in vers. mulier non potest, nu. 4. Ioseph. de Lud. Rot. Luc. 22. nu. 1.

Quæstio Sexagesimaoctaua.

1 NVnquid iudex, vel officialis possit recipere munera, vel pecunias a sponte offerente, posui in tract. loc. & conduc. tit. de sport. iud.

SVMMARIVM.

1 *Tertius offerens se liti.*

Quæstio Sexagesimanona.

1 OFfert † se liti tertius ad causam accedens ad alicuius defensionem, prout venditor emptoris, legatarius hæredis, & simile, qui audiuntur in eo statu, in quo causa cum principali pendet, & in statu, vt si principalis a probando, vel similes sit exclusus, sit etiam exclusus tertius accedens, nec cum eo causa modo aliquo sit inchoandā, sed prout erat prosequendā. Felin. in c. cum super, num. 15. de re iud. Bal. in auth. nunc si hæres, in fin. C de litig. Anch. in reg. ea quæ, quæst. 17. lib. 6. & hæc est com-

communis opinio, Couarru. practica. quæst. cap. 13. Anton. Gab. de euen. rei iudic. num. 19.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio, coram quo Iudice est petenda.*

Quæstio Septuagesima.

1 QVÆRO, † coram quo Iudice petenda est oblatio, & depositio pecuniæ facienda per debitorem ad impediendum cursum vsurarum? facienda est mandato illius Iudicis, qui de causa illa aliàs cognoscere deberet. Bal. notabiliter in l. acceptam, q. 14. C. de vsur. quem commendat Alex consi. 103. libro 2. Capic. decis. 18. Boer. decis. 114. nu. 9. Contard. ad l. diffamari, q. 1. nu. 4. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Tertius offerens æstimationem bonorum dotalium emptorum, an audiatur.*

Quæstio Septuagesimaprima.

1 PVLCHRA est resolutio, † sunt data in dotem marito bona æstimata tempore, quo maritus erat inops, & non soluēdo, alienat in tertium, qui ab vxore conuenitur in subsidium mariti vtili rei vendicatione, qui offert pretium æstimationis, auditurne, vt præcise non cogatur ad rei sibi venditæ consignationem? Et vtique offerendo pretium æstimationis auditur, Ias. in l. traditionibus, num. 20. C. de pac. Mar. Soc. cons. 224. libro 2. commendat pro notabili, Couarru. pract. quæst. c. 18. numero 8. columna 3.

SVMMARIVM.

1 *Nunciatio noui operis, an tollatur per oblationem fideiussoris.*

Quæstio Septuagesimasecunda.

1 AN noui operis nunciatio tollatur per oblationem fideiussoris de demoliendo in casu succumbentiæ? vtique sic tam de iure ciuili, quàm canonico, l. vnica. C. de noui ope. nuncia. c. fin. eo. tit. & hic modus est vtilis, frequens, & valde practicatus, vt testatur Papien. in for. libel. no. ope. in ver. ante, nu. 2. bene verum, quod nuncianti datur replicatio etiam per ipsam oblationem offerendo incontinenti probaturum de suo bono iure, quo casu supersedetur per tres menses, vt habetur per Anch. in d. c. fi. quo fit, vt si dicatur, hodie constat, hodie agatur supersedendum sit in opere. ita præclare docet Papien. in citato loco, in fin. & hæc est vera, & commu. opi. Iaf. in l. 1. nu. 19. ff. de no. ope. nunc.

SVMMARIVM.

1 *Excusator, quid facere debeat in proponendis exceptionibus.*

Quæstio Septuagesimatertia.

1 EST † datus excusator ad proponendum causas absentiæ, quid facere debet? vtique proponere coram iudice, & offerre se probaturum causas propositas, Innoc. in c. querelam, in vers. desti nauit, de proc. nec sufficit tali excusatori venire ad diem assignatam, nisi causas proponeret. Rota decis. 82. in antiq.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio defectiua, an inducat spolij purgationem.*

Quæstio Septuagesimaquarta.

1 AN † oblatio defectiua inducat spolij purgationem, & litis renunciationem? & vtique non, & dicitur defectiua quando non est certa, Rota Rom. nouissima 334. par. 2.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Reus publicus secundum decretum offerendo expensas sine satisdatione, an audiatur.*

Quæstio Septuagesimaquinta.

1 REus, † contra quem processum est ad primum decretum cõparuit, & obtulit expensas, sed non obtulit satisdationem, an dicatur legitimè comparuisse? & pro reo videbatur quod sic; quia dato quod cautio deberet præstari, hoc intelligitur si a parte petatur: satis enim est, quod reus moram non faciat si satisdatio petatur, l. fin. §. 1. ff. quorum leg.

Contrarium videtur verius, vt debeat offerri etiam si non petatur, & si nemo est qui recipiat, coram honestis viris fieri, & offerri debet, c. pastoralis, §. fi. de offic. ord. & in materia oblationis datur vera distinctio, aut quis vult excludere aliquem a iure per eum licite quæsito, & debet ex se offerre non requisitus; aut vult excludere a iure illicite quæsito, & non tenetur offerre nisi petatur, glo. notab. in c. cupientes, §. quod si verò, in vers. contempserit, de elec lib. 6. quem ita declarant Bar Imo. & Ias. in l. stipulatio, §. 1. ff de no. ope nunc. Bart. sentit in l. 1. §. non exigit, ff. vt in possess. leg. Alex. pulchre in l. si finita, §. Iulianus, nu. 76. ff de dam. infec. dicens in facto habuisse, & est distinctio magistralis, & vtilis in materia oblationis, & sentit Bar. in d. §. non exigit. quod facienda est oblatio quando est apposita dies, prout in l. magnam, C. de contrahen. vel committen. stipul. vel est dies tacite a lege subintellecta, prout in l. 2. C. de iure emph. in c. potuit, de loca.

SVMMARIVM.

1 *Reus apponendo contra executionem instrumenti alios exceptionẽ cum oblatione de incontinenti probando, an audiatur.*

Quæstio Septuagesimasexta.

1 EXtat statutum, quod contra instrumentũ, vel sententiã nulla possit opponi exceptio, nisi talis, & talis, si reus conuentus aliam opponere velit præter reseruatas in instrumento offerendo probare incontinenti, auditur ne? Panor. in cap super

eo, in fine, de offic. delega. & clarius in cap. sciscitata, colum. 3. de rest. in integrum, tenuit, quod sic, ea ratione, quia offerendo incontinenti cessat suspicio calumniæ. contrarium per plura tenet Alexan. cons 92. vol. 4. sequitur Ias. in l. iurisgentium, §. quod ferè nu. 15. ff. de pactis.

SVMMARIVM.

1 *Offerens se velle esse ciuem, an efficiatur capax statuti.*

Quæstio Septuagesimaseptima.

1 ALiquis vult gaudere beneficio alicuius statuti, & effici capax hæreditatis, & successionum, quæ per statutum deferuntur, offert se velle esse ciuem, & onera substinere, efficitur ne capax? vtique sic. Bart. in l. murileguli. C. de murileg. lib. 11. commendat Anchar. q. 9. nu. 5. parte prima.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus, vel emphyteuta lite pendente inter duos dominos, an audiatur offerendo.*

Quæstio Septuagesimaoctaua.

1 SI lis pendeat inter duos dominos super re, emphyteusi, vel feudo, quid facere debet vasallus, emphyteuta, vel colonus? vtique debet protestari, & offerre cui de iure, & interim gaudere portione, vel beneficio sibi competenti, nec modo aliquo in eius rata, vel iuribus molestari. Bart. in l. litibus in fine, & ibi Luc. de Penna, Rebuff. & alij. C. de agricol. & cens. lib. 11. latè Boer. decis. 106.

SVMMARIVM.

1 *Obligatus dare fideiussorem, an liberetur offerendo pignus. vbi septem considerantur casus. & nu. 2. 3. 4. 5. 7. 8. 9. & 18.*

6 *Satisdatio, vel pignoris datio, siue nuda promissio, quãdo æquiparentur.*

10 *Condemnationem pecuniariam de 100. soluere non valens, capite puniatur si statuto caueatur, fideiussores non offert.*

11 *Procurator solutionis recipiendæ, delegationem aliamuè satisfactionem recipiens, debitorem non liberat.*

Numeratio

13 *Numeratio realis quando importetur in materia solutionis & quando non, nu. 13. 15. 16. & 17.*

14 *Solutio verbum, quando ad substantiam obligationis, & quando ad naturalem solutionem referatur.*

Quæstio Septuagesimanona.

1 NOn inutilis est quæstio, † an obligatus dare fideiussorem liberetur dando, vel offerendo pignus idoneum? in qua quæstione omissis disputationibus, considerandi sunt aliqui casus principales.

Primus est, obligatus satisdare dando pignus liberatur, ea est ratio, quia nomine satisdationis, & pignoris datio continetur, l. 1 vbi not. ff qui satisdare cogantur, & est communis conclusio. Cagnol. in l. plus cautionis, n. 18 ff de regulis iuris.

2 Secundus † est casus, obligatus dare fideiussores in specie liberatur dando pignus, quia plus cautionis est in rem, quàm in personam, & melius est pignori incumbere, quàm in personã agere. Bar. in l. plus cautionis. ff de regulis iur. sentit in l. prætoriæ, la tertia. ff. de præt. stip. & hæc est magis communis opinio, vt testatur Ias. in d. l. 1 nu. 12. Addit. ad Dec. in d. l. plus cautionis, littera B. vbi etiam Ioã. Ferrar. vbi limitat nisi a lege aliud in indiuiduo requiratur, prout in d. l. prætoriæ, vbi Bar. hoc sentit.

3 Qui † casus licet sit communiter receptus, tamen considerandũ est, aut loquimur in exigendo, aut loquimur in conseruando, respectu exactionis plus cautionis est in rem, quàm in personam, cum cõtra personam obligatam multæ lites oriri possent, vt conuenire non posset; Aut loquimur in custodiendo, & hoc casu difficilius, & maiori cum periculo, & labore pignus conseruatur nedum ab hominibus, furibus, & latronibus, sed & tineis, rubigine, & similib. vnde Cagnol. in d. l. plus cautionis, ausus est contrariam iniam dicere magis communem, & admodum huic opinioni adhæret Neguf. de pign. in 1. mẽb. quintæ partis, in princ.

4 Tertius † est casus, obligatus dare pignus non liberatur per fideiussores, quia plus cautionis est in rem, quàm in personam, vt sentit Io. Ferrar. in d. l. plus cautionis, & admodum commendat.

5 Quartus † casus est, si quis sit diues soluendo, vel alias idoneus, liberatur a satisdatione præstanda, non tamen videtur liberatus si teneatur dare pignora. Bar. in l. quicunque, la 2. C. de fun. p. tr. lib. 11. Ias. in l. 1. num. 18. ff qui satisdare cogantur. late Neguf. de pign. in 1. membro quintæ partis, num. 3.

6 In † contrarium mihi videtur textus in l. ergo. §. adijci. ff. de fideicom. libert. vbi satisdatio, vel pignoris datio, siue etiam nuda promissio, si promittens sit valde idoneus, a pari procedunt.

7 Quintus † est casus, qui tenetur satisfacere liberatur dando pignora, vel fideiussores, secus si quis teneatur satisfacere ex dispositione hominis, quia tenetur præcise soluere, nec liberatur offerendo pignora, vel fideiussores. l. promissor. & auth. si quando, C. de constit. pecun. bonus tex. in l. fin. ff. si cer. pet. vbi Bart. not. latè Soc. cons. 90. col. 4. vers. tertia conclusio, vol. 4.

8 Vnde † ex prædictis distingue, aut sumus in dispositione legis vel Principis, aut Iudicis, vel hominis: in omnib. primis casib. liberat dando pignora, vel fideiussores, vltimo casu tenetur præcise ad soluendum.

Ampliatur, vt idem sit quod vulgo dicitur *fare il douere*, nam idem importat, quod satisfacere. Soc. cons. 93. vol. 1.

9 Sextus † est casus, promittens soluere, dare, vel restituere, tenetur præcisè. l. 4. §. ait prætor. ff. de re iudic. l. item liberatur, §. 1. ff. quibus mod. pign. vel hipothe. solu. Soc. cons. 904. col. 4. vers. item promisit, vol. 4. Vnde ad propositum materiæ oblationis, de qua agimus, dicebat Bal. in c. cum aliquibus, de re iud. per illum tex. quod condemnatus ad soluendum non intelligitur soluere, licet pignora offerat, & ideo si quis esset condemnatus pro maleficio in centum, & si infra mensem non soluerit pœna duplicetur, non sufficeret dicto condemnato offerre pignora in communi.

10 Facit, † quod not. Bart. in l. statuliberos. §. si quis acceperit. ff. de statulib. quod stante statuto, quod qui non potest soluere condemnationem pecuniariam de mille, capite puniatur, non sufficiet si offerat fideiussores, idem in l. 1. ff. de custod. reorum.

11 Pariter † procurator solutionis recipiendæ constitutus, si delegationem, aliamve satisfactionem recipiat, debitorem non liberat, sed in specie debita recipere tenetur, & non aliter. ita Alexand. in facti quæstione respondit, cons. 95. vol. 3. sequitur Alciat. in l. solutionis. ff de verb. signific. latè Nat. cons. 60. col. 2. Ripa in l. 4. §. soluisse. ff. de re iud. Papien. in form. respons. rei conuen. in verbo, exceptionem solutionis.

12 Vnde † multis similibus, quæ ad hoc propositum adduci possent, reperio aliquas distinctiones à Doctoribus receptas in materia solutionis, quando importet realem numerationem, & quando non.

13 Prima † fuit distinctio Bart. in l. solutionis. ff. de sol. aut verbum solutio, refertur ad substantiam obligationis, & omnis liberatio continetur: aut refertur ad numerationem pecuniæ, & tunc naturalis solutio continetur.

Dicitur

14 Dicitur † autem verbũ solutio, referri ad substantiam obligationis quando simpliciter profertur, vel adijcitur termino obligationis: si verò adijciatur verbo pecuniæ, naturalis solutio comprehenditur. Ripa post alios hoc declarans in l.4.§. soluisse.ver. aduertite.ff de re iud.

15 Secunda † fuit opinio magis communiter recepta, aut loquimur de stricta significatione, & tunc pecuniæ numeratio solum comprehenditur: si verò loquimur largo sumpto vocabulo, & omnis liberatio quouis modo facta continetur. Alc. attestans de magis cómuni in l. liberationis, in fine. ff. de verb. sign. subdens vtroque modo dici propriè, licet vno modo sit strictè, alio modo large, & sic large fit, sed propriè fieri dicitur.

16 Posset † quandoque dici considerandas esse materias, an sit fauorabilis, vel odiosa, vel mixta, vel indifferens. Vnde videmus in stipulatione pœnali, si in tali termino debitor non soluerit, solutionis nomine acceptilatio continetur, vt per Bart. & alios in d.l. solutionis.

17 Similiter † illud de excommunicato si infra terminum nõ soluerit, quod non incidit in censuras si debitũ interim fuerit remissum. Spec. in tit. de obl. & solu. §. nũc aliqua, ver. quid si contra te. Albe. in l rescripto. §. debitorem. ff de muner. & honor.

Sic etiam statutum tollens omnem exceptionem, nisi solutionis, quod nihilominus poterit opponi exceptio cujuscunque liberationis, secundum Alber. in d.l. solutionis, & sic passim discurrendo materias, & considerando earum naturam, & qualitatem.

18 Septimus casus est in alternatiua, si dicatur, promitto soluere in tali die, vel dare pignora, debitor offerendo pignus non auditur, sed volente creditore cogitur præcisè soluere. Bart. in l. quãuis, in principio ff. de pign. act. quem ibi sequuntur Albe. Fulg. & Castr. & hæc est communis opinio. Negus. de pign. in primo mẽbro 5 par. num. 5. vbi post alios rationem reddit, quia promissio pignorum venit accessoriè ad electionem creditoris.

SVMMARIVM.

1 *Debitor offerendo post terminum, an liberet pignus.*

Quæstio Octuagesima.

1 QVæro, est facta conuentio cũ creditore, vt possit vendere pignus, si ad certum terminum solutio non fiat, & post terminum creditor non vendat, & creditor offerat solu-

 tionem,

tionem, an creditor vlterius vendere possit? Vtique non, stante oblatione. Card. in clemen. 1. §. nos itaque. q. 8. de iureiur. & licet ibi Card. bene non firmet, commendant, & tenent singulariter Dec. & Cagnol. in l. fructus, in fine. ff. de reg. iur. vnde media oblatio inter lapsum termini, & venditionem non factam, operatur effectum suum ad fauorem debitoris.

S V M M A R I V M.

1 *Obligatus ad frumentum, an poterit offerre farinam.*

Quæstio Octuagesimaprima.

1 NVnquid obligatus ad frumentum poterit offerre farinam? vtique non, cum non sit fructus prædij, sed materiatum, descendens a materia. Bal. in l. 1. num. 10. C. de fruct. & lit. expen. sed caue de tempore caristiæ, prout in anno 1590. quia reciperes nedum farinam frumenti, sed glandium, prout infiniti manducauerunt.

S V M M A R I V M.

1 *Contumax offerendo expensas, an audiatur?*

Quæstio Octuagesimasecunda.

1 NVnquid contumax audiatur allegando litis pendentiam, si offerat reficere expensas? vtique sic. Bar. in l. sepulchri. col. 2. de sepul. viol. Ang. in l. quãuis. ff. de dam infec. Anch. in repet. c. postulasti. col 20. de foro comp. Dec. in cap. ex tenore. col. fin. de rescr. & hæc est magis cõmunis opinio. Anto. Gabr. de iud. concl. 1. sub num. 23.

S V M M A R I V M.

1 *Probationem offerens in peremptorijs exceptionibus appellatis, non iustificatur appellationem. quod limitatur, sublimitaturq;, nu. seqq.*

1 Probationem † offerẽs in peremptorijs exceptionibus, à quibus appellauit, appellationem non iustificat, c. interposita, de appella.

Limitatur primo hæc materia, quando offertur probatio eo tẽpore, quo iudex ex necessitate tenebatur eam admittere, alias nihil operatur. Imola, & post eum Dec. in cap. ex parte, de appel.

2 Limitatur † secundo de arbitrarijs, & ideo in omnibus casib. in quibus nõ est determinatum, an probatio, vel exceptio sit admittenda, sed relinquitur arbitrio Iudicis, tunc ex sola oblatione appellatio non iustificatur ita probatur in d. c. ex parte, secundũ alium intellectum, pro quo facit l. non quicquid. ff. de iu.

3 Limitatur † tertio in appellationibus extraiudicialibus, etiã si appelletur à Iudice procedente: tunc. n. oblatio probationis nihil releuat, sed debet probari de veritate ipsius causæ. Imo. in c. 1 de his, quæ fiunt à maio par. cap. Fran. in cap. bonę, conclu. 8. de appel. Abb. in cap. cum inter Canonicos, conclu. 3. de appel.

4 Sublimita, † si in appellatione extraiudiciali iudicialiter ꝓcedatur, prout in confirmatione electionis, nã tunc oblatio probationis appellationem iustificat. Abb. in d. c. cum inter, prope finẽ.

5 Limitatur † quarto ad consequendam solummodo deuolutionem negocij principalis, secus si velit consequi finalem effectum ipsius exceptionis, Io. And. in c. exhibita, de iu. prosequitur Dec. in d. cap. interposita. col. 2. Rota. decis. 43. de appel in nouis.

6 Limitatur † quinto, quando causa sit commissa appellatione remota, vel alio iure prohibita esset appellatio, vt per Imo. in c. 1. de his, quæ fiunt à maio par. cap. vnde coram executore, qui ꝓcedit, vt executor, ista oblatio nihil releuat. Imo. in capite, dilecto, de appella.

7 Limitatur † sexto, quando vtraque pars obtulisset, vt no. in c. Romana, de appel. lib. 6.

8 Limitatur † septimo, quando admissa non fuit appellatio, non de facto Iudicis, sed tertij, Arch. in cano. testes, 6. q. 2.

9 Limitatur † octauo, si offeratur probatio verbo tantum, non realiter, vt quia habebat testes præparatos. Io. And. ad Spec. in tit. de appel. §. qualiter. ver. sunt quibus, & ‡ pen. in verbo, illud.

10 Non † tamen est necessarium secum ducere testes, vt alias diximus, vt per Alex. in l. si mora, limit. 5. ff. solu. mat.

11 Limitatur † nono, si oblatio offeratur simpliciter, sed non statim. Bar. in d. c. interposita.

Limitatur

12 Limitatur † decimo, si oblatio probationis fiat contra euidentiam rei, quæ nihil releuat, ex quo euidentia superat omnem probationem. Bal. in l. contra negantem, in fine. C. ad l. Aquil. in rub. de proba. col. 3. in l. 1. C. si aduer. libert.

SVMMARIVM.

1 *Offerens ante litem contestatam instrumentum procurationis, si in termino non producat, an videatur in termino obtulisse.*

Quæstio Octuagesimaquarta.

1 QVæro, ante litem contestatam offero istrumentum procurationis, & postea in termino non produco, an videar in termino obtulisse? & vtique sic, Alber. reputans hoc notabile in l. qui concubinam. §. cum testamento. ff. de leg. 3.

SVMMARIVM.

1 *Offerens se curiæ, quis sit.*

Quæstio Octuagesimaquinta.

1 VEndicat sibi locum oblatio, † cum quis se curiæ offerebat, quo casu legitimus efficiebatur, l. 3. C. de natu. lib. qui legitimandi modus iam ab vsu recessit, vt dicit Ang. consi. 27. Anto. de Rosel. de legit. c. fi. Ludo. de Sard. in eo. trac. fo. 16. ob id omittam. Illud addam, quod quandoque occurrere potest, quod oblatus Curiæ cœlesti, & sic religionem ingressus, legitimus efficitur, Gugliel. de Cun. in l. 1. C. de sacrosan. eccl. vbi Bal. col. 5. Felin. in c. cum deputati, col. 2. de iud. Ias. in l. 1. col. 3. num. 30. C. quando non peten. par. Alex. Rom. & Aret. in l. necessarias, ff. de acq. hæred. Rom. in auth. similiter, C. ad legem Falcid. in septimo ** specia. Rod. Soar. alleg. 15. & hanc dicit magis communem Did. Couar. de spon. par. 2. §. 7. nu. 4. licet ipse aliter teneat, & per Bullam Sixti V. prouisum in quibusdam casibus audio.

SVMMARIVM.

1 *Emphiteuta nolente canonem soluere, differenteque, an creditor offerens audiatur.*

Quæstio

Quaestio Octuagesimasexta.

1 QVAERO, † emphiteota non vult soluere canonem, & differt, creditor offert, an sit audiendus? vtique sic, Castren. in l. tutor, §. fin. ff. de pig. Ripa in l. 1. nu. 12. ff. de pig.

SVMMARIVM.

1 *Dominus directus, an praeferatur offerendo in emphiteuticis bonis adiudicatis.*

Quaestio Octuagesimaseptima.

1 SVNT adiudicata † per Iudicem creditori bona emphiteotica, competet dominus directus, offert pretium, & vult praeferri, an debeat in hac praelatione audiri? vtique sic. Grat. consil. 133. volum. 1.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio in materia euictionis.*

Quaestio Octuagesimaoctaua.

1 PONE, † agente emptore de euictione contra venditorem, vel fideiussorem, offertur res vendita simul cum interesse, cessabit actio, & iudicium super euictione? vtique sic, l. si fideiussor, ff. de doli excep. no. in l. emptori, ff. de euict. Papien. in actione ex emp. in ver. promittens, in fine.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio in pacto de retrouendendo. Et quod ipso iure transeat dominium in eum, cui reuendi promissum est, etiam si pretium singulari successori eius, qui promisit non offeratur, & nu. 2. & 3. fallit tamen numero 4. & 6.*
4 *Possessor rei feudalis ad sacramentum fidelitatis conueniri potest.*
5 *Successor etiam singularis directi domini à vasallo iuramentum fidelitatis petere potest.*

Quæstio Octuagesimanona.

1 NVNQVID † ex pacto de reuendendo, oblato pretio per eum cui factum est pactum, ipso iure transeat dominium in eum, cui reuendi promissum est, etiam si pretium non offeratur singulari successori eius, qui promisit? Castren. singulariter tenuit quod sic, in l. si cum venderet, ff. de pig. act. in l. si a te, C. de pact. inter emp. & vend. sequitur Ias. cons. 118. vol. 4. Veron. de simulat. contrac. col. 1. & 2. Ana. in c. conquestus, de vsur. Aret. in §. fin. Instit. quib. mod. toll. oblig. licet de Castrensi nullam faciat mentionem, Guido Pap cons 49. Mesuer. in prac. tit. de emptio. fol. 58. Boer. decis. 182. nu. 19. in fine, Capic. decis 182. nu. 5. licet Aimo consil. 201 col. 2 dubitauerit de hac Castrens. opin. & contrarium sentire videatur Ias. in l. 1 §. si hæres, nu. 3. ff. ad Trebell. & cons. 149. libro 4.

2 Pro qua secunda opinione facit, quod stante statuto Tudertino, quod instrumenta habeant executionem paratam, nõ procedit hoc contra singularem successorem in instrumento non nominatum, Bal cons. 149. lib. 3. late Duen reg. 175. nu. 6.

3 Conciliari tamen † opinio. posse videtur, aut in instrumento est pactum de capiendo constitutum precarij, & tunc potest fieri executio etiam contra tertium nõ nominatum, nec citatum, nec negotio liquidato, alias non, vt notabiliter concludit Aret cons. 21 nu 4 vers. his non obstantibus, Socin. consil. 82. nu. 8. volum. 3. Gozad. consil 18 nu. 15 & cons. 42. nu 3. 11. & 15. in fine. cons. 95. nu. 9. in fi Guid. Pap. decis 356. Brun. cons. 93. nu. 8. Alex cons. 85. nu. 5. vol. 6. Tiraq de constit par 1 nu. 42 latè Afin. in prac. §. 31. c. 2 lim. 25. Addo Vant. in tit. quis poss. dice. de nullit nu. 17.

Limitatur secundo in subsidium, Ias. in l 1. §. si hæres. nu. 8. ff. ad Trebell.

4 Limitatur † tertio in possessore rei feudalis; quia conueniri potest ad sacramentum fidelitatis, vt per Ang. in d §. si hæres.

5 Sed secundum Imo. & Alexan illa glo. † loquitur in successore etiam singulari directi domini, qui potest petere a vasallo iuramentũ fidelitatis, per c. si omnes, si de feu cõt. fue. int. do. & vasal.

6 Limitatur quarto in casu l. fi. C. quo quisque ord. conue. lib. 11.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio in materia datiariorum.*

Quæstio

Quæstio Nonagesima.

1 SI ex statuto dariarij debeant facere rationem quolibet mense, aliàs incidant in pœnam quo remedio succurretur? cautela est adire Iudicem, & offerre se paratos reddere, & dare fideiussores. ita dixit notandum, Andr. Barbat. ad Bar. in l. si quis dicat, ff. de manumissio.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio ad l. curabit. C. de act. emp. & venditori offerre licet emptore recusante, ampliatur nu. 2. & sequentibus.*

Quæstio Nonagesimaprima.

1 QVAERO † ad materiam l. curabit. C. de act. emp. an venditori liceat offerre emptore recusante? vtiq; sic, & tenebitur emptor ad vsuras pretij non soluti. Castr. in d. l. curabit, circa princ. in l. 2. C. de vsur. in l. Iulianus, §. ex vendito, ff. de actio. emp. est de mente Bart. in l. de diuisione, vbi etiam Castrens. col. pen. in princ. vers. item in glo. ff. sol. matr. idem Bart. in l. vinum, col. 2. ff. si cer. pet. Alex cons. 147. col. 5. volum. 5. Soc. consil. 134 col. 1. lib. 1. Dec. in c. cum venerabilis, nu. 13. de excep. Anton. Gabr. de emp. & vend. concl 4. nu. 6. & 7.

2 Ampliatur † id esse verum, etiam si post oblationem venditor possideat; quia oblatio attenditur, Castr. in d. l. curabit, versic. & pro declaratione, & in l. 2. vers. & non potest dicere, C. de vsur.

3 Et † maior erit æstimatio rei, quàm fructuum, Soci. cons. 109. col. 1. lib. 1. Cagnol. ad d. l. curabit, nu. 50. Couar. var. resolut. lib. 3. c. 4. illat. 17. qui loquitur per verbum forte. Io. Lup. ad l. curabit, §. 7. nu. 161. vbi appellat vsuras restauratiuas.

4 Pariter † in emptore dicendum est, vt habeat pro cautela statim perfecto contractu offerre pretium, & petere possessionem sibi tradi, quo casu constituit venditorem in vera, & regulari mora, propter quam erit in electione ipsius petere ipsam rẽ, & vsuras, non solum ad rationem fructuum perceptorum, sed etiam ratione eius, quod interest, veluti si pro pretio venditori oblato alteri, a quo mutuo acceperat vsuras præstiterit, vel alterius interesse, quod esset maioris æstimationis, & ita loquitur Bar. in l. Lucius

cius Titius, vbi Salic. & Castrens. ff. de act. empt. & istæ vsuræ hoc modo sunt permissæ, & licitæ, Sum. Angelica in ver. vsura. 1. §. 21. Cagn. in d. l. curabit, nu. 38.

Aliàs dicta oblatione, vt supra per emptorem non facta, non poterit emptor petere rem emptam cum fructibus, offerendo postea pretium cum vsuris nulla præcedente mora regulari. ita Bal. * in l. fructus, in fine. C. de vsur. & hæc est commun. opinio. & ab ea nullatenus recedendum. Aret. cons. 160. col. 6. versic. ad quintum. Io. Lup. ad l. curabit, §. 7. sub nu. 162. vers. sed a præcedenti opinio. contra Ant. Gabr. & alios per eum in contrarium allegatos.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio in contractibus innominatis, quod non habeat vim implementi. limitaturque numero 2. 3. & 4.*

Quæstio Nonagesimasecunda.

1 NVNQVID † sola oblatio in cõtractibus innominatis habeat vim implementi, ita vt agi possit? & vtique non, nec impedit, quia sit locus pœnitentiæ, glo. notab. in l. iurisgentium, in princ. in vers. vt aliquid facias, in vlt. par. ff. de pact. quam ibi Doct. sequuntur, & multum commendant. sequitur etiã Cin. in l. siue apud acta, in vlt. quæst. C. de transac.

2 Limita † primo, vt procedat in promissione facti, quod non potest impleri sola oblatione, sed vbi promissa est datio: tunc quamuis sola oblatio non sufficeret, tamen si quis offerret, & solemniter consignaret, sufficeret, nec esset locus pœnitentiæ, l. 1. C. de rerum permut. l. acceptam. C. de vsur. ita notab. Alberic. in d. l. iurisgentium, in fi. Bal. in l. ex placito, q. 13. C. de rer. permut.

3 Limitatur † secundo, nisi contractus innominatus ordinetur ad nominatum, vt si promitto vendere ob certam causam: nam tunc regulariter secundùm naturam illius contractus nominati, cui magis assimilatur, l. 1. §. si quis seruum, ff. depos. de qua aliàs latè diximus, & tunc oblatio sufficit pro implemento, nec habet locum pœnitentia, l. Labeo scribit, §. cum ab eo. ff. de contrahen. empt. Bald. in l. quamuis. C. de transact.

Limitatur tertio, quando contractus innominatus tenderet ad liberandum; nam tunc non habet locũ pœnitentia, d. l. quamuis, certa oblatio haberet vim implementi, secundùm Bal. in d. l.

iurisgentium, & in l. si cum fundum, ff. de pact. quem Bal. ad hoc reputat singularem.

4 Limitatur † quarto notab. quantum ad hoc, vt possit agi ad rem principaliter omissam, oblatio nõ sufficeret, nec haberet vim implementi, sed bene sufficit quantum ad hoc, vt agi possit ad pœnam promissam, cum non stet per eũ. ita notab. limitat Castren. in l. si pacto quo pœnam, per illum tex. C. de pact.

SVMMARIVM.

1 *Communitas frumenti quantitatem debitam offerens tempore fertilitatis, cum creditor tempus caristiæ expectare velit, an audiatur.*

Quæstio Nonagesimatertia.

1 COmmunitas † debebat certam quantitatem frumenti alicui, & eam illi obtulit; & quia erat tempore fertilitatis recusauit creditor volens expectare tempus caristiæ, nunquid stante oblatione Communitas liberabitur? vtiq; sic, etiam si frumẽtum oblatum extaret, l. nulli, & ibi no. Bar. C. de erog. mili. anno. lib. 10. Bal. in l. non dubium, nu. 10. C. de leg. in l. acceptam, num. 24. C. de vsur. Rom. in l. quod te, num. 6. in fin. ff. si cer. pet. Duen. reg. 176. nu. 6.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio in materia l. quicunque, C. de apoch. pub.*

Quæstio Nonagesimaquarta.

1 NVnquid † dispositio l. quicunque, C. de apoc. publ. lib. 10. procedat in oblatione? vtique sic, dixi in tract. locati, & conducti, par. 5. tit. de paleis, & oliuis. Anton. Gab. de præsump. conclus. 11. ampl. 6.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio ad l. curabit, C. de act. empt.*

Quæstio

Quæstio Nonagesimaquinta.

1 QVAERO † vltra alios ex professo tractantes ad materiam l.curabit, C.de act.emp.est facta traditio, nec solutũ pretium per emptorem in tempore, & imminet euictio, nec venditor offert fideiussorem, an emptor faciat fructus suos? vtique sic. ita limitat sing. Bal. in l.1.C.de bon.matern. commendat pro singulari ad limitationem d.legis Mising. sing.obseru.cent. 4.obseru.56.quod practicando est valde notandum.

SVMMARIVM.

1 Oblatio in materia iuramenti litis decisiui, & actor offerens potest re integra pęnitere ex nouis superuenientibus probationibus, nu.2.quod ampliatur, nu.3.& limitatur, nu.4.

Quæstio Nonagesimasexta.

1 OBlatio † locum habet in materia iuramenti litis decisiui ad l.manifestæ turpitudinis, ff.de iureiur. sed an actor qui obtulit possit re integra pęnitere ex causa, quia superuenerunt nouæ probationes? Et videbatur quod non, ex l.si non fuerit, ff.de iureiur. vbi oblatione facta differri non potest, & sibi imputet offerens.

2 Contraria opinio † est verior, & æquior, vt per Bar.Bal. & Angel.in l.si quis iusiurandum, C.de reb.cred.Bar.in l fi.col.fi.vers. quid dicemus, ff.de præt.stip.in l.non erit, §.fi.vers.possumus tamen dicere, vbi Castren.nu.4.Alex.in fi.Ias.col.fi.in fi.& in §.item si quis postulante, nu.31.& 33.de act.

3 Amplia, † vt hoc fieri posit etiam per procuratorem ad lites, Pedemon.decis.8. in fi.attestans ita iudicatum.

4 Limita † omnia prædicta, vt procedant re integra, & ex causa, quia probationes superuenerint. Soc.consi 90.nu.13. & 14.vol.4. Ang.in l manifestæ, vers.idem post acceptationem, de iureiur.

Et sic taceant isti garruli, non potest, quia sibi præiudicauit iam offerendo. Et licebit ex causa mutare propositum etiam secuta acceptatione per partem ad limitationem l.nemo potest, ff.de reg.iur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Minor agens, an pretium cum interesse, etiam si a parte non opponatur, offerre teneatur.*

Quæstio Nonagesimaseptima.

1 QVAERO † ad materiam l. 2. C. si quis ignor. an minor agens teneatur offerre pretium cum interesse, etiam si a parte non opponatur?

Videbatur dicendum quod sic, l. si cum militaribus, in fine, C. de resti. mili. l. 1. C. de fide instrum. & iu. hast. fisca. lib. 10. & quæ scribit Roman. consil. 244. colum. 2. versic. secundo quia certum, & 241. numero 6.

Contrarium est verius, cum prædicta iura ex crebriore sententia intelligantur parte opponente, Ias. in §. actionum, nu. 134. & 137. de act. post Bald. Cuman. & alios relatos, Dec. consil. 119. nu. 1. & 298. nu. 2. Afflict. decis. 220. nu. 5. Pedem. attestans ita iudicatum, nu. 159. in fine. Exceptio igitur implementi parte opponente procedit.

SVMMARIVM.

1 *Debitor ab initio male agens pignoratitia, an si pendente iudicio offerat audiatur.*

Quæstio Nonagesimaoctaua.

1 QVAERO † ad l. si rem, §. fin. ff. de pign. actio. si debitor ab initio male egerit pignoratitia, si pendente iudicio offerat audietur? vtique sic, d. §. fina. est materia iuris superuenientis ex causa de præterito, ad quam late Anton. Gabr. de iud. conclus. 2. Lambert. de contrac. iuris. glo. 2. numero 23. quæstione decima.

SVMMARIVM.

1 *Offerens in tempore granum, an teneatur ad quanti plurimi.*

Quæstio Nonagesimanona.

1 PVLCHRA, si Ias. credimus, est quæstio: debitor vini, vel grani, vel alterius quantitatis offert creditori suum debitum in tempore debito, quo tempore granum, puta valet ad rationem vnius scuti pro quartingo, postea granum crescit ad scuta duo pro quolibet quartingo, & sic debitor dicit, attẽto quanti plurimi, quod creuit ex mora creditoris, nolentis suo tempore recipere, ego volo dare granum ad rationem duorum scutorum, & sic in minori numero, & quantitate, an sit audiendus? duæ fuerunt diuersæ scribentium sententiæ. Prima fuit Iac. de Aret. negatiua, quam refert Cyn. in l. in minorum, q. 9. C. de in integrum restit. min. quod creditori sua mora non noceat in decrescendo, & hoc ea ratione; quia inquit, nulla lege hoc cauetur, ergo, §. consideremus, Auth. de trien. & semis. l. illam. vbi Bal. no. C. de collat.

Contrarium tenet Cyn. in d. l. in minorum, q. 9. ea ratione; quia contractus claudicare non debet, & quod statuitur in vno, censetur statutum in alio, l. illud, ff. de peric. & commo. rei vend. l. fin. ff. de fruc. & lit. expen. & hanc opinionem sentit Bart. in l. 3. §. in hoc, sub nu. 15. ff. commod. Ias. in l. vinum, sub nu. 8. ff. si cert. pet. appellans hanc quæst pulchram, & vtilem.

Et videtur bonus tex. in ll. ratio, §. si per venditorem, vbi glo. in ver. cum agatur, ff. de actio. emp. ad idem l. qui hominem, in fine, ff. mand. sentit Bald. in l. acceptam, q. 16. C. de vsur. Alexan. in l. semel mora, ff. soluto matrimonio. Nec obstare videtur ratio Iac. de Are. pro contraria parte: quia licet lege expressa hoc non caueatur, tamen ex rationibus, & iuris regulis in materia tractantibus hoc facile colligi poterit.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio qualificata, an releuet.*

Quæstio Centesima.

1 EST facta † oblatio qualificata, & conditionalis, quando obliget offerentem? vtique quando sunt adimpletæ qualitates, & cõditiones per eum, cui facta est oblatio, & si fiat responsio cum aliqua cõditione, vel reseruatione licebit offerenti va-

ri variare, & pęnitere, vt late deducit Paris. cons. 81. vol. 1. est casus frequens, quando quis offert recipere in socium aliquem cum tali conditione. facit de deposito conditionali, quod non sit restituendum, nisi verificatis verificandis, Rota nouissima 686. lib. 3. parte 3.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio, an requirat monitionem.*

Quæstio Centesimaprima.

1 AN in † oblatione facienda per debitorem requiratur monitio? dicitur, aut debitor tenetur offerre creditori, & requiritur monitio, l. si seruum, §. sequitur, ff. de verborum oblig. aut non tenetur offerre, & non requiritur monitio, vel interpellatio, per quæ iura ita tenet Soc. cons. 203. vol. 2. Boni. de statu proscrip. glo. 2. nu. 16.

SVMMARIVM.

1 *Venditor soluendo in termino partem pretij, an audiatur in residuo post terminum.*

Quæstio Centesimasecunda.

1 QVAERO, si † pendente termino reuendendi emptor recepisset partem pretij, & postmodum lapsum sit tempus, non facta integrali solutione, nunquid venditor offerendo residuum pretij possit compellere emptorem ad vendendum? Imo. consi. 36. in casu præmisso, respondet venditorem. tunc post lapsum terminum posse redimere, sequitur Goz. in l. 2. C. de pac. int. emp. & vend. q. 7. Contrarium tenet Cag. ibi, q. 43. nu. 162. ea ratione; quia ex quo in termino statuto non est solutum integrú pretium, non sufficit pro parte adimpleri, l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. emp. l. cui fundus, vbi Bar. ff. de cond. & dem. faciunt notata per Ias. in l. 2. q. 16 C. de iure emphi. & in auth. qui rem. C. de sac. san. eccl. opi. tamen Imo verior videtur, quoniam per illam solutionem pretij venditor videtur posse quandocunque moram

purgare, iux. tradita per Bar. & Doct. in l. interdum, §. vlt ff. de ver bor. oblig. & eam tenet Io. Lup. in l. 2. §. 3. nu. 94. in trac. de vsur.

S V M M A R I V M.

1 *Fideiussorem præsentem & tacentem offerente aliquo, an ex sola patientia fideiussor obligetur.*

Quæstio Centesimatertia.

1 ALiquis offert fideiussorem præsentem & tacentem, an ex sola patientia fideiussor obligatus sit? Bal. quod requirantur verba, in l. blanditus, C. de fideius. contrarium est verius Card. in clem. 1. oppos 3. & iterum q. 1. de proc. dicit singul. Cast. in l. secundum, nu 3. vbi Alex. nu. 39. Ias. nu. 37. de verbo. oblig. sed quomodo dabitur iste casus, saltem sine actu iuramenti?

S V M M A R I V M.

1 *Oblatione schedulæ cambij pro solutione pensionum decursarum facta a reo pensionanti, an ad mandati productionem tertiam dilationem eligere possit.*

Quæstio Centesimaquarta.

1 OBlatione † schedulæ cambij pro solutione pensionum decursarum facta a reo pensionanti, an possit eligere tertiam dilationem ad productionem mandati? vtique sic, concurrente raritate tabellariorum ad curiam accedere solitorum, ex loco de quo agitur. Rota nouiss. decis. 476. lib. 3. par. 3.


Partis Secundæ Finis.

TRA-



TRACTATVS DE SEQVESTRO.

PARS I.



SVMMARIVM.

1 *Sequester, quid sit.*
2 *Sequestrationis voluntariæ, & necessariæ differentia.*
3 *Sequestri ad substantiam contentio extraiudicialis sufficit.*
4 *Sequestrum quid sit, & quid sequestratio.*
5 *Sequester medius homo inter litigantes est, secundum humaniorem literarum interpretes.*
6 *Sequester in materia locati, & conducti dicebatur.*
7 *Sequester dicitur apud Quintilianum, qui a litigatore doctus patronum docet.*
8 *Sequestra pax.*

Quæstio Prima.

1 VAERO primo loco, † quid sit sequester, cuius materiam vellem, difficilem, & fructuosam appellauit Io. Coras. miscel lib 3. cap. 2. in princ & est materia vtilis, & sparsis velleribus tradita per Doctores. Luc. de Pen in l. litibus. col. 7. in fine. C. de agrico. & censi. lib. 11. & experientia docet frequentiam sequestrorum, ob id aliqua vtilia, & fructuosa in hac vtili, & fructuosa materia attingam.

Sequester igitur est persona illa, apud quam plures eandem rem, de qua controuersia est, deponunt. l. sequester. ff. de verb. signifi. l. propriè, vbi bonus ad hoc textus. ff. depos. & l. licet. ff. eo. tit. glo. 2. in fine, in c. 1. de deposi.

2 Dicitur † in diffinitione de pluribus, hoc procedit in sequestratione voluntaria de partium consensu, secus in necessaria, quæ fit authoritate iudicis, vt declarat Host. in summa de deposito.

Dicitur etiam quod sit controuersia, idest contentio, & liti-
3 gium; † non enim ad substantiam sequestri requiritur contentio iudicialis, sed sufficit extraiudicialis, vt quia forte altercantes super aliqua re conueniunt facere sequestrum, & postea in iudicio litigare, & declarat Abb. in c. examinata, nu. 13. de iud.

4 Hinc postea † sequestrum est depositum, quod a pluribus certa conditione custodiendum, reddendumque traditur. l. propriè. ff. de verb. signif.

Sequestratio est rei possessæ, de qua controuersia est, aut fructuum eius a possessore partium consensu, aut iudicis officio ex causa facta separatio. Coras. lib. 3. miscell. c. 2. in princ.

5 Satis † belle explicant sequestrum humaniores interpretes, prout Ascon. Pedian. Don. & Seru. Honoratus Grammaticus, quod sequester sit medius homo inter litigantes, apud quem ad tempus aliquid supponitur.

6 Sequester etiam dicebatur in materia locati, & conducti, de qua alias tractauimus, ille interpres conductus ad corrumpendum Iudices. Cicer. Ver. 2. non eos prædico, ante denuncio, qui sequestro, aut interpretes corrumpendi iudicij esse soleant, abstineant hoc iudicio.

7 Sequester † apud Quintil. lib. 12. cap. 8. qui a litigatore doctus patronum docet.

8 Sequestra pax apud Virg. Aeneid. 11. pro inducijs.

Bis senos pepigere dies, & pace sequestra.
Per siluas Teucros mistiq; impune Latini.
Errauere iugis ferro.

SVMMARIVM.

1 *Sequester vnde dicatur.*
2 *Occurrere, & sequi, an pro eodem accipiantur.*
3 *Sequestrum, vnde dictum.*

Quæstio

Quæstio Secunda.

1 QVæro secundo loco, † vnde dicatur sequester, & de eius ætimologia? respondet Modest. in allegata l. sequester, si occurrens controuersiæ, litigatoresque sequens.

2 Quem ibi mordet Andr. Alc. † quasi pro eodem accipiat occurrere, & sequi, tamen idem non sunt; nam occurrit, qui obuius fit aduersum, contraq; tendens, sequitur qui post venit.

Posset fortasse dici, quod non negat I.C. hæc verba diuersa significare, & apposuisse tanquam diuersa, iuxta effectus, quos diuersimode producit sequestrum, nec in hoc iure nostro est modo aliquo inconueniens.

3 Aul. Gell. noct. At. lib. 20. ex Lauin. putat † sequestrum dictum quod eius vtraque pars fidem sequatur, & non repugnant isti duo effectus occurrere tibi, & pariter fidem sequi, & plenius videtur loquutus I. C. quàm Aul. Gel. si bene consideres.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum quotuplex sit.*

Quæstio Tertia.

1 QVæro, † quotuplex sit sequestrum? & quidem aliud voluntarium, aliud necessarium: voluntarium, quando partiũ consensu deponitur res litigiosa, & hoc semper fieri potest ante iudicium, & eo pendente l. 1. in prin. ff. deposi. l. si soluturus. ff. de solu. necessaria sequestratio dicitur, quæ per iudicem decernitur causa cognita etiam inutilis vtrisque litigatoribus, vel altero eorũ petente. Spileg. in lexico iur. in verbo sequestratio. Coras. in citato loco, nu. 12. Doct. in cap. examinata, de iud. & per discursum clarius constabit.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum, quomodo differat à deposito, & nu. 2. & 16.*
3 *Sequestro voluntario transfertur possessio, secus per necessarium iudicis authoritatẽ factum, quod ampliatur, num. 4. vsque ad 9. limitaturque num. 10. vsque ad 15.*
16 *Sequestrum à mutuo quomodo differat.*

Quæstio quarta.

1 QVæro, † in quibus differat sequestrum à deposito, & quomodo vnum ab alio cognoscatur?

2 Et † multæ sunt differentiæ. Prima, sequestrum non fit nisi de re litigiosa, depositum de re non litigiosa etiam, & sic sequitur quod generalius est depositum sequestro. Secundo sequestrum requirit plures inuicem litigantes, sed depositum fit ab vno tantum. Item sequestrum censetur factum ex litigantibus in solidum, sed depositum cum fit à pluribus intelligitur pro parte, quã habuit in re, vt in l. 1. §. si duo. ff. deposi. & dixi suo loco Vlterius per sequestrum transfertur possessio, quando fit de voluntate partium, secus si per solum iudicem, vt no. in l. interesse. ff. de acquir. poss. sed per depositum non transfertur possessio, sed detentatio. Cast. in l. licet, vbi bene no. ff. depos.

3 Et hæc † est vna de principalibus conclusionibus in materia sequestri, quod per sequestrum voluntarium possessio transfertur, secus per necessarium factum iudicis authoritate. Card. in clem. 1. q. 17. de seq. poss. & fruct. Fel. in cap. illud, prope finem con clu. 12. de præscr. Bald. de præscr. par 6. q. 4. prin. sub num. 30. ver. non limitatur, & c. inferens ex hoc per sequestrum non interrumpi præscriptionem, nisi de partium consensu sit factum. Cas. cons. 48. Bal. in l. ordinarij col. 4. C. de rei vend. & hæc est magis com-
** munis opinio, Viui. lib. 1. opi. 265. Gomes. de ann. q. 46. Eman. in verbo sequestratio, Gratian. ad Vestr. lib. 7. cap. 2. nu. 17. Contar. ad Aegid. limit. 16. num. 6. Cyn. in l. vnic. de prohib. sequest. pec. vbi Cur. nu. 64. Menoch. de retinen. pos. remed. 3. num. 88. Hercul. de atten. cap. 6. num. 50. Rot. nou. d. 46. parte prima.

Ampliatur † hæc Conclusio nedum in sequestro facto per iudi-
4 ces inferiores, sed per Reges, Principes, & Proreges, quia in hoc nulla est differentia pro ut patet in casu Rot. p Gomes. in reg. de annal. q. 46. Bos. de par. suppo. nu. 6. & 33. Boer. decis. 172. in prin.

Ampliatur † secundo etiam fauore fisci, ac etiam sententia po-
5 stea sequuta, prout in casu Boer. q. 277. num. 9. monens in practica, vt si habes tenutam ex primo decreto sequuto, secundo iterũ apprehendas possessionem, & multi in hoc decipiuntur, tangit Aret. in §. fin. de off. iud. occurrit sæpe in facto.

Ampliatur † tertio notabiliter, vt procedat nedum in sequestro prætorio, sed etiam iudiciali misso irreuocabiliter ex caussa iudiciali secundum rectiorem opinionem, de qua per Alex. & Ias.

Iaſ.in l.a diuo Pio §.ſi ſuper rebus.ff de re iud.Aret.in l.2.q 2. C. de proui'm.ſeq.eſt.pec.pulchre Grammat.deciſ.51.ſub nu.2. per textum.in l.3 C.qui potior.in pign.habeantur.

7 Ampliatur † quarto, et in moniali ſequeſtrata in aliud monaſterio, nã cõpetit ei ſpatiũ tanquã nõ priuatæ poſſeſſione primi monaſterij Mohed.deciſ.198.Ponta.de ſpol lib.4.c.5.nu.75.

8 Ampliatur † quinto, etiam in ſequeſtro ſubrogato loco primi decreti; licet enim ex eo primo decreto poſſeſſio transferatur, cap.2.de dolo,& contu.non tamen ex ipſo ſequeſtro.Aret.in cap. examinata,col.3.de iud.

9 Ampliatur † ſexto, in poſſeſſione ſequeſtrata penes iudicem, Io.Fa.et in §.retinendæ,num.7.de interd.

10 Limitatur † hæc concluſio, niſi cõſtet de voluntate iudicis,quod etiam per ſequeſtrum neceſſarium poſſeſſio transfertur. Bart. in d.l.intereſſe.& licet Barba.ad cap.examinata.col.14.de iu.dicat

** hãc eſſe meram diuinationem;tamen hæc eſt magis communis opinio Contar.ad Aegid.limit.16.num.7.

11 Limitatur † ſecundo, vt attendenda ſit cauſa poſſeſſionis; nã ſi ſequeſtratio ſit voluntaria,& incerta ſi quis poſſideat, vel vterq; contendat transfertur poſſeſſio ex ſequeſtro voluntario, ſed ſi conſtet de poſſeſſore, ſed ex cauſa puta propter ſecuritatem creditoris ſit ſequeſtrum,non auocatur poſſeſſio etiam in ſequeſtro voluntario.Coraſ.hoc bene diſcurrens Miſcell.lib.3.c.2.num.15.

12 Limitatur † tertio, vt per volũtarium ſequeſtrum poſſeſſio perdatur, pendet à futuro euentu, Barb. in d cap. examinata, quod valde commendat Coraſ.in citato loco,ſub num.11.

13 Limitatur † quarto loco, vt licet per ſequeſtrum voluntarium poſſeſſio transferatur,non tamen perduntur beneficia competẽtia tempore ſequeſtri, puta vt ſibi incumbat onus probandi aduerſario non probante,Panor.in d.c.examinata,& eſt communis

* opinio. Coraſ in citato loco,ſub num 13.ver.obſtat.

14 Limitatur † quinto loco, ſecundum Goffredum, vt ſi ſequeſtrũ ſit cum cuſtodia poſſeſſio remanet penes poſſidentem, ſi ſit cauſa omittendæ poſſeſſionis, neuter poſſidet.

15 Limitatur † ſexto loco, in ſimplici ſequeſtro verbali, ſecus ſi deuentum ſit,ad actum facti. Hercu.de atten.cap.6.ſub nu.50. ita declarando Dec.conſi.125.vol.1.

16 Proſequendo † differentias inchoatas differunt, quia regulariter in depoſito veniunt mobilia tantum, ſed & immobilia ſequeſtrantur, vt ſuo loco dicam. differt à mutuo, quia ex eo non transfertur dominium,niſi aliud ſit conuentũ. Menoch.conſi.17. vol.1.

vol. 1. Lamber. de iure patr. in 4. art. q. 9. par. 2. lib. 1. & patebit latius per discursum.

SVMMARIVM.

1 *Clericus, vel Sacerdos, an possit esse sequester.*
2 *C. si diligenti, de foro compet. declaratur.*

Quæst. 5. prin. De persona. Quæst. 1.

1 QVero, † an Clericus, vel Sacerdos possit esse sequester? Vtique sic, & iudex secularis poterit sibi præcipere, vt restituat. Bal. in l. 4. §. si satisdatum, vbi Ias. nu. 6. ff. qui satisd. cogantur, vbi not. Sal. in l. fi. §. penul. ff. de bon. autho. iu. pos. Aufrer. ad Tholos. decis. 167. Affl. decis. 74. Gugliel. de Benedi. in c. Rainutius, nu. 419. Maran. de ord. iud. par. 1. dist. 11. num. 37.
2 Et † sic habetur limitatio ad cap. si diligenti, de foro compet. & ad authent. statuimus. C. de episc. & cler. Tiraquel. de retract. conuen. §. 4. glo. 7. nu. 10. faciunt. not. per Coua. pract. quæst. cap. 33. licet hoc in specie non tangat. Vnde clericus cogitur per iudicem secularem, quando contra eum non proceditur per modũ iudicij, sed executiuè ratione officij suscepti.

SVMMARIVM.

1 *Litigans, an possit esse sequester.*

Quæstio Secunda.

1 SEd nunquid vnus ex litigantibus poterit sequester eligi? vtique non. Bal. in cap. 1. de sequestr. pos. & fruct. & aliter faciendo malefaciunt Iudices. Alc. in l. sequester, nu. 2. in fine, de verb. sign.

SVMMARIVM.

1 *Iudex, an possit esse sequester vsque ad finem.*
2 *Electio cui datur, seipsum non eligit.*

Quæstio

Quæstio Tertia.

1 OCCVRRIT in facto sæpius ad lites moras, † an Iudex possit esse sequester in causa, in qua iudicaturus est, & occurrit in facto, Raph. Fulg. in oppido Feltrensi, prout ipsemet scriptum reliquit.

2 Et pro parte negatiua facit, quia cui data est electio, seipsum eligere non potest, vt not. in l. planè. ff. quod cuiusque vniuer. nomi. bonus textus in l. si mandauero, la seconda, §. si tibi centum ff. mand. vbi si tibi dedi centum, vt dares cui velles, non potes tibi retinere.

3 Pro † contraria parte facit textus in l. Senatusconsulto, §. fin. in ver. deponatur, ff. de offic. præsid.

Secundo facit tex. in l. sed etsi, §. planè. ibi, apud officium depositus fuerit, ff. ad exhiben.

4 Tertio † pro hac parte facit tex. in l. litigatores, §. quid ergo, ff. de arb. & c. exposita, eodem tit. & hanc opinionem vti veriorem amplectuntur Bald. Roman. Alexand. Socin. & Ias. in l. si fideiussor, §. fin. ff. qui satisd. cog. Alexand. in addit. ad Bart. in d. l. planè. Ias. in l. cum filiosfamilias, colum. 4. nu. 17. versic. Iudex tamen potest, ff. de legat. 1. Curt. iun. in l. 1. quæst. 4. C. de prohibi. sequestra. pecu. Bald. in margarita, in ver. depositarius, Tiraq. de retrac. conuen. §. 4. glo. 7. vbi dat consilium, quod Iudices prudenter faciunt a prædictis abstinendo ad suspicionem tollendam, & semper laudari vidi a practicis viris.

5 Ampliatur, † vt etiam apud Iudicem incompetentem fieri possit sequestrum rei mobilis, Bald. in l. fina. C. vbi in rem actio, Alexan. in l. hæres absens, §. fina. ff. de iud. vbi dicit verum contra eum, qui non potest in loco conueniri.

SVMMARIVM.

1 *Sequester esse, an quis cogi possit, & numero 2.*

Quæstio Quarta.

1 QVAERO, † an quis cogi possit esse sequester, & inuitus recipere sequestrum? Et videbatur dicendum quod sic, quia sequester dicitur officialis publicus, vt per glo. in l. si fideiussor,

fideiussor, §. si satisdatum, in ver. officium, ff qui satisdare cogant. sed officialis publicus est necessarius, l. munerum, §. iudicandi, ff de muner. & honor. merito, &c. & ita seruatur in Gallia, Tiraquel. de retrac. conuen. §. 2. glo. 7. nu. 4. in fine.

2 Pro † contraria parte facit bonus textus, in l. fin. §. fina. circa medium, C. de bon. author. iudic. possid. per quem ita tenet Bart. in l. litibus, §. fi. C. de agric. & cens. lib. 11. Angel. Castrens. Alex. & Ias. in l. si fideiussor, §. si satisdatum, ff. qui satisd. cog. Bald. consil. 480. lib. 4. Bertrand. consil. 77. nu. 24. lib. 1. & confirmatur hæc secunda opinio, quia sequester obligatur ex quasi contractu. vnde tenetur actione præscriptis verbis, l. si oleum, in princ. ff. de dolo. & ibi Bar. no. inuitus autem nemo cogitur contrahere, vel quasi, l. nec emere, C. de iure deliber. facit l. si hominem, in principio. ff. depos.

3 Quilibet † igitur comparere potest, & dicere, nolo esse sequester, & recuso, Iudex tamen ex causa coget, Bald. in l. 1. in fine. ff. vbi pupil. Petr. Rauen. sing. 663. Bal. cons. 480. par. 4. & ita passim hodie practicatur. Rota Luca. Ioseph. Lud. 51. nu. 8.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum, an possit ad libitum recusari.*

Quæst. 51 quintæ quæst. princ.

1 SVCCESSIVE ad prædicta quæro, aliquis acceptauit sequestrum, poteritne postea ad sui libitum recusare? & vtiq; non, ex quo semel acceptauit onus, sed Iudice interueniente, hoc facere potest, & ex iusta causa, per regulam l. sicut, C. de act. & oblig. Bart. per illum tex. in l. ei apud quem, §. fin. ff. depos. per quem ita etiam tenet Bald. in rub. C. depos. Curt. ad l. vnicam, C. de prohibi. sequest. pecun. quæst. 3. Card. in clem. 1. q. 21. de sequest. pos. & fruc. Tiraq. de retrac. conuen. §. 4. glo. 7. nu. 5.

Bonum igitur est non tam cito acceptare, ne postea succedat pœnitentia.

SVMMARIVM.

1 *Sequester ad expensas, an teneatur.*

Quæst. 6. quintæ quæst. prin.

1 SEd nunquid † sequester tenebitur ad expensas aliquas? vtique tenetur præstare solam operam, & non impensam aliquam, Bal. in l. 1. in fin. ff. vbi pupil. educ. debeat, per tex. in l fin. ff. de req. reis, nec pati aliquod damnum, Bal. in l. si oleum, ff. de dolo. Cur. de prohib. sequest pecu. q. 2. late extendendus, Borgni. decisio.... nu. 27. in reper. fol. 1188. in ver. sequestrum, & 1189. Ioseph. Rot. Luc. 51. nu. 11.

SVMMARIVM.

1 *Sequester, an possit mercedem, vel salarium petere.*

Quæst. 7, quintæ quæst. prin.

1 SEd an † sequester poterit petere salarium, vel mercedem? posui in tract. loc. ab versic. sequester, quæst. 5. vbi videre placeat.

SVMMARIVM.

1 *Sequestratio non semper prohibita.*

Quæst. 6. prin. de rebus.

1 SEquestratio regulariter prohibita est, l. 1. C. de prohibi. seque str. pecu. ponam tamen multas quæstiones tam affirmatiuas, quàm negatiuas in sequestrationibus faciendis.

SVMMARIVM.

1 *Pupilla, an sequestrari possit.*
2 *Puella maritanda sequestratur, vt libere dicat si vult talem in virum suum.*

Quæstio

Quæstio Prima.

1 QVæro, † an pupilla sequestrari possit? & vtique sic ex causa, puta si tutor nimis festinaret velle tradere nuptui contra intentionem consanguineorum, vel vitæ pupillæ insidiaretur, l. 1. vbi glo. loquitur in tutore testamentario, ff. & C. vbi pupil. educ. debeat. sequestratur etiam a vitrico ex causa suspicionis, Castren. in l. si pater, num. 3. C. de neg. gest. Alex. consi. 161. num. 9. vol. 5. Soc. consi. 193. col. 1. nu. 2. vol. 2. Seraph. de iura. priu. 31. num. 14.

2 Sequestratur † etiam puella nubenda in aliquo monasterio, vt libere, & sine metu dicat si vult talem in virum suum, vt consuluit inter consi. matrimonialia, consi. 42. nu. 8.

SVMMARIVM.

1 *Mulier nupta, an sequestrari possit.*

Quæstio Secunda.

1 QVæro, † an mulier nupta sequestrari possit? & vtique sic, si lite pendente cum primo nubat alteri. ita Ang. de Castro consi. 32. inter consi. matrimonialia. Adde Put. decis. 249. lib. 3. & extendas, vel timeat de sæuitia viri; & hoc vsque ad finē litis, c. ex transmissa, c. litteras, §. si. de resti. spol.

SVMMARIVM.

1 *Cadauer, an sequestrari possit, plures casus considerantur, nu. seqq.*
2 *Cadauer pro debito ciuili, quando sequestrari possit.*
3 *Guarentigiæ virtus.*
5 *Debitor moribundus vexari non debet.*

Quæstio Tertia.

1 SEd † nunquid cadauer hominis mortui sequestrari poterit, ita vt non sepeliatur? pulchra est quæstio, in qua considerandi sunt aliqui casus.

2 Primus in debito ciuili, † an pro eo cadauer debitoris seque-

strarī

strari possit? & Ang. terribiliter tenuit quod sic, si essemus in debitore stante instrumento guarentigiato, quod ex forma statuti haberet executionem paratam; nam ius guarentigiæ etiam in cadauere operatur, vt per eum in §.1. Authen. vt defun. seu func. eorum, collat. 1. quod dictum terribile appellauit, Roder. Soar. in l. post rem iudicatam, extensione 6. & Ang. sequutus est Marsil. in l. fin. nu. 64. de quæst. Segur. in l. si ex legati causa, nu. 73. de verborum obligatione.

3 Et sic nota, & vides, † quanta sit guarentigiæ virtus, & potentia, vt supersedeat sepulturam debitori mortuo, qui non est amplius homo, sed nudum cadauer.

4 Contrarium † est verius, & fidei Christianæ conuenientius, vt per Boerium decis. 287. quem nota, quia in progressu materiæ loquitur in pulcro, & frequenti casu de eo, qui pro beneficio obtinendo retinuerat in domo cadauer clerici mortui per dies octo in fraudem collationis alij factam. idem tenet Felin. in cap. sicut Iudæi, nu. 1. de Iudæ. Rod. Soar. in citato loco, Marsil singul. 199. Guliel. Bened. in cap. Raynutius, in ver. mortuo, nu. 65. de testamen. Grammat. decis. 82. latè Couar. var. resol. lib. 2. c... nu. 10. vbi varia dicta ex veteri, & nouo testamento ad confirmationem adducit.

5 Ampliatur, † vt nec debitor moribundus vexari possit, alias amittit ius suum, auth. sed neque, C. de sepul. viol.

Ampliatur, vt nec hæredes debitoris per dies nouem molestari possint, iuxta l. 2. de in ius vocan.

6 Ampliatur † tertio, vt non detur appellatio tali casu. Viuius ** de magis commun. opin. 78. par. 2. Lancellot. de atten. par. 2. c. 4. de atten. lit. penden. limit. 13. num. 5. facit Duen. reg. 397. num. 8. priuileg. 1.

7 Alter † est casus ob vsuras commissas quoad pœnam corporalem, & pariter sequestrari non poterit; quia hæc pœna morte soluitur. Angel. in l. 1. §. quotiens. ff. de iniur. Ana. in cap. sicut, colum. 2. de homicid. Ripa de remed. preseruati. ad pestem, nu. 104. & hæres non curans sepelire defunctum perdit beneficium, idest hæreditatem, glo. in l. fin. de sepulc. viol. latè Sebast. Med. in tract. de morte, conclus. 17.

SVMMARIVM.

1 *Pensiones beneficiorum non sequestrantur.*

Quæstio

Quæstio Quarta.

1 NVNQVID † pensiones, & salaria sequestrari poterunt? posui in tract. loc. & conduc. vbi videre placeat: pensiones autem beneficiorum sequestrari non possunt, & reuocantur simpliciter etiam non data cautione, Rota nouissima 16. lib. 1. par. 3.

SVMMARIVM.

1 *Dos, vel eius fructus, an sequestrari possint.*

2 *Dotis restitutio, an facta dicatur, quando vxori constante matrimonio, propter inopiam consignatur, vel penes mercatorem sequestratur. & numero 3.*

4 *Dotis sequestratione penes mercatorem facta, marito fructus consignantur.*

Quæstio Quinta.

1 AN † dos, vel eius fructus sequestrari possint? & vtique sic, stante inopia viri, & mala administratione vxoris, si ei consignaretur, vt habetur in c. per vestras, vbi Ioan. Lup. nu. 13. & 14. de donat. inter vir. & vxor.. Ias. in l. si constante, nu. 108. ff. soluto matrim. vel si maritus sit furiosus, l. si cum dotem, §. sin autem in sæuissimo, ff. sol. matr. vide inferius, par. 4. q. 2.

2 Sed pulchra est in hoc satis ad propositũ indagatio, † an quando dos vxori constante matrimonio propter inopiam consignatur, vel penes mercatorem sequestratur, dicatur facta restitutio? puta dicit instrumentum, promittit dotem restituere in omnem casum, & euentum dotis restituendæ, an comprehendatur casus consignationis cõstante matrimonio? & Bart. sing. secundum Castren. ibi, in l. si quis sic stipuletur, ff. solu. matr. tenuit hanc consignationem non esse restitutionem; quia adhuc deseruit oneribus matrimonij, quem sequitur ibi Castr. dicens habuisse in facto Florentiæ pro quadam vidua, quæ pro filio se obligauerat in omnem casum dotis restituendæ constante, vel soluto matrimonio: contigit enim quod filius venit ad inopiam matrimonio constante, quod in isto casu non tenebatur vidua; quia non erat proprie restitutio, & licet in instrumento essent apposita verba constante matri-

matrimonio, tamen adaptatur si fieret separatio thori, vt ibi per eum dicentem obtinuisse, & per eundem cons. 126 & 392. dicēs, quod ad tollendas difficultates apponantur verba, in omnem casum dotis restituendæ, vel consignandæ, hoc idem confirmat Alex. consi. 142. col. fi. sub num. 3. vol. 5. dicens non comprehendi in statuto loquente de restitutione.

3 Contrarium † in facti contingentia tenuit Rom. consi. 392. per multas rationes, quas ipse allegat. Quare Imo. consi. 110. pro conciliatione considerauit aliquos casus, quandoque stipulatio fit per vxorem, vel alium pro ea, quandoque fit per extraneum. Primo casu latior fit interpretatio, & procedat opi. Rom. Secundo casu fit strictior interpretatio, & procedat dictum Bar. & sequacium in d. l. si sic stipuletur, ff. sol. mat.

4 Illud non est prætermittendum, † quod quando fit ista sequestratio penes mercatorem, fructus dotis sunt consignandi marito, quibus se, & familiam alat, & sic quodammodo maritus possidere dicitur, vt post But. & Ioā. And. no. Io. Lup. in c. per vestras, de dona. inter vir. & vxo. §. 14. prope finem, per quod tolluntur multa fundamenta Rom. in alleg. consi. si recte consideretur.

SVMMARIVM.

1 *Possessio, an sequestrari possit, per plures conclusiones materia extricatur, vsque in finem.*

2 *Possidens non tenendus est ob scandalum duobus de possessione contendentibus, fallit tamen, nu. 3 & 5.*

3 *Possessor antiquus nouo clandestino, violentoque præfertur, nisi toleret recentem possidere, nu. 4.*

6 *Possessio antiquior præfertur etiam si ostendens possessionem iuniorem, titulum recentem alleget, quod declaratur num. 7. & subdeclaratur, nu. 9. 10. 11. 12. 13. & quomodo articulanda, probandave sit, num. 8. Titulusque coloratus sufficit, nu. 14. & quando, nu. 16 & 17. & quando non sufficiat, nu. 18. & quando colorandus, nu. 24. 25. 26. & quid in feudis, nu. 19. & quid si incontinenti de defectu tituli probetur, nu. 20. quod subdeclaratur, nu. 21.*

14 *Titulus coloratus, quis dicatur.*

22 *Beneficiatus si producat titulum ex collatione concilii, vel Pontificis est satisfactum intentioni.*

23 *Exceptio actionis indaginis dici potest, etiam in scriptura prima sui faciae clara.*

27 *Possessor iustus est manutenendus altero iniustè possidente. & quid in duobus iustè possidentibus ex diuersis tamen causis, nu. 28.*

Quaestio Sexta.

1 QVAERO, † an possessio sequestrari possit? materia vtilis, frequens, & quotidiana, & quia est aliquantulum confusa, & intricata, ponam aliquas vtiles conclusiones.

2 Prima est, † quando duo inter se possidere contendunt, & neuter

neuter alteri cedit, nec vult esse actor vel libellũ offerre, & est periculum scandali, habita informatione scandali ex verisimili timore, parte citata vel non, prout poterit, habita informatione quis eorum in præsenti possideat, illum manutenebit præcipiendo, sub pena aduersario ne molestet, saluo iure, & reseruato agendi ordinario tam in petitorio, quàm possessorio. Bal. in l. æquissimum. ff. de vsufruc. in l. fin. C. de ord. cogn. in l. ordinarij. C de rei vend. in c. 2 col. 2. de vita, & hon. cler. in c. 1. col. 4 de sequest. pos. & fruct in l. fi no. 10. C. de edic. diui Adr. toll. vbi Dec. nu. 7. Zuccard. nu. 3. commendat pro valde practicabili, Ias. in l. quidã æstimauerunt, nu. 4. ff. si cer. pet. Capic. decis. 96. nu. 11. Paris. cons. 41. nu. 35. lib. 1. Alex. ad Bart. in l. si vsusfructus, §. sed si inter duos. ff. de vsufruc. Guid. Pap. q. 246. Plot. in l. si quando, nu. 96. & 97. & secundum nouam, §. 3. nu. 30. Cagnol. in l. in pari. nu. 72 de reg. iur. Grammat consi ciui. 64. Soc. iun. cons 146. nu. 30. & 32. lib. 1.

3 Limitatur hæc conclusio, † nisi possessio de præsenti ab ipso possessore per vim esset occupata, nam isto casu habens possessionem antiquiorem esset præferendus huic nouo possessori clandestino, & violento, qui potius occupator, quàm possessor censeretur. l. 1. C. vti possidet. l. 1. §. fin. ff eo. Corn. cons. 280. col. 3. num. 8. vol. 3. l. vis eius, vbi Bal. & Sal. C. de prob.

4 Et † licet incontinenti recuperare a violento possessore, non ex interuallo, aliàs si antiquior possessor tolerasset alium recentiorem possedisse, & ille nouus possessor in possessione reperiretur etiam iniustus possessor esset præferendus, stante illa tollerantia. Paris. cons. 37. nu. 18. lib. 3. Zuccard. in l. fin. num. 112. C. de edic. diui Adri. toll. Plot. §. 3. sub. 30. ver. fallit, vel aliàs secundùm antiquam, nu. 99. in fine. Soc iun. cons 146. nu 32. lib. 1.

5 Limitatur secundo, † nam si ambo probant de præsenti possessione, si vnus probat etiam antiquiorem, præferendus est, & constituetur reus, & aduersarius præcipiendo ei ne molestet, & cum reseruatione iurium, de quibus supra. Capic. decis. 209. nu. 2. Zuc. in d. l. fin. nu. 212. Castr. cons 3. vol. 2. Curt. sen. cons. 60. in addi. vbi studiosum consilium in materia sequestrationis possessionis. Felin. in cap. licèt causam, nu. 9. & ibi etiam Dec. nu. 9. ver. tertio fallit. de prob. Maran. de ordi. iud. par. 4. distin. 7. nu. 17 Alcia. reg. 2. præsumpt. 22. nu. 14. Paris. cons. 112. nu. 73. lib. 1. & consil. 126. nu. 2. lib. 4. Roland. cons. 46. facit regula, quod duo vincula magis ligant. authen itaque. C. commu. de leg. l. instrumenta. C. de prob. glo. in l. si stipulatus, de vsur. Sebast. Med. reg. 3. nu. 2.

6 Extenditur hæc limitatio, † vt sola possessio antiquior præua-

leat, & præferatur, etiamsi allegans, & ostendens possessionem iuniorem alleget titulum, siue recentem, siue antiquiorem, & ratio est in promptu, quia ille titulus stante possessione antiquiori aduersarij censetur habitus ab iniusto authore, ita notabiliter, & egregiè admodum, Bald. in l. data opera. nu. 68. C. qui accusa. non possunt. & in disputatione accusatus de vi turbatiua, col. fin. ver. tertio modo. Alex. cõs. 88. nu. 12. lib. 5. Dec. & Bero. in c. licet causam, ille nu. 9. ver. & ista conclusio, iste nu. 51. de proba. idē Bero. cons. 49. col. 3 lib. 3. Gozad. cons. 86. nu. 13. Curt. iun. cons. 168. nu. 32. Rui. cons. 54. col. 3. lib. 4. Afflic. decis. 363. nu. 4. Maran. in Spec. nu. 17 dist. 7. Nat. cons. 419 nu. 10. lib. 2 Soc. iun. cons. 146. nu. 28. lib. 1 Hier. de Monte in tract. fi. c. 67. in fine. Ferret. cons. 7. nu. 4. Claud. Mermer. in l. naturaliter §. nihil com. nunc, nu. 93. vbi Ant. Rube. nu. 179. de acquir pos. Ioan. Fab. in §. retinendæ, nu. 27. ver. sed forte. Rimin. cons. 219. nu 36. lib. 2. pulchre, hoc admodum commendans Dec. consil. 301. nu. 8. Menoch. de retinen. pos. remed. 3. nu. 727. vbi ponit casum de antiquiori possessione tãtum ex vno, & recenti. & antiquiori titulo ex alio, & de recuper. pos. remed. 15. nu. 70. Didac. pract. quæst. c. 17. ver. 12.

7 Declaratur, † dũmodo antiquior possessor alleget possessionem aduersarij esse clandestinã respectu sui, neq; sufficit simpliciter dicere, vt clam possederit, nisi adiecerit expressè respectu suę antiquioris possessionis. singularis doctrina Bar. in l. si de eo, §. si seruum, nu. 4. vbi Castr. nu. 5. Alex. nu. 4. dicit in practica perpetuo notandum. ff. de acq. pos. vbi apostillans dicit in facto habuisse, & obtinuisse. Dec. in c. licet causam. nu. 9. ver. ex supradicta, de prob. Alex. cons. 45. col. fi. ver. fateor, & 100. nu. 4, lib. 1. cons. 76. col. 2. lib. 2. cons. 80 col. 7. lib. 5. & 589 eod. lib. cons. 71. col. 3. lib. 3. itaque vides, quod Alex in omnibus occurrentijs tenet, & sequitur Bal. cons. 459. col. pen. & fin. & 478. lib. 3. & 420. lib. 1. Ripa respon. 5. sub tit. de cau. pos. & propriet. Nat. cõs. 572. Purpur. consil. 28. & 81. col. 3. Riminald. cons. 7. Ruin. cons. 53. col. 2. lib. 2. late Crauet. consil. 257. in fine, vbi late comprobat, & testatur
* hanc esse communem opinionem. Soc. in l. rem quæ nobis. col. 7. de acquir. pos. Paris. cons. 1. nu 167. vol. 1. cons. 98. nu. 26. volum. 2. Bertran. cons. 54. nu. 5. vol. 1. Rube. cons. 4. nu. 12. Ruin. consil. 49. nu. 13. vol. 4. Crau consil. 348. col. pen. & fin. Rol. cons. 72. nu. 7. & 18. vol. 2. Dec. consil. 57. col. pen. Ias. cons. 6. col. 2. vol. 1. & hæc est
** communis practica, & theorica totius mundi. Ioseph. Roc. Luca. 65. nu. 27. & communis opinio Redo. decis. 55. nu. 2.
8 Vnde † articulanda, & probanda erit, quod eo ipso dicitur

probata

probata, [illegible] quia adversarius non probat de antiquiori possessione, & sic praesumptiua probatio sufficit. Bart. in l. 1. §. quod ait, in si. ff. uti possidet. Brun. cons. 21. col. 2. Pedemon. decis. 93. n. 1. 3. 10. [illegible]

9 Extenditur † haec declaratio, ut procedat, & habeat locum, siue titulus praecedat possessionem illam antiquam, siue non, ita contra Curt. iun. cons. 108. col. 7. tenet Crauet. consil. 358. sub nu. 22. attestans hanc esse communem opinionem, & eadem Menoch. de recuperanda possessione, remed. 15. nu. 7. [illegible]

Subdeclaratur haec declaratio, [illegible] possessionis [illegible] praesumatur vitiosa, & clandestina, ut non procedat, quando titulus iunioris possessionis esset acquisitus, & habitus palam, & publice, ita quod acquirens possessionem virtute eius tituli, non suspicaretur posse expelli. Rot. cons. 266. [illegible] fundamentis [illegible]

Subdeclaratur secundo, nisi quis probet se bona fide iunioris possessionis allegando, [illegible] ignorantiae, quod ignoraret tempore acquisitionis [illegible] antiquius possedisse, quae ignorantia probanda est, [illegible] praesumptio iuris sit contra eum, nec stabitur simplici iuramento asserentis ignorasse, Rot. decis. 444. in nouis Crauet. in citato iam loco sub nu. 22. Socin. consil. 146. nu. 33. lib. 2. quem vide, quia bene loquitur in hac materia. Menoch. de recuperanda possessione, remedio 15. nu. 84. [illegible]

10 Subdeclaratur † tertio, nisi is, qui probat de antiquiori possessione cecidisset ab ea facto suo, puta per propriam alienationem, quia tunc non prodesset ei antiquior possessio. Dec. cons. 56. col. 6.

11 Et † ex hoc sume bonam practicam contra illum, quem suspicaris probaturum de antiquiori possessione, & ponderandum est, in practica ad hoc propositum, illud Dec. cons. superius allegatum sub nu. 4. quia ibi multa concurrunt, primum, quod ibi erat translata possessio per simplex constitutum, & in eo tempore agebatur ad corporalem, & actualem possessionem, unde cum agantur ad traditionem corporalis possessionis, non videbatur perfecta consignatio, [illegible] non plene cecidisse, secundum quod eramus in re prohibita alienari, tertio opitulabatur praescriptio, & tamen his non obstantibus [illegible] clare sentit Dec. notabiliter.

12 Subdeclaratur † quarto, in beneficialibus, in quibus possessio etiam antiquior sine titulo nihil valet. Butr. in cap. in litteris, colum. 8. de rest. spol. O. d. cons. 1. nu. 4. Cassio. decis. 3. nu. 5. de rest. spol. Paris. cons. 12. nu. 8. vol. 3. ubi respondet ad dictum Bal. in disputatione, accusatus de vi turbatiua, col. fin. Pedemon. decis. 55. [illegible] hoc conclusio. [illegible]

13 Addo bene † loquentes gl. in c. in nomine dñi, in verbo, audié
tiā, de decimis, in clem. vnica, de cau. pos. & propr. Rota decis. 1.
& 2. de rest. spol. in nouis, & decis. 20. eo. tit. in antiquis. Cast. cōs.
254 col. 2. ver. super 3. art. lib. 1. in antiquis. Soc. in l. rem quæ no-
bis, nu. 17. de acq. pos. Gui. Pap. q. 85. & sing. 231. Dec. in l. fi. nu. 19.
in fine. C. de edic. di. Adr. tol. cons. 220. col. 2. Capic. decis. 6. nu. 2.
& 3. Ferret. cons. 28. nu. 9. 10. de Selua in trac. benef. par. 3. q. 25. Ri
pa, in §. nihil cōe, nu. 71. vbi Zas. nu. 59. Rube. cons. vlt. nu. 8. Rebuf.
super concordan. Regis Fran. tit. de annal. ver. 7. regula, & in com
men. reg. const. to. 3. tit. de cau. pos. benef. art. 1. gl. 1. nu. 2. Bard. de
comp. vtil. & contin. c. 3. nu. 23. Mandos. ad reg. Cancel. Iulij III.
reg. 1. de reserua. q. 3. Grau. cons. 322. col. 2. qui mouetur hac ratio
ne, quia beneficiatus nō est dñs, sed procurator, siue administra-
tor beneficij. sicut igitur procurator tenetur ante omnia docere
de mandato, l. si quis inficiatus. ff. depos. sic beneficiatus titulum
ostendere debet, alias intrusus diceretur, cap. 1. de eo, qui mitti-
tur in pos. & est communis opinio. Menoch. de recup. poss. remed.
15. nu. 407. 458. & 459. vbi latius. Mil. in verbo, possessorio adipi-
scendæ, Caputaq. decis. 345. sub nu. 3. par. 2.

14 Extenditur, † et sufficiat titulus coloratus. Guid. Pap. q. 85. co
mendat Dec. cons. 220. sub num. 2.

15 Titulus † autem dicitur coloratus, quando procedit ab eo, qui
habet potestatem dandi. Abb. in cap. cum in nostris. col. fi. de cō-
ces. præb. Inn. in cap. bone, il secondo, de post. præl. Butr. in d. cap.
in litteris. col. 6. Rota decis. 393. num. 3. Cassad. decis. 4. num. 4. de
cau. pos. & propr. Ripa, in rubr. de cau. pos. & propr. nu. 37. Fely.
in cap. 1. not. 2. de conces. præb. Dec. in l. fin. nu. 29. C. de edic. diui
Adr. tol. Ripa, lib. 2. respon. cap. fi. Puteus decis. 99. nu. 9. lib. 1. itē
sufficiunt litteræ ordinarij expeditæ in formæ rationi congrua.
Put. decis. 152. in una Hispalensi, lib. 1. itē sola expectatiua absq;
prouisione executoris. Put. decis. 227. lib. 1. etiam reuocata. Ca-
putaq. decis. 312. & 313. vbi limit. Item sufficit, quod testes depo-
nant de Vicario vicarij conferente. Caputaq. decis. 312. par. 3. &
quod alias collationes fecisset, & essent sortitæ effectum. Put. de-
cis. 72. par. 2. item impetratio certo modo facta, modo aliter non
verificata. Put. decis. 276. par. 2. item si fiat collatio ab ordinario
accidentaliter impedito, licet naturaliter possit. Put. decis. 25.
lib. 3 & titulum coloratum non dat gratia si neutri ad effectū ob
tinendi in spolio, quia in se nihil ponit in esse. Sarnen. in regu. de
publ. resig. q. 16. in fine. Caputaq. decis. 302. par. 3. & ad titulū co-
loratum sufficit docere de litteris expeditis vel ex causa resigna-

tionis,

tronis, vel alias, & probet solutū. Caputaq. decis. 306. par. 3. itē titulū coloratū nō probat noua prouisio nuncij Apostolici qñ non constat de facultatib. nec sola præsentatio sine institutione in facto iurispatronatus. Caputaq. decis. 307. par. 3. itē titulus coloratus in possessorio adipiscendæ sufficit. Rebuf. in praxi. benef. titu. de subrog. litig. gl. 4. nu. 15. & in titulo, qui inscribitur, tertia pars signatur, in verbo datū, nu. 2. & in tit. de miss. in pos. nu. 39. & 40. Cassad. de rest. spol. decis. vlt. nu. 3. Gomes. in regula de nō iudicando sed in tenorē supplicat. q. 5. attestans Romæ passim seruari Rebuf. ad reg. cancell. tom. 3. tit. de cau. poss. benefi. art. 1. gl. 1 nu. 9. vbi dicit, ꝙ ad cautelā pendente dilatione poterit postea produci bulla, nā in hoc solet cōcedi dilatio ad bullā exhibendā, ex Marsi. sing. 113. & sufficit titulus inutilis in interdicto adipiscēdæ, vt excludat possessorem iure familiaritatis, Caputaq. decis. 309. par. 3.

16 Declaratur † hæc conclusio, vt sufficiat titulus coloratus, nisi ei iuris præsumptio aduersetur: tunc enim necesse erit inducere iustum, & legitimum titulum. Crauet. consi. 322. col. 2. ver. secundo considero, ea ratione, quia habens præsumptionem iuris contra se, dicitur in mala fide. Alex. consi. 75. col. penul. ver. præterea videtur, lib. 4. quem sequutus est idem Crau. consi. 258. num. 9.

17 Addo † eiusdem sententiæ Bero. in cap. litteris, nu. 87. de rest. spol. Io. de Selua. in tract. benefi. par. 2. q. 25. nu. 2. ver. secundo ꝑmissa; Capic. decis. 6 num. 5. Rebuf. in praxi, in tit. de rescr. ad benefi. vac. nu. 22. sentit Ripa, in §. nihil commune, nu. 77. exemplum est inter alia in incomprehensibilitate, quæ facit de titulo non titulum, vt in extrauaganti, execrabilis, Roma. cōsi. 499. col. 1. vers. 3. ad idem. Crauet. cons. 58 nu. 9. ver. & similiter. Corset. ad regulam de spoliato, fall. 16. Nouel. in tit. spoliatus de facto, num. 16. limit. 16. Rot. decis. 33. nu. 5. de rest. spol. in nouis. & decis. 455. in antiquis, Capel. Tholos. decis. 464.

18 Declaratur † secundo hæc conclusio in iurisdictione, in qua titulus coloratus non sufficit ex recepta Affl. opinione in cap. 1. §. illud quoque, nu. 14. & 15. de prohibi. feud. alie per Frid. quem sequutus est Menoch. de recuper poss. remed. 15. nu. 469. Licet Alciat. aliter tenuerit respon. 408. nu. 7 Nat. consi. 28. nu. 12. lib. 2.

19 Quid † in feudis? vtique, prout in beneficialibus, quando materia est proportionabilis, prout nō est in casu nostro, ex Affl. in citato iam loco, & est opinio Dec. consi. 66. pulchre Gomes. de annal. in præfation & de triennal. q 94.

20 Declaratur † tertio, nisi in continenti probaretur de defectu tituli, & proprietatis, quia agens possessorio adipiscendæ repellitur

 litur

liter etiam in beneficialibus, Innoc. in cap. 2. de cau. poss. & propriet. Ang in l. 2. C. de edi. diui Adriani. in l. incerti, col. 2. C. de interdi. Bar. in l. si de vi, ff. de iud.

21 Declaratur, † quod non dicit bene constare de defectu tituli si per opponentem producatur reuocatio tituli per eundem met, qui concessit, ex quo semel est ius titulato quæsitum. Anch. consi. 198. vbi non statur declarationi Summi Pontificis in præiudiciũ iuris semel quæsiti. cõmendat Dec. consi. 221. prope fine.

22 Ex quo habes practicando duo notabilia. Primum est, † quod si aliquis beneficiatus producat titulum ex collatione Concilij, Summi Pontificis, vel aliorum, est satisfactum intentioni, nec intelligitur factum præiudiciũ si incontinenti ab aduersario fit reuocatio concessionis, vel declaratio nullitatis, & multi prima facie contrarium dicerent, præsertim in dependentibus, & gestis per supremos, puta Concilium, vel Summum Pontificem. si enim tu exhibes concessionem esse incontinenti reuocatio, tamen Anch. & Dec. contrarium tenent fundati in iure quæsito.

23 Aliud est, † quia potest dici exceptio altioris indaginis, licet simus in scriptura prima sui facie clara, puta in reuocatione collationis, quia potest disputari de facultate reuocantis, si potuit, vel nõ, in præiudiciũ iuris q̃siti, & sic datur disputatio in scriptura clara. Cõstare aũt de inualidicate tituli per inspectionem dicitur, qñ non apparet de facultate. Caputaq. decis. 314. par. 3.

24 Declaratur † quarto, vt in beneficialibus sit colorandus titulus ad instantiam Iudicis hoc petentis, non partis. Lap alleg. 24 & 52. Io. Cal. in cap. ex parte, de rest. spol. Ber. in clemen. de cau. poss. & propriet.

25 Declaratur † quinto, vt sufficiat titulus coloratus prima facie, licet postmodum aliter appareat. Gem. consil. 148. col. 2. Castr. consi. 254. art. 3 vol. 1. Cassador. decis. 3. de rest. spol.

26 Declaratur † sexto, vt non procedat contra tertium. Caputaq. decis. 66. par. 2.

27 Secunda est conclusio ad prædictorum intelligẽtiam, † si duo possideant, & constat, quod vnus iuste, alter iniuste possidet, iustus possessor manutenendus est, iniusto possessore excluso. Spec. de pet. & poss. in fine. Bal. in l. ordinarij, num. 10. de rei vend. Lanfran. de cau. poss. & propr. col. 10. ver. secunda conclusio. Rui. consi. 28. nu. 5. ver. secundus casus, lib. 4. & aduersarius hoc casu condemnatur, ne molestet.

28 Tertia sit conclusio, † quando duo iuste possident ex diuersis tamẽ causis, puta vnus tanquam proprietarius, alter tanquam

fructua-

fructuarius, tunc vterque obtinet, diuersis tamen respectibus, i. condemnabuntur ne vnus alterum in sua possessione turbet. Faber in §. retinendæ, nu. 26. & 28. de interd. Bero. in cap. in litteris, num. 53. de rest spol.

29 Quarta est conclusio, † cum vnus iuste possidet, alter iniuste ab alio, quam ab aduersario, tunc iuste possidés obtinebit, & aduersarius códemnabitur ad non molestandum. Bar. in l. si duo, in prin. nu. 4. ver. idem si vnus. ff. vti possidet. Bal. in disputatione, accusatus de vi turbatiua, col. fin. ver. quarto modo, licet alter sentiat Bero. consi. 47. num. 4. lib. 3.

30 Quinta est conclusio, † cum vnus iustè possidet, alter iniustè ab aduersario, tunc iustè possidens obtinebit, & aduersarius condemnatur, vt supra. Rui. in citato consilio 28. nu. 6. lib. 4.

31 Sexta sit conclusio, † cũ ambo iustè ex eadé causa possidét, & possessio in oíbus æqualis est, vno excepto, q vnus probat suam possessioné melioribus, & validiorib. probationibus: tunc is, qui melius probauit, obtinebit. Fel. in c. licet causam, nu. 8. vbi Dec. nu. 9. de prob. Are. in §. quadrupli, nu. 49. vers. si vero testes. Inst. de act. Cur. sen. consi. 73. col. 4. ver. aduertas, &c. Barba. consi. 25. col. 3. lib. 4. Soc. sen. consi. 54. nu. 13. lib. 4. Rui. consi. 28. nu. 5. & consi. 92. nu. 7. lib. 4. Affl. decis. 363. nu. 2. & 6. Soc. iun. consi. 159. nu. 13. lib. 3. Bello. consi. 11. nu. 16. Crau. consi. 6. nu. 50.

32 Probationes † autẽ efficaciores sunt, & digniores, & honestiores. Bal. in l. testium, nu. 21. versi. secundo dico. C. de testibus, & in disputatione, accusatus de vi turbatiua, col. 2. ver. secundo casu. Cur. de test. conclusio. 16 consi. 71. col. 3. versi. ad tertium motiuum. Barba. consi. 25. ver. stat ergo, lib. 4. Rum. consi. 53. num. 6. lib. 4. dicens testes non subditos anteferri subditis ad probandã iurisdictioné. Alex. consi. 88. num. 6. lib. 5. & testes vicini reputantur meliores. Bal. in citato loco.

33 Probatio † etiam efficacior est, quæ fit à testibus verisimiliora deponentibus, l. ob carmen, §. fi. ff. de testib. per quem Anch. consi. 278. Affl. decis. 363. nu. 3. Bello. consi. 11. in fi. Bero. in c. licet causam, nu. 50. & 57. de prob.

34 Tertio † probatio melior dr̃ illa, cui lex assistit, quàm cui lex resistit. Las. in l. naturaliter. §. nihil cõe, num. 39. ff. de acquir. hær.

35 Quarto, † probatio efficacior dr̃, quæ habet plures testes, Bero. in c. licet causam, nu. 56. de prob. vers. quarta conclusio.

36 Quinto, † probatio efficacior dicitur, quę deponit de actu magis proximo. vnde si vnus deponit Sempronium arasse, alter Titium fructus collegisse, Titio magis fauendum est, Bal. in l. 2. bo-

ribus,§ si agrum,ff.de vsu quem sequuti sunt Barb. cons.25.col.2. vers.facit quod,lib.4.Rui.consi.53.nu.7.lib.4.pulchre idem Bal. in d.c.licet causam,nu.30.vbi multas rationes allegat.

37 Sexta sit concl † qñ probationes sunt hincinde pares, & æquales,testes rei in dubio præferēdi sunt, Alex. ad Bart.in l.si duo, in prin.in add incipiēte,sunt equales.ff.vti possid. attestās in practica obtinuisse,& cons 99.nu.14.lib.5.& in dubio ,p reo pronūciandū est,l.Arrianus,ff.de act.& oblig.l fauorabiliores,ff de reg.iur.

38 Qui casus † aliqualem dubitationem facit,cum simus in iudicio,vbi non discernitur actor à reo.

Si ita nō constare posset,quis actoris,& quis rei vices sustineat, prout diligenter consideranti occurret.

39 Ampliatur † notab.alleg.concl.etiam si ex latere actoris testes in aliquo excederent, puta si testes actoris essent clerici, qui digniores sunt, & præualere deberent,c si clerici,dist 81 nihilominus pro reo iudicandum erit, Abb.in c ex litteris,& ibi Dec.nu. 5.de prob.Alc.reg.3.præsump.44.nu 5.vbi indifferenter loquitur tam in causa criminali,quàm in ciuili.

40 Contrarium † in materia ciuili sentit glo in hoc satis notab.in cano.monachus,dist.77 in ver.multorum,vt præferatur testimonium clerici,vel religiosi,etiā si minor numerus sit,quem sequutus est Soc.cons.25.col.3,lib.3.Ias.cons.13.col.1.lib.3 Alex.consil.43.nu.2.lib.7.Rol.consi.24 nu.54.lib.1.Crau. consi.267. nu.2. & 172.nu.16.vers.tertio probatur,& 137.nu.5.lib.5. Menoch.de arb.iud.casu 98.nu.6

41 Ampliatur † in reo,qui per accidens esset actor, iuxta l. diffamari, C.de ingenu.nam & si actor videatur,re ipsa reus est,& rei commodum obtinebit,vt absoluatur,Dec.in d.c.ex litteris,nu.5. Alc.de præsump.44.num.4.

42 Quæ † addi possunt ad ea, quæ late in materia scripsit Contard. super hac l.diffamari,& per Gab.de act.concl.6 apud quos hunc casum non vidi positum.

43 Ampliatur † secundo,etiam si actor esset persona legalis, & honesta,& econtra reus homo nequam,& infamis; nā attunc stante paritate probationum pro reo est pronunciandum.ita post alios Dec.in l.qui accusare,nu.6 vbi Ias.nu.5.Alc.nu.17.Purp.num.33. C de eden.autoritate Gellij,lib 14.noct.Atticarum,qui pronunciasse refert sibi de causa non liquere,cum hic casus euenisset,illa est ratio; quia nemo est tam inculpatæ vitæ, vt solius assertioni standum sit,gl.in c.sicut,de sent.excom.

44 Limitatur † primo in Iudice,qui cognoscat causam manu Re-

gia,

gia, vel sola facti veritate inspecta, vel secundum conscientiam; nam pro actore viro probo pronunciare possit. Purp. & Alc. in d. l. qui accusa. Fel. in c. pastoralis, §. qui verò, de off. deleg. Did. lib. 4. var. resol c. 1. nu. 7. in fi.

Et hoc modo saluari potest, decis. Guido Pap. 29. ab impugnationib. Corn. in cit. loco, Rol. cons. 70. nu. 22. lib. 1. qui affirmat Senatum Principem repraesentare.

45 Declaratur † secundo, quando actoris causa fauorabilis est; nam reo praeponderat; Alc. d. praesump. 44. nu. 97. quod non discutio, quia non facit ad rem.

46 Declaratur † tertio fauore conscientiae: nam tutior via eligitur, glo. in c. 1. de scruti. Old. cons. 1. col. 2. vers. vnde, &c. Crau. consil. 104. in fin. vbi etiam tenet regulam, l. qui accusare. procedere etiam in beneficialibus.

47 Septima sit concl. † cum probationes omnes sunt aequales tam numero, quàm dignitate ille obtinebit, qui probabit antiquiorē possessionem, Bal. in disputatione de vi turbatiua, vers. secundo modo, Bar. in l. si duo, num. 4. vers. si verò testes, ff. vti possid. consil. 121. in fi. lib. 1. Anch. cons. 869. & 305. Alex. cons. 33. & consil. 96. col. 1. lib. 3. & cons. 88. num. 9 lib. 5. Barb. cons. 25. col. 2. lib 4. Lanfran. in rub. de caus. pos. & propr. col. 10. vers. 4. concl. Cur. sen. cons. 73. col. 4. vers. aduertat, Soc. sen. cons. 54. num. 16. lib. 4. Rui. consi. 53. num. 8. lib. 4. Fel. in c. licet causam, nu. 8. vbi Dec. nu. 9. de prob. Afflic. decis. 363. nu. 3. Gozad. cons. 86 nu. 7. Curtius. consil. 168 nu. 32. Ripa lib. 2. respon. c. vlt. in fi. Par. s. cons. 126. nu. 4. libro 4. Soc. iun. consi. 146. num. 25. lib. 1. Boer. decis. 219. nu. 6. Natta. cons. 80. nu. 12. Bero. in d. c. licet, nu. 51. Maran par 4. dist. 7. nu. 17. Hiero. de Mon. in tract. de fin. c. 67. nu. 2. Rim. cons. 107. nu. 9. lib. 1. Plot. in l. si quando, nu. 97. secundum primam impressionem, Did. c. 17. in fi. pract. quaest.

48 Declaratur † haec septima concl. cum antiquior possessor sciuit alium possidere, & permisit; quia sibi praeiudicat. ita sentiunt omnes ferè relati interpretes in alleg. locis.

49 Et † possessio iudicatur antiquior computato tempore autorum, l. in tempus, ff. de vsuc. praeterquam in beneficialibus, vbi tēpora autorum non computantur, Gom. in reg. de trien. q. 13. Rebuf. de pacif. pos. nu. 87. vbi limitat in subrogato.

50 Octaua sit concl. † cum vtriusque probationes aequales sunt: & probant possessionem aequalis temporis, sed vnus probat titulum, alter verò non, tunc iustum titulū ostendens obtinebit, Bar. in d. l. si duo, in prin. nu. 4. vers. sed si vterque, ff. vti possid. Cin. in

l. vnica.

h vnica. C. eo. Bal. in disputatione accusatus de vi turbatiua, col. fi. vers. tertio modo, in l. qui accusare, in fi. C. de eden. in l. ordina rij, nu. 7. C. de rei vend. cons. 445. lib. 5. in c. licet causam, nu. 30. de prob Io. Faber in § retinendæ, nu. 37. de interd. & ibi Io a Pla te. col 3. vers. ad quintum, Salic. in l. vnica, col. 9. vers. & quia dixi, C. vti posh. d. Lanfrã. in rub. de cau. pos. & prop. col. 10. vers. quinta conclusio, Pap in tor libel turb pos. in ver. ad cessandum, num. 4. Cur. sen. consi. 75. col. 4. vers. aduertat, & col. 5. vers. ad tertiũ mo- tiuum, Barb. cons. 25. col. 3. lib. 4. Rui. cons. 53. nu. 4. cõl. 92. nu. 21. lib 4. Ias. consi. 148 nu. 2 lib. 4 Soc. cons. 15. nu. 4. lib. 4 Feli. & Be- ro. in c. licet causam, ille nu. 9. vers. quartum est, Goza. consi. 86. nu. 6. Cur. iun cons. 108. nu. 25. Paris. cons. 107. nu. 80. & cons 112. nu. 78. lib. 1. Neuiz. cons. 79. nu. 30. & cons. 80 num. 14. Rub. in §. nihil cõe, nu. 178. vbi Ias nu. 39. Mermer. nu. 93. Hiero. de Mon. in trac. de finib. c. 67. nu. 3. & q. 239. col. 7. Cranet. cons. 258. nu. 20. Ratio ea esse videtur, quod ille, qui habet titulum dicitur habere potio ra iura, l. 1. C. de edic. diui Adr tollen. d. c. licet causam, & ibi Bal. nu. 30. dicit ex antiquitate tituli possessionẽ præsumi antiquiorẽ.

51. Vnde † non reijciuntur articuli de proprietate deponentes, vt per Bal. in alleg. disput. in vers. tertio modo, Lanfran. in d. rub. de cau. pos. & propr. col. 10. vers. ex quo, Bal. in l. si de eo, § 1. ff. de ac- quir. pos. Soc. iun. in l. naturaliter, §. nihil cõe, nu 145. de acq pos.

52. Declaratur † hæc conclusio, cum verisimilitudo ex omni par- te conuenit, alias secus, Bero. in d. c. causam, num. 52. vers. illud vltimum.

53. Nona † sit concl. cum ambo possessionem, & titulum probant, sed vnus probans titulum antiquiorem, & ille debet obtinere, & præferri. Bal. in d. l. disputatione accusatus, col. vlt. vers. tertio ca- su, Claud. Mermer, in §. nihil commune, num. 93. Bero. in d. c licet causam, nu. 51. ea videtur esse ratio, quia probans titulum anti- quiorem, præsumitur probasse possessionem antiquiorem, cum eam habuisse præsumatur ratione tituli, iuxta. l. quædam mulier. ff. de rei vend. iuncto d. c. licet causam. Cotta in memorab. in ver bo possessio ciuilis. Cur. iun. consi. 108. col. fin.

54 Et † hoc adeo verum est, vt procedat, & habeat locum, si per viam; constitit primo peruenit possessio ad vnum, ille præferre alte- ri, qui postea realiter habuerit Gui. de Suz in l fi. C. de sacrosan. eccles. quem valde commendat Alex consi. 92. col. 1. vers. fortifi- co. lib. 5 Cotta. in verbo possessio ciuilis, attestans ita iudicatum in sacro Collegio Mediolanensi ante decretum de Cridis.

55 Vnde † in materia l. quotiens, C. de rei vend. emptor præfer- tur,

tur, qui per simplex constitutum habet possessionem. Ant. Gabr. lib. 3. de empt. & vend. conclus. 2. nu. 18.

* Addo de communi attestantem Viui. lib. 1. opin. 435. Beninc. de paupert. specia. de contract. 6. nu. 22. Dec. multis modis declarantem in l. contractus, nu. 18. de reg. iur.

56 Possessionis † prioritas probatur, vel data instrumenti, vel rescripti, vel testibus, vel aduersarij confessione. gl. in c. si duobus. vers. si non apparet, de rescrip. lib. 6. Franc. Marc. q. 1149. in fine. par. 1. Menoch. de arb. iud. casu 48. Rebuff. de pacifi. poss. nu. 194. quæ confessio confirmat, non inducit, Menoch. de retinen. possess. remed. 3. nu. 737.

57 Decima sit † conclusio, cum ambo parem titulum, & parem possessionem probant, sed vnus melius probat titulum, iste melius probans est præferendus. Bero. in d. cap. licet causam, nu. 57. vers. sexta conclusio. Rebuf. ad regias constitutiones, tomo 3. tit. de materijs possessorijs, art. 2. gl. 3. nu. 7.

Amplíatur vt procedat etiam in beneficialibus. Card. in d. c. licet causam, col. fin. Franc. Marc. 148. nu. 2. parte prima.

58 Quis † verò hēat meliorē titulū, ponit Meno. de arb. iu. cas. 48. & de adipis. pos. remed. 4. nu. 92. post Rebuf. & alios, quos allegat.

59 Vndecima est conclusio, † cum omnino pares sunt vtriusque probationes, & ambo, vel nullum titulum ostendunt, vel parem, vt probabiliter ignorari possit per Iudicem, pro quo pronunciare possit, & in hoc variæ fuerunt scribentium opiniones, & sententiæ. quare considerandi sunt duo casus principales. Primus est in beneficialibus, & in hoc vterque est condemnandus, & beneficium auferri debet. Card. in cap. licet causam, de prob. Felin. in c. Capitulum S. Crucis. col. pen. de rescrip.

60 Secundus † casus, & hic dubius in profanis, & in hoc multi multa dixerunt.

Prima fuit opinio, quod Iudex pronunciare debet vti possidetis, & sic neuter vincit, vel vincitur.

Quam opinionem reprobat glo. in l. vnica. C. vti possid. Bar. in l. si duo. nu. 4. vers. sed si nullus. ff. vti poss. Cano. in d. c. licet causam, vbi Imo. nu. 13. Bero. nu. 59. ver. alia fuit. Igne. in l. 1. §. si cum omnes, nu. 31. in fine, ff. ad Sillan. Boer. 239. in princ.

Et videtur ea esse ratio, quia sententia hoc casu est incerta. l. vnica. C. de sent. quæ sine cer. quantitate.

61 Præterea, † ex hac sententia datur occasio veniendi ad arma, & contendendi, contra l. æquissimum, ff. de vsufruc.

Nec obstat l. si duo, ff. vti possidet, quia loquitur in diuerso

modo,

modo, & respectu possidentiū, nempè vnus possideat tāquā proprietarius, alter tanquā vsufructuarius: nos verò loquimur, cum ambo insolidum pôssidere prætendunt, nam hoc est impossibile per naturā, & per ius ipsum, & ob id Iudex pronunciare nō pôt.

62 Secunda † fuit opinio ad propositum materiæ, de qua agimus, & cuius causa digressi sumus, vt possessio sequestretur per Iudicem penes tertium, ne contendendo ad arma deueniant, iuxta l. æquissimum. ff de vsufru. Bart. in d. l. 1. C. vti possidet. vbi Iac. de Aret. dicit Iudicem hoc casu non debere ferre aliquam sententiā, quia sibi de causa non liquet, sed contendentibus præcipere ne accedant ad possessionem, sed qui ius in proprietate credit expectatur in petitorio. Igne. in l. 1. §. si cum omnes. nu. 35. ad Sillan. Et hanc opinionem tenet Bal. in l. fin. nu. 10. circa medium, & ibi Zuccard. nu. 11. C. de edic. diui Adria. tol. Iaf. in l. quidā æstimauerunt, nu. 4. ff. si cer. pet. Ripa, in l. 4. §. hoc autem iudiciū, nu. 19. ff. de dam. infec. Cagn. in l. in pari. nu. 7. ff de reg. iur. Curt. sen. consil. 60. Ios. in l. si quando, nu. 95. secundum primam, & secundum nouam, §. 5. nu. 28. Dec. cons. 1. nu. 6. Alex. cons. 7. col. pen. vol. 5. Capic. decis. 12. & 13. & 96. Ancharan. q. 25. par. 1. Neuiz. in Silua nupt. lib. 1. nu. 81. Tiraquel. de iure primog. c. 4. in fine, & de pœnis leg. cau. 45. Socin. consi. 68. nu. 235. lib. 3. Pap. in for. examen. glo. 1. nu. 5. Beinten. decis. 73. nu. 15. vbi bonus locus, Ioseph. de Ind. decis. Perus. 20. nu. 6. par. 1. Achil. Personal. de adipiscen. pos. nu. 56. & hæc est communis opinio. Socin. cons. 115. lib. 1.

63 Quæ † vera est, & procedit his concurrentibus. primo, quod neutra pars possideat, vel ambæ pariter probauerint possessionē ita vt discerni non possit. secundo, quod constet de timore scandali, & hoc partibus citatis. Ang. cōs. 107. in fine. Curt. de sequestr. nu. 22. fallen. 4. Guid. Pap. decis. 578. Rebuf. ad l. quod iussit, in vltimo notab. de re iud. nu. 6. fol. 267. & debet imminere scandalum certum, secus quando est dubium. Ruin. cons. 37. nu. 3. versic. nec obstat, lib. 4. quod à Iudicis arbitrio pendet. Menoch. de recuper. poss. remed. 3. nu. 294. in fine. nec creditur Iudici asserenti ita esse, nisi ex actis appareat. Viui. lib. 1. opi. 165. in fine. Ema. in suo Thesauro, littera S, nu. 103. Pont. de spol. cap. fin. lib. 4. nu. 71. Dec. consil. 366. col. pen. circa medium. Cranet. de antiq. temp. par. 2. sub nu. 13. immo nec Principi creditur in hoc, Menoch. de adipiscen. pos. remed. 6. nu. 17. contra Dec. & alios, & fiat ex officio, aliàs esset attentatum Bero. cons. 116. lib. 3. Lancellot. de atten. par. 2. cap. 4. de atten. lite pendente amplia. vbi nec vigore breuis Apostolici, ex cap. 10. de atten. appel. pend. 7. ampl. nu. 2. &

limit.

limit.12.num.22. ita declarando Affl.dec.99. in quo omnes concurrunt, si rectè facti casum inspexeris. Seraphi. de iustelur. priuileg 132.nu.45 Contard.ad Aegid.limit.16. vbi videas in fine. Id autem, quod de citatione dictum est, limita verū in scandalo futuro, secus imminenti, in quo citatio non requiritur. Zuccar. in l. fin.nu.123 de edic.diui Adr.toll. Cur.sen.consi 61. Menoc. de adipiscen poss.reme.6.nu.19. vbi fieri dēt reuocatio porrecto libello formiter, alias non valeret reuocatio. Menoc. in prael rec.nu.26.

64 Et † hanc opinionem puto verissimam concurrentibus praedictis, licet Menoch.de retinen.poss.remed.3.num.742. eam impugnet, & circa eam leuiter pertranseat, quam in suo discursu etiā tenet Veronens. caute. 100. nota diligenter ibi, sed ea non vearis &c. & Firma.in verbo, sequestratio possessionis.

65 Tertia † fuit opinio, vt haec quaestio sorte dirimatur, iuxta l. in tribus, ff. de iud. & l. fi. in pen. C. commu. de leg. quam opi. tenuit gl. in c. licet causam, in ver. vti possidetis, de prob. vbi Feli. num.
* 44. dixit commu. receptam, & dicit hoc factum fuisse, vt sciamus quis actoris, & quis rei partes sustineat, & eā ibi sequuntur Dec.
** nu.28. Bero nu.59. & magis comm dixit Igne. in l. 1. §. cum omnes, nu 35 ff ad Silla.

66 Contrariam † sententiam tenet glo. in d. l. vnica, C. vti possid. vbi Bar. nu.4 in fi Bal. in d. c. licet causam, nu.27. Io. Fab. in §. retinendae, nu.77. prope finē, Inst. de interdic. attestās hanc opinio. a
* Canonistis esse cōm. reiectā, & reprobatā, Tiraq. de iure primog. q 17. nu.91. nec disse itit Igne. in citato loco, nu.29.30.36. & 37.

67 Verum haec opinio dubia videtur, quia quaestio iuris dirimitur sorte, non quaestio facti, l. duo sunt Titij, de testam. tute. glo. sing. in l. 1. in ver. prohibebit, C. vti possid. quam pro singulari alleg Imo. in l. huiusmodi, §. fi. ff. de leg. 1. Ias. in l. fi. nu.9 C. com. de leg. & dicit venire alibi, & quod multi dicerent contrarium.

Et licet gl. in Cano. non exemplo, 26.q.2. hoc limitet in facto arduo, & difficili, vt sorte dirimi possit, tamen hoc iure non probatur si recte inspexeris.

68 Et quaestio, de qua agitur, est de retinenda possessione, quae & in acquirendo, & in retinendo est facti, iuxta no. in l. 1. ff. de acq. pos. & in l. stipulatio ista, §. haec quoque, ff de verb. oblig.

Secundo, haec opi. additur dubia: quia sortis decisio fieri non potest, nisi de partium consensu, Tiraq in citato iam loco.

69 Tertio, † decisio sorte fieri non potest, nisi in casibus a iure expressis, Bald. in omnibus, C. quan & quib. quar. pars.

70 Quarta † itaque fuit opin. vt in causa supersedeatur, donec de causa

causa melius constet, & ita contendentes dimittere, Spec. de pet to. & possesso. §. 2. nu. 32. vers. nota, refert Boer. q. 239. col. 1. versic. alij, vt Spec. Bal. in l. 3. C. de sent. & interloc. omn. iud. Imo. in d. c. licet causam, nu. 24.

71 Contrarium † tenet Lanfran. in rub. de cau. pos. & propri. col. 10. vers. sexta conclusio. Igne. in d. §. si cum omnes, nu. 33. & certe causa sic indecisa scandalum oriri posset, nisi vlterius prouideatur. Vnde in similibus distinguendum videtur, aut de causa non liquet: quia nullæ sunt a partibus factæ probationes, & procedat tex. in l. si de meis, aliàs incipit, idem Pomponius, §. fin. ff. de arb. vt in causa adhuc supersedeatur, aliàs secus. sentit Couar. var. res. lib. 1. c. 1. nu. 9 vers. septimo, reprobata opinione Alciati, in c. 1. de offic. ord nu. 91. & Ang. in l. non quemadmodum, de iud.

72 Quinta † fuit opi. possessionem per medium esse diuidendam, & partem vni, & partem alteri assignare, Bar. in l. si duo, num. 5. vers. & sic mihi, ff. vti possid. Albert. per illum text. in l. Titiæ textores, de leg. 1. attestans Bononiæ ita iudicatum, Sali in l. vnica, col. 7 vers. nũc reuertor, C. vti possid. Aret. in §. quadrupli, nu. 49. de act. Practicus Papien. in for. libel. turba. posses. in ver. ad cessandum, nu. 4. Bal. in c. in nostra, nu. 9. de testib. vbi Are. nu. 82. Dec. nu. 15. Bero. nu. 59. vers quarta fuit, Io. de Plat. in §. retinẽdæ, col. 3. in fi. de interdic. & facit ad propositum simile de duob. vsufructuarijs, qui faciunt ad inuicem concursum, & quilibet est pro dimidia, l. fi. in prin. ff vti possid. idem de duobus institutis hæredibus, l. & hoc Titius, ff de hæredib. instituen. §. fi. Instit. eo.

73 Accedunt † prædictis no in l. Nesennius, ff. de neg. gest. vbi est naturalis diuisio per medium, & ob id naturali instinctu hoc faciunt, & ibi gl. alleg. l. 1. C de prohibi. sequest. pecu.

74 Contrarium † tenet Bal. in l. 3. vers. sed est dubium, C. de sen. & interlocu. om. iud. consi. 251. col. 3. vers. illud constat, lib. 5. Imo. in d. c. licet causam, lib. 15. vbi Feli. nu. 44. Igne. in d. §. si cum omnes, num. 33. Lanfran. in d. rub. de cau. pos. & propri. col. 10. vers. sexta conclusio, nec rationes superius adductæ in aliquo releuare videntur; quia non loquuntur in casu, quando ambo contendunt in solidum possidere, & nesciatur quisnam sit, prout in casu, de quo agitur.

75 Sexta † fuit opi. reum esse absoluendum, prout in dubio faciendum est, Bal. in sua disputatione de vi turbatiua, col. fi vers. quarto casu, Albert. in d. l. Titiæ textores, de leg. 1. & ibi Lãcel. Dec. col. pen. al. cons. 25. lib. 5. Cin. in l. vnica, col. 3. C. vti posside. vbi Albert. num. 12. & hanc opi. dixit intrepide tenendam, Lanfran.

in citato sæpius loco. idem respondit Corne.consil.282. lib.2. & æquiorem dixit Boer. q.239. nu.4. vers.tamen maior pars, attestans ita iudicatum in Curia Burdegalensi, & in Gallia passim servatur, Io.Faber in §.qui autem, Instit.de interdic.consentit Fran. Marc.q.Delphi.1149.nu.3.par.1.& Bero.in d.c.licet causam, numero 59. in fine.

Et facit recepta concl.quod reus in dubio absoluendus est, l.fauorabiliores, de regul.iur.l.Arrianus, C.de actio.& oblig. quod procedit etiam data paritate probationum, Dec.consi.564. nu.2. latè Neuiz.in Silua, lib.6.nu.47.Marsil.sing.90.

76 Sed † vera esset, & procederet hæc opin.in casu, quo discernitur actor a reo, aliàs secus, prout in casu nostro, nec dicit actor, quia prius vocauit ad iudicium: nam hoc respicit ordinem, non substantiam, Alexan.in d.l.si duo, nu.4.in ver.sequestrari, in fine: Franc.Marc.q.1148.nu.3.par.1.vnde vterque iurat de calumnia, & satisdat de iudicio sisti, & probat.

77 Et † hoc sentit gl.in l.iudicium, ff.fin.regundorum, Angel.in l. si duo, ff.de iud.latè Ias.in l.duo Iudices, num.14.de re iudic.vbi multos casus recenset actoris, & rei simul personam repræsentantis. pulchrè in materia vidédus, Contard.ad l.diffamari, quæst.1. Ant.Gabr.de actionibus, concl.6.nu.41.limit.13.

78 Septima † videtur esse aliquorum opinio, vt id omne remittatur Iudicis arbitrio, vt expediat, prout sibi æquius visum fuerit. Bald.in d.c.licet causam, nu.28.vers.item non procedit, Tiraq.de iure primog q.17.opin.2.nu.5.Claud.Mermet.in §.nihil commune, numero 92.

Facit quod in dubijs quæstionibus locus est gratificationi, & eligere potest quam partem mauult, Innocent. in cap.ne innitaris, de quæstionibus, quem sequutus est Anchar. consil.221. Dec. consil.576. nu.6.Curt.iun.consil.6.nu.23.Boer.quæst.155.nu.21. Neuizan.in Silua, lib.6.nu.4.consil.34.nu.54. & 57. Crauet.consil.321.nu.40. Menoch.de arb.iud.lib.2.cent.2.casu 177.nu.7. & casu 339.nu.19.

79 Addo † Ias.in l.post dotem, col.pen. nu.105. ff.solu.matr. Corrad.de præt.§.2.tit.de sententia, nu.18.Fran.Mar q.5.nu.3. par.1. Purpur.in l.admonendi, colum.25.nu.155.de iureiur.& est commun.& probata sententia, Coras.de commu.opin.lib.2.tit.9.casu 32. sub nu.172.

80 Vnde † laudabile est in his casibus habere aduocatos, & procuratores, qui in eorum informationibus reddant Iudicem beneuolum, vocando eum excellentissimum, celeberrimum, &c. vt ex

Tullio & Quintiliano deducit Abb. in c. consuluit, col. 2. in 3. notab. nu. 2. de offi. deleg. & latissime titulos istos recenset hortando potius ad excessum laudis, quàm defectum, Marian. in cap. 1. nu. 146. de libelli oblatione: quia, vt inquit ipse, homines lodolæ carnis esu vt plurimum delectantur. idem monet Purpur. in l. 1. nu. 313. de off. eius. Octaui. Vestri. in sua Praxi, lib. 7. c. 3. sub nu. 31. Exea. in c. 1. nu. 463. de constitutionibus.

81 Et † econtra quam male facere eos, qui verbis tumidis, contemptu dubiorum datorum credentes reddi ius suum clarum, exasperant Iudices ita, vt vix legant eorum scripta, nedum credant, & totum damnum redit in miseros clientes, qui debent esse cauti in patronis eligendis, non tam iuris, quàm morum peritis. Addo ego tria bona verba temporibus nostris, munera, fauores, & pecuniæ promiscui generis.

82 Contrariam † sententiam tenet Bald. consil. 420. colum. 2, vers. sed si pari modo, lib. 1. reperito, cons. 468. lib. 3. cons. 381. col. 2. ver. alij dicunt, lib. 1. & satisfacit hæc ratio, nisi in casibus a iure expressis. Bald. in cap. 1. colum. 1. de alienat. feud. Aret. cons. 142. colum. pen. versic. dato præterea. Tiraquel. de iure primog. q. 17. opin. 2. in fine.

83 Octaua † est opinio recurrere ad Principem, Gemin. in cap. cum, qui. colum. pen. de eo, qui mit. in pos. Franc. Marc. q. 1149. in fine, par. 1. Ignc. in d. §. cum omnes, nu. 37. & 38. latè Neuizan. Silua nupt. lib. 6. sub nu. 3. Lancellot. de off. præt. nu. 30. sed id aliquando difficile est.

84 Quid † igitur tenendum in tanta Doctorum varietate? si attendamus ad intentionem Doctorum, illa opinio est receptissima quæ per medium diuidit, vt latè congerit Caualcan. de tuto. & curato. num. 338. & receptissimam ponit Dominus Præceptor meus, Io. Pau. Lancel in sua disputatione, in 4. grad. Coras. de commun. opin. lib. 2. tit. 11. casu 32.

85 Mihi † tamen, prout supra dixi placet secunda opinio superius relata, concurrentibus requisitis necessarijs.

86 Illud dicam, † quod ex hoc discursu amicus lector habet septem, vel octo remedia, quibus vti valet perplexo arduo, & difficili: & licet habeamus hanc possessionem legalem librorum plenam, adhuc plures sunt casus, qui egent declaratione Cæsarea, & ad Principem recurrendum esset. Non omittam quod bonus, & oculatus Iudex diligenter inspiciendo, videbit aliquo modo conijciendo, quis potiora iura foueat, prout sæpius in facto vidi.

SUMMARIUM.

1 *Possessione apud tertium sequestrata, an ipsi possidenti ante factum sequestrum, vel ipsi sequestro reddatur interdictum uti possidetis. considerantur & distinguuntur tres casus, nu. 2. 3. & 4.*

Quæst. 7: Sextæ quæst. princ.

1 PRosequendo materiam præcedentis quæstionis, † quæro, si possessio sit apud tertium sequestrata, an ipsi possidenti ante factum sequestrum, vel ipsi sequestro reddatur interdictum uti possidetis? & quidem Io. Fabri in §. retinendæ, nu. 3. versic. quid si fuerit. Instit. de interd. & in l. 1. C. de prohib. sequestra. pec. tenuit possidenti concedi; pro maiori tamen distinctione possent aliqui casus considerari, & distingui.

2 Primus est, cum unus tantum certus possessor extat, cuius possessio ex aliqua causa necessaria, puta ob æs alienum, vel aliam similem factum est sequestrum, quod necessariũ appellat, de quo superius vidimus, hoc in casu si illius possessio turbari contingat rei domino, & possessori hoc interdictum datur. ita Faber in citatis locis. ratio videtur in promptu, quia sequestrum necessariũ possessione non priuat, prout superius in principio vidimus.

3 Secundus est † casus in sequestro voluntario, de quo etiam superius vidimus, & hoc casu competit interdictum sequestro, qui possidere dicitur. In hoc tamen vide quæ superius diximus, q. 3. principali, in limitationibus.

4 Tertius est † casus, cum ambo possidere contendunt, & sic incertum est quis possideat, hoc casu si possessio sequestretur, prout vidimus in præcedente quæstione, datur sequestro interdictũ, quia ipse hoc casu possidet. Aret. in l. interesse de acq. poss. & vidimus superius, d. q. 3. principali. Quartus est casus in sequestro causa custodiæ simpliciter facto, & in hoc casu datur domino hoc interdictum, ut tetigi in d. q. 3. & Menoch. de retinen. pos. remed. 3. quæst. 12. nu. 95.

SUMMARIUM.

1 *Feudum, an sequestrari possit.*

Quæst. 8. Sextæ Quæst. prin.

1 AN † feudum sequestretur? vtique sic, apud dominum, si mortuo vasallo oriatur contentio inter dominum, & agnatum, glo. in c. 1. si de feu. conten. fuer. Boss. de partu suppos. nu. 23. Item in alio casu sequestratur feudum, donec disputetur de successione filij legitimati. Affl. de prohib. feu. alien. per Frid. §. illud, col. 10. vers. deinde quæro, Boss. de prin. nu. 302.

SVMMARIVM.

1 *Sequestratio in causa spolij, an liceat.*

Quæstio Nona.

1 NVnquid † ex causa spolij licita sit sequestratio? vtique sic, Butr. in c. bonæ, de appel. Cast. decis. 3. in fine, de rest. spol. Rota nouissima. 454. lib. 3. par. 3. & sufficit vna, nec expectantur vlteriores sententiæ, Rota nouissima. 469. lib. 3. par. 3.

Partis Primæ Finis.



EIVSDEM TRACTATVS DE SEQVESTRO.

PARS II.

SVMMARIVM.

1 *Sequestra aliquibus casibus permissa, cum regulariter prohibeantur.*

1 VENIO ad secundam huius operis partem,† in qua Deo dante agemus, in quibus casibus liceat fieri sequestra, & quæ sint permissa, vel non. licet enim sequestra sint regulariter prohibita, l. vnica. C. de prohibit. sequestr. tamen in multis casibus permittuntur, & in multis non.

SVMMARIVM.

1 *Sequestratio, an sit licita in causa beneficiali, plures casus consiaerãtur.*
2 *Possessio cum fructibus apud fidelem personã sequestratur, si contra beneficij possessorem prima sententia diffinitiua feratur, cum suis declarat. ampliatur nu. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 18. vsque 25 sub ampliatur, nu. 12. vsque 17. limitaturque vsque in finem, nu. 26. vsque in finem.*

Quæstio Prima.

1 QVAERO primo loco de vtili materia, an in causa beneficiali sit licita sequestratio, ad clemen. 1. de sequestr. poss. & fruct. considerantur plures casus. Primus est lite pendente pos-

fessio capta vigore Breuis debet sequestrari, si non habet etiam lite pendente, & sine vitio attentatorum, & hæc sequestratio debet fieri ex officio. Rota decis. 2. de rest. spol. in nouis, & ita fuit tentum in vna Auersan. beneficiorum, die 14. Nouemb. 1552. vt per Caputaq. decis. 70. par. 1. & decis. 151. par. 3.

2 Secundus † est casus frequens, & quotidianus ex cõstitutionê Viennensis Concilij, registra. in clem. 1. de sequestr. pos. & fruc. & quotidie practicatur in Romana Curia, vt per Vestr. lib. 7 cap. 2. in prin. si contra possessorem beneficij prima feratur sententia, quæ diffinitiua sit, sequestratur possessio, cum fructib. apud personam fide, & facultatibus idoneam per ordinarium loci, vel per sacræ Rotæ Auditores in causis coram eis pendentibus vigore Innocentianæ.

3 Ampliatur, † vt tale sequestrum fieri possit inserendo illud in eademmet sententia, vnde in citatione ad sententiam apponi solet, & ad videndum decerni sequestrum. Vnde solent patres eligere, in quem concordauerint litigantes, vel ipsis discordibus ex officio, vel si hoc omiserit die sequenti ab eodem Auditore, & Iudice obtinebit vigore eiusdem Innocentianæ, vt per Vestr. in citato iam loco.

4 Ampliatur † secundo, vt non solum sequestrerentur fructus, sed & ipsummet beneficium, & ecclesia. Vnde nec Missas celebrare, vel alia diuina officia, immo nec prædicare poterit, vt per Bellame. conclu. 429. ratio videtur in promptu, quia nomine proprio prædicare non potest, nisi missus sit ab habente potestatem. igitur præsumitur facere nomine Ecclesiæ. Oldr. consi. 166 Thema,

5 Ampliatur † tertio, vt talis sequester in casu præsentare possit, conferre vasallum, vel emphiteutam inuestire, glo. in d. clemen. vnica, in verbo beneficium. glo. in cap. examinata, de iud. Rota decis. 324. in antiq. Gem. in cap. deinceps. col. 2. de elect in sexto, Feli. in cap. cũ Bertoldus, de sent. & re iud. Coras. appellans hunc casum valde frequentem, lib. 3. Miscel. cap. 2. nu. 16. Gigas de pẽ-

* sion. q. 72. nu. 2. & est communis opinio, Reper. Fel. in verbo, sequestrum, num. 3.

6 Declara, † dummodo talis sequester sit persona ecclesiastica, & clericus saltem primæ tonsuræ, & solutus. Franc. Mar. in facti contingentia, decis. 4. par. 1. quem videas, decis. 93. nu. 10. par. 1.

7 Ampliatur † quarto, vt talis sequester possit interim fructus vendere, & alia facere, qua diligens paterfamilias in re propria faceret, & quicquid supportatis oneribus sibi supererit ei, qui finalé victoriam reportabit restituet, argumento l. fi. ff. de requir.

reis.facit optimus tex.in l.vlt §.si ff.de bon. auto. iud. possid.tradit Bal.in l.si oleum,in prin.ff.de dolo, Cur.de sequest.q.2.

8 Declara, † vt non possit conuertere in emptiones prædiorum, gl.in d.clem.in ver.restituat.

9 Declara † secundo,vt non possit stipendium,vel mercedem petere,de qua relatius dixi in tract.locati,& conducti.

10 Ampliatur † quinto,vt solus tractatus de vendendo fructus sequestratos inducat violationem sequestri,iux.d.cle.vnicã.Egid.decis.428.

11 Ampliatur † sexto dispositio d.clem.vnicæ, vt tale sequestrum fieri possit etiam interposita,& pendente appellatione,d.clemen. vnica,Duen.reg.42.nu.15.

12 Subampliatur † hæc ampliatio , siue appellatio sit interposita ab ipso possessore, siue à tertio pro suo prætenso interesse , Rota decis.390.in nouis,ea potissimum ratione;quia ex hac sequestratione nullum tertio infertur præiudicium, sed fructus conseruantur pro reportante finalem victoriam,Vant.in tit. quis pos. dice. de nullit.num.23.

13 Qui casus addi posset ad ea, quæ in materia tertij appellantis late cõgerit Couar. prac.qõ.c.16. vbi de hoc mentionẽ nõ facit.

14 Subampliatur, † siue appellatum fuerit simpliciter, siue fuerit dictum etiam ab omnibus inde sequutis,præsupposito , quod in sententia sit relaxatum sequestrum,ex quo ad hoc non fuerit expressa causa grauaminis,Rota Bisigne.2.de sequest. pos. & fruct. Cassad.decis.5.eo.tit.

15 Declara, † si proponatur nullitas ex defectu iurisdictionis,quę sequestrum impedit,ad materiam d clem.vt ibi per gl.fi.

16 Subampliatur † secundo etiam si appellatio esset geminata, vt primo coram Iudice causæ, deinde secundo loco coram ordinario sequestrante fuerit interposita; adhuc enim sequestratio non impeditur.Card.in d.clem.notab.9.Maran.in Spec.q.2.tert. par. 6.par.prin.nu. 182.Duen.reg.42.nu.15.

Subampliatur tertio, vt sequestrator dari possit in secunda instantia ad instantiam rei, cum eius procurator non nominauerit in prima,cum personas notas non haberet.Rota nouissima,decisio.77.par.3.lib.1.& sequestro apposito,& lata sententia accedente consensu Iudicis de inhibitione facienda in partibus peti potest declarari inhibitionem sine præiudicio sequestri , Rota nouiss.546.par.3.lib.5.

17 Declara,† nisi ordinarius appellationi detulerit, quia tunc amplius se intromittere non potest , Card.in clem. vnica , quæst.13.

Lancel. de attenta. par. 2. c. 12. lim. 12. num. 10.

18 Ampliatur † septimo, dispositio d. clem. siue prima sententia sit lata in petitorio, siue in possessorio: vnde decernitur sequestratio contra eum, qui obtinuisset in possessorio, & in hoc haberet rem iudicatam, & in petitorio habuisset sententiam contra, vt p Car J. & alios in d. clem. vnica, Vestr. in sua praxi, lib. 7. c. 2. nu. 6. Pont. de spol. lib. 4. c. 5. in prin.

19 Ampliatur † octauo, d. clem. licet, respectu causæ sententia nõ esset prima, siue in possessorio, siue in petitorio, sed bene respectu loci, gl. in d. clem. in ver. promulgata, Mandos. in commis. 19. in gl. remissoriam, col. 3. in fi.

20 Ampliatur † nono, dispositio d. clem. vt tale sequestrum fiat, & detur contra eum, qui triennio pacifice possedit, si modo simoniacum, vel alium vitiosum habuerit titulum, & ingressum, ita vt præscriptione regulæ de triennali iuuari non possit, Cassado. decis. 3. de rest. spol.

Ampliatur decimo, dispositio d. clem. vt tale sequestrum per satisdationẽ nõ reuocetur, vt notab. dicit Io. And. ad Spe. in prin. quid si sequester, &c. commendat Mils in ver. sequestrum, nu. 3.

Et sic habetur limitatio ad l. si fideiussor, §. fi. ff. qui satisd. cog. vt non procedat in casu dictæ clem.

21 Ampliatur † vndecimo, dispositio d. clem. vt tale sequestrum non reuocetur, licet feratur secunda sententia, quæ infirmat primam ad fauorem possessoris, sed expectatur finalis causæ victoria, Rom. consi. 405. in prin.

22 Ampliatur † duodecimo, vt Iudex infirmando primam sentẽtiam non possit infirmare sequestrum, & datur reintegratio, Specul. eo. tit. num. 5.

23 Ampliatur † decimotertio, vt tale sequestrum concedatur etiã ante sententiam contra confitentem, & petentem remissionem, Caputaq. decis. 152. par. 3.

24 Ampliatur † decimoquarto, vt persona sequestratarij possit de vna persona in aliam mutari ad libitum ordinarij, Oldra. consilio 166.

25 Ampliatur † decimoquinto, in violante sequestrum etiam ex sententia nulla, Rota decis. 509. in antiquis. Vnde petens relaxationem sequestri, ex capite nullitatis nõ auditur. Vant. in tit. qualiter senten. & proces. reparari pos. nu. 22.

Ampliatur decimosexto, vt possit obtinere sequestrum, qui habet duas, quarum vna sit ex iure iam extincta, Rota nouissima decis. 634. par. 3. lib. 3.

Amplia-

Ampliatur decimoseptimo, vt sequestrum imponendum sit nō obstante absolutione ab excommunicatione, Rota nouissima decis. 1288. lib. 3 par. 3.

26 Limitatur † modo dispositio d. clem. vnicæ, de sequest. possess. & fruct. multis notabilibus modis in practica vtilibus, & quotidianis.

27 Primo † igitur limitatur, vt tale sequestrum sit concedendum instante eo, qui sententiam fauorabilem reportauit, non autem alio, qui in hoc non audietur, gl. in d. clem. in ver. contra possessorem. ibi, idem, &c. & sic dispositio d. clem. est stricte intelligenda.

28 Limitatur † secundo, vt tale sequestrum concedatur instante eo, qui victoriam reportauit, secus eius subrogato, cui possent obesse plurimi defectus personales excussi iam, & reiecti in persona principali, ex cuius habilitate probata fuerat ei debita sententia cum sequestro, quæ quidem subrogato non deberentur ante discussam eius capacitatem cum cæteris exceptionibus cōtra eum legitime excussis Card. in d clem. 1. q. 4. relatus per Cassad. decis. 1. num. 15. de dilat. Gigas de pensio. q. 74. num. 2.

29 Limitatur † tertio, dispositio d. clem. vt licet obtinens possit consequi sequestrum, tamen non poterit tollere aliud sequestrū antea factum ad instantiam alicuius tertij, nisi eo legitime citato, & audito, & postea deueniendum erit ad hoc secundum sequestrum, & ita pluries decisum in sacra Rota testatur Put. decis. 326. 198. 244. 268. lib. 1. relatus per Ponta. de spol. lib. 4. cap. 3. num. 73.

Est æqua, & rationabilis declaratio, licet Put. in multis ex allegatis apud me impressis non dicat.

30 Limitatur † quarto, vt cesset dictum sequestrum lata sententia restitutionis in integrum aduersus rem iudicatam, Simo. de sequest. pos. decis. 4. Put. videndus, decis. 77. lib. 1.

31 Limitatur † quinto, vt dispositio d. clem. procedat, quādo tractatur de titulo beneficij, vel eius possessione, secus si agatur de priuatione, Milis in ver. sequestrum, nu. 2. vers. item, &c. vel eius membro, vel re, Capuraq. decis. 153. par. 3. Put. decis. 196. lib. 2.

32 Limitatur † sexto, dispositio d. clem. quando simul esset intentatum petitorium, & possessorium, & petitorium esset postea suspensum; quia sententia lata in possessorio intentato simul cū petitorio, postea suspenso non est diffinitiua, Butr. in rub. de re iud. Cassad. decis. 2. de sequest. pos. ibi, secus si possessorium, Milis in ver. sententia, nu. 20.

33 Limitatur † septimo, vbi is, qui sententiam obtinuisset, & se-

questrum peteret, aliam sententiam; alias contra se in petitorio reportasset, Card. in d. clem. q. 4. Io. And. ad Specu. super rub. eo. tit. vers. sed propter, & hoc quia præsumptio vnius sententiæ tollit aliam, vt ibi per eum.

34 Extenditur † hæc limitatio etiam vbi illa prima transiuisset in rem iudicatam, & iste, qui modo obtinuit via restitutionis in integrum fuisset auditus. Cassad. decis. 1. eo. tit.

35 Extenditur † secundo, idem si contra sententiam nullitas opponatur ex defectu iurisdictionis; impediretur enim hoc casu sequestratio, gl. fi. in fi. in d. clem. quam ibi Card. extollit, & dicit sing. & non esse alibi.

36 Limitatur † octauo, secundum aliquos, quod sequestratarius debeat esse vnus tantum, Io. And. ad Spec. de sequest. pos. vers. vigesimo quarto. quia d. clem. sing. loquitur, & si de pluralitate Pontifex sensisset, vtiq; expressisset, c. vnico, de clerico ægrotãte lib. 6.

37 Contrarium † seruatur in practica, vt late deducit Vestr. lib. 7. c. 3. prope fi.

38 Limitatur † nono, vt ex hac sequestratione non perdatur prior possessio per eum, qui prius possidebat: vnde monialis in alio monasterio sequestrata de mandato Iudicis non fuit audita, dũ vellet agere de spolio; cum nullam amisisset ex sequestro possessionem, Mod. decis. 198.

39 Limitatur, † & declaratur decimo, dispositio d. clem. vt si ille, qui habuit primã sententiam contra, ex qua fuit facta sequestratio obtinuisset pro se rem iudicatam, & litteras executoriales, diceretur attentare nimis propere possessionem accipiendo non seruatis debitis terminis, cum talis possessio non careat vitio attentati, seu nullitatis, si via attentati amplius agi non posset. Io. Pau. decis. 3.

40 Purgatur † tamen ex quadam æquitate facta reconsignatione possessionis saltem vni ex sequestratarijs adhibita diligentia circa omnes, Cres. decis. 16.

41 Limitatur † vndecimo, vt non incurrat pœnas d. clem. violans sequestrum subsecutum virtute sententiæ attentatorum, quæ fit interlocutoria, cum pœnæ ipsius clem. diffinitiuam tantum respiciant, Feli. in rub. de re iud. Bellame. decis. 54. Moed. decis. 319. Pute decis. 35. lib. 2. dicens Rotam auocare possessionem ex officio, absque aliqua adiudicatione, violat tamen percipiendo sciẽter fructus sequestratos, Rota Rom. nouiss. decis. 274. par. 2. solent quandoque dari remissoriæ, Cassa. d. decis. 5. in fi. de sequest. pos. & fruc.

Limi-

42 Limitatur † duodecimo, vt citatus ad concordandum de sequestratario sibi præiudicat in casu, quo impedire posset, si nominat, Pute. decis. 77. in fi. lib. 1.

43 Limitatur † decimotertio dispositio d. clemen. in profanis, in quarum prima, & secunda instantia appellare liceret, vt in tertia inanis futura esset sequestratio post rem iudicatã, nisi tamen causa versaretur super re verisimiliter difficilis recoperationis in iudicio petitorio, in qua esset frustratoria futura sententia in iure dominij, Ponta. de spol. c. fi. lib. 4. vbi etiam admittit dominij exceptionem post sequestrationem, ne interdum contingeret per calumniam excipi de difficultate recoperationis ad eluhonem iudicij petitorij si in eo æque succumberet, vt laté per eum.

44 Limitatur † decimoquarto, vt commissio fit super fructibus sequestrandis rei, de qua agitur, non autem de alijs, nisi in persona morosa, & suspecta, Stat. fol 176.

45 Limitatur † decimoquinto, vt violans sequestrum si pro purgatione mandetur possessio restitui in manibus sequestratariorum & restituat vni ex tribus adhibita diligentia, quoad alios, ita tenuit Rota in vna Barthinonensi Prioratus, vt per Crescen. decis. 16. de assen. Lancellot. de attenta. par. 3. c. 29. de purgatione attenta. nu. 36. Et sequestrator deputatus ex suspicione superuenienti remoueri poterit. Rota nouiss. lib. 3. par 3. decis. 434.

SVMMARIVM.

1 *Sequestratio, an sit licita in causa dilapidationis.*

2 *Marito dilapidante dotem, quomodo fiet sequestratio, distinguitur, numero 3.*

4 *Dilapidationis timore fit fructuum sequestratio, multo magis si à sententia appellatum sit. amplatur nu. 5. vsque nu. 11. limitatur nu. 12. vsque in finem.*

8 *Sequestrum in re immobili propriè non cadit, sed eius loco de non alienando fit inhibitio.*

Quæst. 2, secundæ par. princ.

1 QVÆRO, † an ex causa dilapidationis sit licita sequestratio? casus frequens, & quotidianus, & vtiq; sic. vnde marito dilapidante dotem fit sequestratio penes idoneã personam, l. si cum dotem, §. sin autem in extremo, vers. si verò dotẽ, ff. solu. matr. Cran. cons. 272. nu. 25. vbi hanc causam appellat iustissimam,

stissimam, latè extendendus Borgni. decis. 23. nu. 18. cum multis seq. vbi in reperto, fol. 1187. sequestrum regulariter. Franc: Marc. decis. 181. par. 1.

2 In † qua materia distinguebat Bar. in l. si constante, col. 1. in fine, in 4. oppos. sub nu. 4. ff soluto matrimonio, aut maritus dissipat bona propria, propter quæ dubitare contingat de exactione dotis, & procedat dispositio l. si constante, in principio, vt detur exactio: aut dissipat, & consumit res dotales, & fit sequestratio iuxta. §. sin autem in sæuissimo, ver. si vero dotem, & hanc opinionem sequuntur, & tenent Castr. & Alex. ibidem, Bal. in auth. quod locum, q. 5. C. de collatio. & hæc est communis opinio, in repet. d. l. si constante, post nu. 7. Et sic innuere videtur, quod ista remedia simul non concurrant. Crot. autem in citato superius loco contrarium sentit, quod immo cõcurrant, nam si dissipatur dos, in consequentiā bona mariti, qui refundere tenetur, & hanc opinionem tenet Bal. Nouellus de dotis priuile. 70 par. 6. priuil. 45. par. 7. non ex ratione Crot. prout ipse præsupponit.

3 Considerabam, † quandoque ad hoc propositum, nam si maritus dissipat bona propria, meritò datur repetitio, quia deficit principale fundamentū, quod est bona propria, in quibus est radicata omnis hypotheca, & obligatio, pro vxore, & alijs: sed quando maritus dissipat dotem non deficit fundamētum, quia remanet substantia, & propriū matrimonium mariti. potest enim, inquit Bal. in citato loco, maritus ditissimus remanere dote dissipata. vnde remanet consultum vxori, & sic satis vi sequestratio.

Et fortasse hoc modo considerando tollitur consequentia Pas. contra Bar. nu. 108. dicit enim, si potest vxor repetere dotem, cū maritus dilapidat bona propria, multo magis cum dotem ipsam; quia argumentatio nō procedit, vt supra, ni fallor, cōsiderādo, & in materia dilapidationis prædictæ, Io. Lop. in c. per vestras, c. 18.

4 Et generaliter, † vbi lite pendente timor est dilapidationis, fit sequestratio fructuum, c. pen. de sequestr. poss. & fructuum, multo magis si à sententia fuerit appellatum, & reus possessor fructus dilapidat pro suo libito voluntatis, cap. si de sequest. pos. & fruc. Lancel. in Insti. Canoni. §. pen. vbi lite pendente, bonus tex. in §. fin. de appel. Spec. in tit. de appel. §. nouissime, in princ. Franc. in c. cum teneamur, col. 3. de appel. Cyn. in l. vbi adhuc, q. 9. C. de iure dot. Nouel. reg. 199. nu. 4.

5 Ampliatur † hæc conclusio, & consequenter dispositio l. imperatores, §. fin. de appel. & c. fin. de sequestr. pos. & fruct. vt procedat, & habeat locum, siue possessor sit soluendo, siue non, quia

hoc non attenditur in cauſa appellationis, ſed indifferenter in caſu prædicto fit ſequeſtratio, Lancel. de atten. par. 2. c. 12. de atten. appellatione pendente, limit. 12. nu. 13.

Contrarium ſentit Afflic. deciſ. 188. in fine.

6 Ampliatur † ſecundo, vt ſufficiat ſola ſuſpicio dilapidationis, Abb. in d. c. pen. & fin. nu. 22. Caputaq. deciſ. 9. ſeu 158. par. 3. Addo Bart. vbi hoc reputat valde notabile in l. de pollicitationibus, Vital. in clauſu. nihil nouari appellatione pendente, circa princ. Veſtr. lib. 8. c. 4. ſub nu. 3. Hercul. de atten. c. 5. nu. 7. & ſic eſt vnus ex caſibus, in quo ſola ſuſpicio operatur.

7 Ampliatur † tertio, vt non ſolum ſequeſtrentur fructus, ſed circa bona ſtabilia fiat inhibitio de non alienando. Lancel. de attenta. par 2. c. 12. nu. 16.

Addo Bal. in l. per diuerſas. q. 9. C. man. vbi hoc reputat admodum notabile. Iaſ. in l. ſi fideiuſſor, §. ſi ſatiſdatum, nu. 7. & 31. ff. qui ſatiſd. cog. Caputaq. dec. 92. par. 2. & 158. par. 3. facit l. diuus, in princ. ff. de pet. hæred. l. ſi creditores, de priuileg. creditorum.

8 Et ſic correlariè habemus, † quod propriè ſequeſtrum non cadit in re immobili, ſed loco ſequeſtri fit inhibitio de non alienando.

9 Ampliatur † quarto notabiliter, vt dicatur dilapidare bona etiam conuertendo in vſum propriæ vitæ, Arch. in cano. & quia res, 7. q. 1. Ang. in l. diuus, de pet. hæred. Soc. reg. mihi 459. in verbo ſequeſtratio, limit. 1. & hæc eſt communis opinio. Cort. de ſequeſtr. nu. 9. latè Nat. conſil. 548. nu. 1. lib. 1.

Declara prodigaliter viuendo, Corſet. in verbo, appellatio. 2. nu. 2. & faciunt quæ dicam in limitatione de paupere.

10 In † hac tamen opinione Rota nouiſ. ſentit contrarium ſtante executione valde difficili, vt in nouiſ. deciſ. 13. par. 2.

11 Ampliatur † quinto idem in clerico habita ſummaria cognitione ipſum dilapidaturum. Aufrer. ad Tholoſ. q. 477. in fine, vbi idem ſi ſuſpicio ſit aliquem effici non ſoluendo, & depauperari, & eſt caſus frequens, & quotidianus.

12 Limitatur † primo d. l. Imperatores. §. fin. & cap. fin. de ſequeſtra. poſſ. & fruct. vt non procedat in paupere, qui eos conſumere poteſt ſequeſtratione non obſtante, nec ad illorum reſtitutionem, vel pretium tenetur. ita notabiliter Ang. in d. l. ſi fideiuſſor. §. fin. Firmian. in verbo ſequeſtratio. ver. 6. Bentncaſ. de pauper. q. 7. Spec. 4. de iu. nu. 9.

Et loquuntur in caſu ne pauper fame periret.

13 Limitatur † ſecundo, quod talis ſequeſtratio debeat fieri per

l. d. ce

Iudicem a quo ante præsentatam appellationem, aliàs post eam præsentatam fiet coram Iudice ad quem. Abb. in d. c. fin. Fran. in c. cum teneat nur col. 3. de appel. Aufrer. ad Tholosan. add. 1. 477. & Alex. a l Bart. in d. §. fin. & est communis conclusio. Maran in Spec. par. 6. in vers. appellatio, nu. 177.

14 Limitatur † tertio, vt si sequestrentur fructus, vel similia tempore peritura, tunc poterunt vendi, & pretium retineri. Bart. in l. fin. §. & infra annum, & ibi Alex. in addi. ff. de requiren. reis, bonus textus in l. Aristo. §. fi. ff. de iu. delib. in l. pro hærede, §. si quid tamen. ver. si tamen peritura. ff. de acq. hæred.

Et considera verba, non I. C. in §. fi. legis, Imperatores, vtitur verbo depopulentur, quod arguit nimiũ vitiosum excessum per iniuriam, & sine ratione discretionis, prout vastatio quædam, Cic. pro Fonteio. Prouinciæ a Tracum depopulatione defensa. Idem de auruspic. respon. Qui depopulationem meis agris intulerunt. Et summus Pontifex, in d. c. fin. ponit verbum dilapidare, quod arguit profusam prodigalitatem. Cicer. ad Ang. publicam dilapidat pecuniam.

15 Vnde abhorrere videtur vitiosum, & quodammodo inutilem, & per iniuriam excessum, non fortasse discretum, & rationabilem vsum, ponderando diligenter verba Iurisconsultorum, & Canonum. Et sic meo iudicio erit quarta limitatio.

16 Limitatur † quinto, vt dispositio d. c. fin. non habeat locum in causa principali. Io. And. in d. c. fi. Aufrer. ad q. 477.

17 Limitatur † sexto dispositio d. c. fin. vt non habeat locum, nisi lata prima sententia, & appellatione pendente, etiam si fructus dilapidarentur. Paris. asserens hanc veriorem opinionem, cõs. 41. nu. 45. vol. 1. Sal. in l. vnica. C. de prohib. sequestr. pec. glo. in l. certum. C. de rei vend. Alex. consi. 163. vol. 6. & hæc est verior, & ma-

** gis communis opinio, pulchre Anch. q. familiari. 47. nu. 13. par. 1. Ratio videtur satis vrgens, quia commodum possessionis est fructus libere percipere.

18 Limitatur † septimo, vt cesset tale sequestrum data fideiussione. Bar. in l. licib. nu. 17. C. de agricol. & censi. lib. 11. & ista cautio duo continere dēt. primum de fructib. restituendis in casu succũbentiæ, aliud de fructib. interim non barattandis, vel minuendis. Bal. & Imo. in l. diuortio. §. interdum. ff. solu. matrim. pulchre addit Alex. ad Bar. in l. Imperatores. §. fin. ff. de appellation. & ante appellationem præsentatam fit per iudicem a quo, post per Iudi-

* cem ad quem, & est communis opinio. Maran. in Spec. in verbo appellatio, nu. 177. & debet dilapidatio probari, Abb. in d. c. fin.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum an sit licitum ex causa suspicionis fugæ. & considerantur duo casus, num. 2.*

Quæst. 3. secun. par. prin.

1 QVAERO, † an ex causa suspicionis fugæ sit licitum sequestrum? & vtique sic. textus vulgaris in l. si fideiussor. §. si satisdatum. ff. qui satisd. cog. Abb. in c. 2. de sequestr. poss. & fruc. Bald. in l. creditor. ff. si cer. pet. in l. consentaneum. col. 4. C. quomodo, & quando iudex & talis suspicio solo iuramento probatur, & est communis opinio, & practica. Alex. & Claud. in l. 2. ff. solu. matrim. Soc. in l. si ab arbitro, nu. 9. ff. qui satisd. cog. concurrente iudicis arbitrio, de quo per Menoch. de arbitr. casu 87.

2 Quid † si considerentur duo casus? aut enim agitur de captura, & sic graui præiudicio, & tunc cautius procedatur, nec mero, & simplici iuramento statur; aut agitur de sequestro obtinendo simpliciter, & tunc simplex iuramentum sufficiat, & considerationes Doctorum in hoc proposito, & fortasse hoc non displicebit. Et ex prædictis infertur pariter in materia sequestri, quod si aliquis reperiatur transire pontem, vel ciuitatem, & ego recognoscam apud eum rem aliquam meam implorando officium Iudicis potero sequestrari facere, quia transeuntes sunt suspecti, ita Ang. in d. §. si satisdatum, quem valde commendat, in practica, Ioan. Lup. in c. per vestras, §. 18. circa principium, dicens quod tales semper habent pedes in tripedio.

Quæst. 4. secun. quæst. prin.

QVæro, an ex causa scandali, sit licita sequestratio, posui superius, suo loco.

SVMMARIVM.

1 *Sequestratio licita est in casu l. ab executore, C. quorum appell. quibusdam concurrentib. ampliatur nu. 2. Data tamen cautione in materia d. l. sequestrum reuocatur, nu. 3.*

3 *Captus virtute instrumenti in materia statutorum, relaxari non debet,* nec

nec decem dierum lapsus a die capturæ attenditur, facit ad materiam auth.hodie, C.de appell.nu.4.

Quæst. 5. secun. quæst. prin.

1 QVæro, † an in casu l.ab executore, C.quorum appellationes non recipiantur, sit licita sequestratio? & vtique sic, prout habetur in d.l.ab executore, his tamen concurrentibus, quæ ex intentione d l.colliguntur. Primo, quod sit appellatum ab excessu, non a sententia, quæ transitum fecit in iudicatum, prout ibi Doctores omnes præsupponunt, ex quo oritur magna prosumptio contra victum, & appellantem. Secundo, si simus in re mobili, illamet sequestratur, si in re immobili sequestrantur fructus capti tempore interpositæ appellationis tantũ, ita quod supersint, aliter sequestrari non possint, vt sentit glo.ibi, in vers. prouocationis, quod est notandum contra indifferenter sequestrantes.

2 Ampliatur † materia l.ab executore, vt etiam pendente causa nullitatis, citra vitium attentatorum, sequestratio fieri possit si subsit timor dilapidationis, Lancel.de atten.par.2.c.17.de atten. appellatione pendente, nu.146.

Ex quibus colliguntur duo. Prima est limitatio ad l. 1. C. de prohibi.sequest.pecu.vt procedat, & habeat locum ante sententiam, secus post sententiam, quæ transitum fecit in iudicatum. Secundum est, quod appellatione pendente nihil est innouandũ, l.4. ff.de appel. hoc verum si a sententia, secus si ab excessu, siue executione iniusta. Tertium etiam colligitur secundum Ang.ibi, quod fructus capti in causam iudicati pertinent ad victum, & appellantem: quia ius fundi manet penes appellantem, cõtra quem fit executio, & hoc appellatione pendente; nam ea finita missus incontinenti est constitutus possessor, licet secus in prætorio pignore, vt no.in l.a diuo Pio, §.si super, ff.de re iud.

3 Et sic † infertur in materia statutorum, quod si aliquis fuit captus virtute instrumenti, non debet relaxari, nec attenditur lapsus decẽ dierum a die capturę, quia cum continue detineatur, & molestetur, semper appellare potest, vt bene sentit Cast.in d.l. & passim occurrit, vbi instrumenta habent executionem paratã; quia semper appellare potest postquam est captus, vt Spec.no.de appel.§.1.vers non secundum emptionem, & de citationibus, §. 1.vers.quid si reus, Lancel.de atten.c.5.& 10.de atten.penden.termino ad appellaudum, nu.8.

Et

4 Et sic † ad materiam authen. hodie, C. de appella. dantur decem dies ad appellandum a die scientiæ, tamē in actu, in quo successiuè quis molestatur, prout est detineri ad districtam continuè appellare potest, nec computantur dies a die capturæ, & sæpe occurrit, & opponitur, quod limita, nisi Iudex pronunciauerit iuste captum; quia tunc a die pronunciæ appellare debet intra decem dies si sciuit, Bal. ad Spec. de appel. vers. quid si Iudex, in c. de test. de testib. Fran. in c. ex parte, de appel. Alex. in l. inficiando, §. infamis, de fur. in l eum, § in popularib. ff. de iureiuran.

5 Data † tamen cautione in materia l. ab executore, tale sequestrum reuocatur, Imo. in l. Imperatores, §. item rescripserunt, de appel. Emili. consi. 77. nu. 4. & 5. Lancel. de atten. appellatione pendente, c. 12. lim. 12. sub num. 21.

SVMMARIVM.

1 *Sequestro, an sit locus in reuocatione attentatorum.*

Quæst. 6. secun. quæst. princ.

1 QVæro, † an sit locus sequestro in reuocatione attentatorum, & ex causa notorij defectus appellantis. & vtique sic sentit Rota, decis. 14. in nouis. ibi, sed prouidendum, & c. Cassad. decis. 3. de resti. spol. & hoc procedit, & habet locum tam in beneficialibus, quàm profanis, Afflict. decis. 351. Couarru. practi. quæst. c. 29. vers. quinto, &c. prope vers. sexto, &c.

SVMMARIVM.

1 *Vsufructuario non valenti cauere, an sint sequestrandi fructus.*

Quæst. 7. secun. quæst. princ.

1 QVæro, † vsufructuarius non potest cauere in forma, an sint sequestrandi fructus, vt arbitrio boni viri capiat de manu tertij, vel alterius proprietarij, vel hæredis? & vtique sic, si persona vsufructuarij sit suspecta, Bart. & ibi sequuntur Castren. & Ang. in l. 4. sub nu. 4. vers. crederem posse, sequitur Guido Pap. q. 260. Abb. in c. fi. de pig. consi. 40. col. 3. lib. 1. Rolan. consi. 91. nu-

mero 11. vol. 1. & hæc est æquior opi. Bello. consi. 54. nu. 6. Borga. de vsufr. nu. 150. Seraph. de iuram. priu. 18. nu. 4.

SVMMARIVM.

1 *Sequestratio, an sufficiat intuitu, & lega. nomine.*

Quæst. 8. secundæ par. princ.

1 QVæro, † an in materia tituli, vt legatorum nomine caueatur, sufficiat sequestratio, & ea fieri possit in casu non cautionis? vtique sic, no. per gl. in l. postquam, in fi. glo. d. l. ff. vt legat. nom.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum, an possit obtineri in primo decreto.*

Quæst. 9. secun. par. princ.

1 QVæro, † an ex causa tenutæ, vel primi decreti possit quis facere, & obtinere sequestrum? & vtique sic, Bal. in l. si is qui, §. si antiphona, ff. de pig. ea præcipue ratione; si enim potest percipere fructus, potest etiam obtinere sequestrum, ne cum aduersario contendat, vt superius vidimus in materia scandali.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum, an sit licitum ex causa simulationis.*

Quæst. 10. secun. par. princ.

1 QVæro, † an ex causa simulationis contractus sit licita sequestratio? vtique sic. Anch. q. 47.

SVMMARIVM.

1 *Barattario, an sit causa vrgens sequestri.*

Quæst.

Quæst. 11. secun par. princip.

1 QVAERO, † reus est magnus, vt Doctores dicunt barattator, vel litigator, eritne hoc vrgens causa ad sequestrum? & vtique sic, Bal. in l. mulier. ff. de l. commisso. quem summopere commendat Guido Pap. consil. 123. in fine. dicens esse casum nouum ab alijs in locis ordinarijs non positum, & sic vides mores hominum quantum prosint, & noceant.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum, an sit licitum lite pendente cum fisco, & num. 2. & quid si esset vehemens suspicio dilapidationis, nu. 3. & quid hodie sit de consuetudine, numero 4.*

Quæst. 12. secun. par. princip.

1 QVAERO, † an pendente controuersia inter fiscum, & priuatum possit fieri sequestrum, ex l. facultas defensionis, C. de iure fisci, lib. 11.

2 Contrarium † consuluit Guido Pap. consil. 123. Bart. autem in d. l. defensionis facultas, sub num 4. distinguit, quod quædam est descriptio, quæ idem est quod incorporatio in patrimonio fisci: vt depingere arma fiscalia in domibus, & similia, & illud prohibetur lite pendente. quædam est descriptio, idest scriptura, quæ fit a tabellione, vt res non perdatur, vel subtrahatur, & ista fieri potest lite pendente inter fiscum, & priuatum, licet sequestratio fieri non possit, reputans hoc admodum notandum idem Bart. per illum tex. in l. 1. §. eligitur, ff. de ventre in possessionem mittendo, in l. fin. ff. de requiren. reis. vnde primo loco sumpta descriptio idem est, quod quædam confiscatio, Franc. Marc. quæst. 38. parte prima.

3 Declarantur prædicta, † nisi esset vehemens suspicio dilapidationis, tunc fit etiam sequestratio. Bart. in l. post contractum, in fine, sub nu. 19. ff. de donat.

4 Hodie tamen de consuetudine, & secundum quod bannimenta disponunt, fiunt inuentaria in certis casibus, maximè vbi venit confiscatio bonorum, & reo contumace, vt latè deducit Iul. Clar. in prac. 5. fin. quæst. 44. licet in hoc fiut magni abusus, & fiant in-

gentaria pro quolibet minimo vulnere, & facto, & reo in carceribus existente, & iura communia ferè omnia silent, & bannimenta omnia absorbent, vnde infelices populi passim depauperantur, & Cancellarij sitibundi, & executores canes curiarum, & excoriatores pauperum impinguantur.

SVMMARIVM.

1 *Sequestratio, an sit licita in causa contumaciæ.*

Quæst. 13. secun. quæst. princip.

1 QVAERO, † an ex causa contumaciæ licita sit sequestratio? & vtique sic: si enim deueniri potest ad tenutam, siue missionem ex primo decreto, cap. quoniam frequenter, & cap. tuæ, vt lite non contest. multo magis concedendum est, vt res sequestrentur, cum ex hoc reus non admodum damnificetur, & hic casus frequentissimus est, vt attestatur Corasius libro 3. miscel. cap. 2. in octauo casu, & sine eo hoc in practica experientia docet, & faciunt quæ dixi supra, quæstio. 9. huiusmet partis. vnde minus ex primo decreto percipit fructus, licet computet in sortem, & potest iustè sequestrationem fructuum obtinere.

SVMMARIVM.

1 *Sæuitia, an sint iusta causa sequestrationis.*

Quæst. 14. secun. par. princip.

1 QVAERO, † an sæuitia sit iusta causa sequestrationis? & vtique sic, posui superius de sæuitia viri in mulierem, quæstio. 2. de rebus.

SVMMARIVM.

1 *Sequestratio, an sit licita, si seruus proclamet in libertatem.*

Quæst.

Quæst. 15. secundæ par. princ.

1 QVAERO, † si seruus in libertatem proclamat, an sit licita interim sequestratio? vtique sic, arbitrio Iudicis, l. 1. §. super peculio, C. de asser. tollen. est casus parum in his locis, vel nihil in vsu, ob id omitto.

SVMMARIVM.

1 *Sequestratio, an sit licita in filio, vel monacho.*

Quæst. 16. secundæ par. princ.

1 QVAERO, † an id, quod in præcedenti quęstione dictum est de seruo proclamante, vendicet sibi locum in filiosfamilias, monacho, feudatario, & similibus? & vtique sic, Papien. in for. libel. in glo. 1. limit. 3.

SVMMARIVM.

1 *Sequestratio, an sit licita, stante controuersia inter dominum, & colonum.*

Quæst. 17. secundæ par. princ.

1 QVAERO, † an sit licita sequestratio stante controuersia inter dom. & colo. & vtique isto casu fructus sequestrantur, l. litibus. C. de agric. & censi. lib. 11.

Qui textus licet loquatur in ascriptitio, procedit etiam in partiario, & simplici colono, Papien. in for. libel. in glo. prima, limitatione quarta.

Sed vltra Papien. facit difficultatem in hoc proposito dispositio l. si quis conductionis, C. loc. vbi conductor non potest resticare quæstionem dominij, sed debet sine vlla mora rem conductam restituere. Ad hoc collige responsionem ex his, quæ posui in tit. de loc. & conduc. par. 6. remed. 14. vbi videre placeat.

SVMMARIVM.

1 Sequestrum est licitum, cum familiares Præsidis prouinciæ furtum passi sunt.

Quæst. 18. secun. par. prin.

1 Aliter † est casus, in quo sequestratio conceditur, cum Præsidis prouinciæ familiares furtum passi sunt: nam de hoc furto ipse etiam Præses cognoscere poterit, vsque ad litis contestationem, vt per eam actio perpetuetur, & vltra iubere poterit, vt res ablata exhibeatur, & in sequestrum ponatur, l. Senatusconsulto, in fi. ff. de offi. præsi.

SVMMARIVM.

1 Conuentio in casu non solutionis de sequestrando, an valeat. Et ad materiam instrum cameralis quid de habente debitorem obligatum, nu. 4.

2 Sequestrationis prohibitioni si lex per prouisionem derogare potest, sic et & homo per conuentionem.

3 Detentationi personæ homo prouidet.

Quæst. 19. secun. par. prin.

1 Frequens, † & quotidianus est casus, concipitur instrumentum in hunc modum, videlicet.

Quod si non fuerit de debito satisfactum, quod debitoris bona capi possint, saxiri, & sequestrari, & in solutum accipi, an valeat talis cōuentio quoad sequestrum? Videbatur quod nō, quia hęc conuentio videtur contra legem, vt in l. 1. C. de prohib. sequest. pecu. ergo non valet, vt l. pacta quæ contra, C. de pact.

2 Contrarium † videtur verius; quia si potest lex per eius prouisionem in certis casibus derogare prohibitioni sequestrationis, prout superius multos casus annotauimus, hoc idem debet posse homo per eius conuentionem, l. non impossibile, ff. de pact. no. gl. in l. 1. C. de thesau. lib. 11.

3 Præterea † homo potest prouidere super detentatione personæ, vt l. 1. C. qui bo. ced. poss. l. ob æs. C. de act. & oblig. multo fortius super sequestratione bonorum, & ita concludit Papien. in

forma

forma faximen. gl. 1. sub num. 4. & prosequendo materiam instrumentorum.

4 Quæro † ad materiam instrumenti cameralis, habens debitorem hac formula obligatum, suspicatus ne certæ illius pecuniæ, vel bona dissiparentur, aut absconderentur, obtinuit illa sequestrari, & deinde producto instrumento instabat pro executione obligationis: debitor autem offerendo cautionem petebat sequestrum reuocari, nunquid sequestrum erit reuocandum? & vtique non: & ratio videtur, quia sequestrum non erat simpliciter narrato debito, aut ob litem agitandam factum, sed pro effectu faciendæ executionis, quo casu non reuocatur sequestrum, sed opus est solutione, l. si pecunia, §. fi. & ibi Bar. ff. vt in poss. lega. & in l. consentaneum, C. quom. & quan. Iudex, Cur. ad l. vnicã, C. de prohib. sequest. pecu. q. 14. lim. 2. Galles. ad formu. cameral. q. fi. nu. 39. vnde passim practicatur, quod quando fit sequestrum virtute instrumenti puri, & liquidi, quod per cautionem non reuocatur, sed opus est effectualiter soluere, Cot. in ver. fideiussor, Prac. Corra. tit. de carcer. nu. 13. vers. item non est, Prosper Farinac. q. 33. nu. 27.

SVMMARIVM.

1 *Sequestratio, an sit licita ad effectum collusionis.*

Quæst. 20. secun. par. prin.

1 QVæro, † an sit licita sequestratio ad effectum collusionis faciendæ? & vtique sic, no. Doct. in rub. ff. de colla. bono. Archid. in cano. quia res. 11. q. 1. Io. And. in reg. locupletari, lib. 6.

Et tale sequestrũ oblata cautione reuocatũ, quis perpetuo offerre potest, gl. quã ibi sequit̃ Bar. in l. 1. §. si frater, ff. de colla. bon.

SVMMARIVM.

1 *Sequestratio, an sit licita ex causa suppositi partus.*

Quæst. 21. secun. par. prin.

1 AN † ex dubitatione suppositi partus sit licita sequestratio? vtique sic, sentit Bosss. de par suppos. nu. 6. & nu. 23.


SVMMARIVM.

1 *Sequestratio, an sit licita in declarato herede.*


Quæst. 22. secun. par. prin.

1 AN † sit licita sequestratio, quando quis est declaratus hæres, et res, de quibus est dubium, sequestrentur? vtique sic. Bal. in l. fi. C. quib. ad libert. proclam. non licet.

Partis Secundæ Finis.



PARS



PARS TERTIA DE SEQVESTRO.

SVMMARIVM.

1 *Sequestri substantialia, quæ sint.*

1 

VAERO, † quæ requirantur ad substantiam veri, & legitimi sequestri. & Guido Pap. q. 246. plura ponit requisita ad substantiam ipsius sequestri. Primum, quod saltem summarie constet de iure ipsius creditoris sequestrãtis, ita quod in prõptu de iure suo fidem faciat, l. cum proponas: ibi, & cum tuum esse debitorem constat, vbi gl. in ver. constat, & post eam Bar. ibi. sub nu. 4. vers. veritas est, & Castren. sub nu. 2. vers. item non requiritur, dicunt quod ad obtinendum primum decretum sufficit non exacta probatio, immo summaria per simplex iuramentum, sed ad consecutionem secundi decreti requiruntur plenæ probationes. ad idem gl. in l. Fulcinius, §. 1. ff. ex quib. cau. in poss. eatur, in ver. oportet, Bar. in l. finita, §. Iulianus, ff. de dam. infec. in l. 3. §. fin. per illum tex. C. vbi in rem act. Maran. in Spec. in ver. de iud. ord. & summar. nu. 67. & in ver. contumacia, nu. 10.

Per quę iura, & authoritates fortasse ad propositum dici posset, aut tractatur de sequestro simpliciter obtinendo, & sufficit quælibet summaria cognitio: aut de sequestro relaxando, & tunc plenæ probationes requiruntur, & si timetur de celeri transumptione, capitur informatio etiam parte non citata, Abb. in cap. cum dilectus, in fi. de sequest. poss. & fruc.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum, an requirat debitum instrumentale, & num. 2. & 6. item num. 7. & 8.*
3 *Captura personæ, qualem probationem requirat.*
4 *Suspecta persona ad sequestrum sufficit absque publico instrumento.*
5 *Sequestrum ad obtinendum aliqua summaria causæ cognitio sufficit.*
9 *Sequestra pro obtinendo, quò recurrendum.*

Quæstio Secunda.

1 SEd vtilis est indagatio, † an ad obtinendum sequestrum requiratur, vt de credito constet p publicũ instrumentum? & Bar. per illum textum in l. litibus, nu. 1. & in l. iubemus, alias per hanc, num. 6. C. de erogat. milit. anno. lib. 12. tenet quod sic. Gram. consi 27 num. 2.

2 Contrarium † tenet Io. de Platea in d. l. per hanc. Abb. in c. 2. col. fin. num 8. de sequestr. poss. & fruc. Imo in l. Imperatores, §. prope finem. ff. de appel. Alex. & Ias. in l. si fideiussor. §. si satisdatum, vbi Alex. nu. 8. Ias. nu. 12. ff. qui satisda. cogan. Corset. in ver. sequestrum. Cur. q. 12.

3 Ea precipue ratione, † nam si in captura personæ, vbi de maiori præiudicio agitur non requiritur ita exacta probatio, vt p Ange. in l. nemo carcerem. C. de exact. trib. lib. 11. multo minor probatio erit necessaria in sequestro obtinendo.

4 Secundò loco † secundum Ias. & alios in l. si fideiussor. §. si satisdatum. ff. qui satisd. cog. vbi persona erat suspecta, & hoc solum sufficit ad sequestrum absque aliquo publico instrumento.

5 Vnde † sufficit aliqua summaria causę cognitio ad sequestrũ obtinendu, prout diximus superius de primo decreto, & tradũt oẽs superius citati, ex Bal. in l. 1. col. fi. C. de prohib. sequestr. pecu.

6 Nec † obstat tex. in l. litib. in qua primo loco se fundat Bar. qa bene considerando probat contrarium, nam ibi colonus refricabat quæstionem dominij, & negabat, & fit sequestrum, licet de credito non constet per aliquod instrumentum.

7 Fallit † in casu l. iubemus, aliás l. per hanc, in quo est casus specialis: primo erat salariũ, quod præstabatur de publico militibus, item erant de numero triginta, item erant absentes.

8 Fallit † secundo in casu census; nam non fiunt sequestra, nisi constet per publicum instrumentum, secun Foller. in practica cẽsus, prope finem, num. 4.

Cum

9 Cum igitur volueris obtinere sequestrum, recurras ad materiam primi decreti, & ex quibus causis poteris obtinere primum decretum, poteris impetrare sequestrum: crederem tamen, et dixi, quod in relaxando sit cautius agendum.

S V M M A R I V M.

1 *Citatio partis in sequestro obtinendo, ali requiratur.*

Quæstio Tertia.

1 Tertium † requisitum est, citatio partis, quæ in sequestro obtinēdo requiritur. ita sentit Guido Papæ in alleg. q. req. 2.

Addo quod clarius hoc firmat Arch. in cano. quia res, col. penult. 11. q. 1. Io. Andr. in reg. locupletari. col. fin. de reg. iu. in mercurial. Ang. Aret. in l. Imperatores. §. fin. ff. de appel. Card. in clemen. 1. q. 22. & 25. de sequestr. pos. & fruc. Alex. consi. 6. nu. 9. vers. non tenuit. vol. 4. vbi hoc commendat Rui. consi. 173. col. 7 vol. 1. Dec. in l. fi. nu. 7. C. de edic. diui Adri. tollen. Ant. Gab. conclu. 1. de cit. ampl. 79. nu. 275.

Limitatur, nisi adsit suspicio fugæ, quia tunc fit sequestrum parte non citata, ne instruatur. Bal. in l. si fideiussor. §. si satisdatum, num. 3. Alex nu. 3 Ias. numero 10. ff. qui satisd. cog. & alij superius allegati.

Hodie tamen fiunt sequestra indifferenter, bene tamen in relaxatione iustificatur creditum, & adhibetur citatio partis.

V. Leon. de sequest. jud. part. 1. Sequest. 13. n. 46.

S V M M A R I V M.

1 *Sequestrum petens, ad sui iuris conseruationem, & non calumnia causa, & cum iuramento facere debet.*

Quæstio quarta.

1 Quartum requisitum, † vt is, qui sequestrum petit faciat ad sui iuris, vel debiti conseruationem, & non causa calumniæ, vel æmulationis, & hoc iurare debet ante omnia, parte instante, & Iudice deferēte, ex no. in l. de pupillo. §. qui opus, vbi Ias. in 1. & 2. notab. ff. de noui ope. nunc. & facit l. qui bona. §. penul. & fin. ff. de dam. infec.

Et

Et bonum esset hoc, vt in practica seruaretur, quia sæpe fiunt multa sequestra mendicata, & studiose ad aliquid impediẽdum, non ad iuris conseruationem, pulchre Bal. in l. non idcirco. C. de contr. emptio. in l. si post. C. de euic. Bal. cõsi. 197. vol. 1. & 249. vol. 3. Afflic. decis. 369. Machel. patroc. 5. nu. 4. Borgni. decis. 2. in principio.

Quæstio Quinta.

QVintum requisitum est, quod ex persona debitoris, vel alterius, cui sit sequestrum, emanet aliqua suspicio, vel causa, de quibus in præcedenti parte diximus.

SVMMARIVM.

1 *Sequestri ad esse requiritur quòd sit in iudicium causa deducta.*

Quæstio Sexta.

1 SEd † nunquid ad esse sequestri requiritur quod causa sit in iudicium deducta. tangit glo. Do. Io. Pau. Lancel. in §. penult. vt lite pendente, tamen non resoluit. crederem, quod non, cum sufficiat de causa etiam in iudicium non deducta, considerando tamen supradicta requisita contrarium innuere videntur. cum omnia respiciant actum iudicialem.

SVMMARIVM.

1 *Iudex competens, in causa sequestri quis sit.*

Quæstio Septima.

1 QVæro, † quis sit iudex competẽs in causa sequestri, & quã maxime, an iudex secularis sit competens in causa laici & vtique regulariter non, sed coram iudice Ecclesiastico est agendum, iuxta not. in c. si diligenti, de fo. comper. Anchar. consi. 42. nu. 20. & 30. late Borgni. decis. 3. sub nu. 26. par. 1.

Ampliatur hæc conclusio notabiliter, vt sequestrum iudicis incompetentis non priuet quem possessione sua, vel saltem competit spolium. Anchar. consi. 148. quem sequitur Dec. consi. 125. col. 1.

col. 1. Cas. consil. 48. Gomes. in reg. de annal. quæst. 46. vbi ex mente Dominorum de Rota reprobat consi. Gemin. 78. colum. 5. sentit Hieron. de Monte, quæst 23. nu. 4. Butr. in cap. conquerente, de restit. spol. Felin in cap. dilectus, colum. 1. de rescrip. Ripa in §. nihil commune, nu. 59. Crauetta cons. 302. sub nu. 4. ver postet. Ant. Gabr. de restit. spol. conclus. 1. nu. 130. Menoch. de recuper. poss. remed 8. nu. 11. vbi limitat, dummodo clare constet de incompetentia, aliàs præsumitur error.

Limitatur hæc conclusio, nisi sit periculum in mora, quia nedum sequestrum, sed & captura per Iudicem laicum fieri poterit. Abb. in cap. cum non ab homine, de iud. Ioan. Lopes in legibus Regn. Toron. l. 66. nu. 27. Rebuff. in comment. tomo 1. artic. 6. glo. 3. num. 75.

SUMMARIUM.

1 *Sequestrum de re aliena factum, non valet, ampliatur, nu. 2. 7. 8. & 9.*
3 *l. terminato, C. de fruct. & lit. expen. limitatur.*
4 *Expensæ iudiciariæ, an in sententia apponi debent, interesse vero principale etiam post peti potest.*
5 *Prohibens me vti re mea, turbare dicitur.*
6 *Turbatur etiam, qui per litteras iudiciarias vti sua possessione impeditur.*

Quæstio Octaua.

1 QVÆRO, † an sequestrum in re aliena factum valeat, & subsistat? videtur quod non, sed debet esse, & fieri in proprijs bonis debitoris. Strac. de assecur. nu. 54. Rebuf. in comment. tomo 1. art. 6. glo. 3. nu. 52. clare firmat Alex. consil. 6. nu. 1. vol. 4.

2 Ampliatur † hæc conclusio, vt talis sequestrans teneatur ad omnia damna, & interesse domino rei indebite sequestratæ. Bald. in facti contingentia, consil. 240. quidam mercator, vol. 3. sequitur Petr. de Vbal. de duobus fratr. par. 8. nu. 30. Stracch. de merca. tit. quomodo procedatur in cau. mercat. nu. 18.

3 Vbi † vult etiam quod si Iudex in sententia reuocatoria sequestri hoc omiserit, tamen non præiudicatur quin postea ex interuallo peti possit, ad limitationem l. terminato. C. de fruc. & lit. expen. Sebast. Med. de Cas. par. 2. q. 3. in fine.

4 Ex quo consilio Bal. duo colligi videntur, quod aut loquimur in expensis iudicialibus, & debent regulariter in sententia apponi; aut loquimur de principali interesse, quod est pretium rei

impeditæ.

impeditæ, & tunc etiam post sententiam ex aliquo interuallo peti poterit.

Secundum, quod colligitur ex doctrina Bal. in citato iam lo-
5 co, † quod prohibens me vti re mea, dicitur turbare, ad idem glos. in l. si conti. §. Aristo. ff. de serui. vend. Bart. in l. 1. §. hoc interdictum. ff. vti possidet. colum. 2.

6 Vnde † turbatur is, qui per litteras etiam iudiciarias impeditur, ne sua possessione vtatur. Innoc. in c. licet, col. 3. nu. 13. de [illegible] Rebuff. ad reg. constit. tomo 3. de mater. poss. art. 1. gl. 2. du. [illegible] Menoch. de retin. poss. remed. 3. nu. 487.

7 Ampliatur † secundo, vt si mercator vendiderit pannum, vel [illegible] vel quid simile alicui, & ille alteri tradiderit, donauerit, vel alio iure [illegible], vt pater filiæ, frater sorori, non poterit mercator sequestrare bona ipsius filiæ, vel sororis. Roman. consil. 488.

8 Negari † sanè non potest, quin probe Roman. ait, aliquantulum iniqua non sit talis sequestratio, nihilominus succurrit etiam [illegible] defraudetur re, & pretio, vide in omnem casum prouidet. ante enim rei traditionem pro pretio non soluto [illegible] [illegible] §. offerri. ff. de act. emp. gl. in verbo res, in §. venditæ. Instit. de rerum diuis. vbi Port. nu. 7. Negus. de pign. in 4. memb. 5. par. limit. 2. nu. 3. post rem traditam, adhuc tamen pretium non soluto datur contra quemcunque possessorem rei vendicationem, l. procuratoris, §. planc. ff. de tribu. vbi Alber. in sua distinctione dicit, quod si mandaui tibi centum, vt emas certam rem, datur mihi persecutio contra quemcunque possessorem, & præferor omnibus personalem tantum habentibus. Fab. de emp. & vend. q. 5. princip. sub nu. 3. §. vers. quarta circumstantia. cum igitur in casu Roman. repetitur penes illum res per me venditæ, & adhuc pretium non sit solutum, prout ibi præsupponitur, contradicere non debet, non dico actione personali, sed vt quodammodo mediante sequestro nascatur, & caueatur pretij solutio.

9 Ampliatur † tertio, vt tale sequestrum fieri non possit in præiudicium anterioris, & primi creditoris, iuxta not. in l. 1. C. si antiq. credit. Alex. cons. 6. vol. 1. Ang. de Gambil. cons. 55. col. 56. nu. 13. faciunt, quæ superius dixi in materia oblationis. Simon de Pe. [illegible] inter consil. criminal. cons. 49. nu. 16. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 Sequestrum in re immobili, an valeat.

Quæstio Nona.

1 QVæro, † an in re immobili fieri possit sequestrum? & videtur quod non, cum in re mobili consistat propriè sequestrum. bene verum est, quod si debitor sit forensis, vel extra territorium, & dubitetur de alienatione bonorum ad hoc ut consulatur creditoribus, poterit iudex interdicere alienationem bonorum immobilium, sicut posset sequestrare mobilia. ita dicit in practica notandum, Cur. de sequest. q. 11. Rebuf. ad Reg. const. art. 5. glo. 3 nu. 48. Borgni. decis. 3. sub no. 39 par. 1. & est casus frequens, & quotidianus.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum factum excusat debitorem ad diem non soluentem & a pœna & a iuramento. fallit, nu. 2. et 3.*

4 *Sequestra sæpe studiose fiunt, ut debitores se excusent.*

5 *Sequestri quodammodo species est in materia euictionis, ut in limine contractus imminere dicatur.*

6 *Euictionis periculum imminere venditori, ad quid obiici possit. Et de versuta cautela, et quomodo euitetur, nu. 7. 8. 9. 11. et 12. quod periculosa sit. nu. 10.*

13 *Sequestrum si fiat emptori de pretio per eum debito, an dicatur imminere euictio in limine contractus, sicut quando mouetur quæstio super re vendita.*

Quæstio Decima.

1 QVidam † erat obligatus cum iuramento soluere ad diem sub certa pœna, fit sibi sequestrum, an non soluendo excusetur? utique sic, & a pœna, & a iuramento, posui late ad trac. de loc. & conduc. par. 2. de loc. ad longum tempus. q. 6. princip. declaratione 9. ubi videre placeat. Galles. ad for. Camer. par. 4. q. 3. nu. 3. & Gui. Pap. decis. 443. no. 2. Affl. decis. 328. decis. 159. numero 26.

2 Fallit, † quando esset factum post moram commissam. Affl. decis. 150. Rota Gen. 61. nu. 6. decis. 206.

3 Fallit, † secundo in sequestro nulliter facto non seruata forma statuti, Gra. consi. 28. ubi etiam factum principalis non impedit conuenire fideiussorem, & econtra.

Fiunt

4 Fiunt † autem quandoq; huiuſmodi ſequeſtra ſtudioſe, & dedita opera ad fauendum debitoribus ne ſoluant, & ſemper allegent excuſationem ſequeſtri, vnde multi, prout etiam ſuperius tetigi, q. 3. hac eadem parte, deferunt iuramentum ſequeſtratori ſuper tali ſequeſtro, & ad detegendum fraudem, & malitiam, & ſi iurare recuſauerit, condemnabit ſtatim debitorem ad ſoluendum, & condemnabit ſequeſtratorem in omnibus damnis, expenſis, & intereſſe. Bal. in l. non idcirco C. de contrahen. empt. in l. ſi poſt. C. de euic. Cur. de ſequeſt. q. vlt. verſ. ſed pone. facit textus in l. manifeſtæ turpitudinis, de iureiurando, Bal. conſ. 197. quidam mercator. vol. 3. Affl. deciſ. 369. Machel. patrocin. 5. ſi vero iurauerit excuſatur debitor ſi non ſoluat ſtante ſequeſtro ex allegat. in principio huius quæſtionis, & in d. limit. in noua ad trac. loc. & conducti.

Et ſic non ſemper debemus recurrere ad cautionem pro reuocandis ſequeſtris, & ſi adhiberentur huiuſmodi remedia, cautius fortaſſe procederetur in ſequeſtrando, nec credo aliquem adeo immemorem ſalutis æternæ, vt pro alio peierare velit.

5 Et † ſequeſtri quodammodo ſpecies eſt in materia euictionis, vt dicatur imminere in limine contractus, nam emptores verſuti, & callidi, cum fidem fallere exoptant, ne tempore præſtituto rei emptæ pretium ſoluant, cum ſolutionis tempus prope eſt, curant amici, & interpoſitæ perſonæ nomine litem ſuper re ab

6 eis empta moueri, † ita vt obiicere venditori poſſit euictionis periculū imminere, atq; ita cogi non poſſe pretium rei ſoluere, niſi ſaltem datis fideiuſſorib. l. ex his prædijs, l. ſi poſt perfectam. C. de euic. l. habitationum. §. ſi ff. de peric. & commodo rei vend.

7 Quam † verſutam cautelam venditores volentes conſequi eorum pretium primo modo præſtita fideiuſſione, vt not. omnes in l. a diuo Pio. §. ſi poſt, vbi Iaſ. nu. 2. de rei vend. Socin. ſen. conſilio 208. col. penul. ver. ſecunda defenſio, lib. 2. Natta conſ. 27. nu. 15. & 16. quamquam parum prodeſt fideiuſſio, cum euidenter euictionis periculū imminet, vt apud Iaſ. loco citato, nec perpetua ſemper eſt huiuſmodi defenſio, cum non omnes fideiuſſionem aliaſque cautionem præſtare poſſint.

8 Secundo modo † euitatur ſupradicta cautela, vt fiat denunciatio venditori ſuo authori litem ſibi motam, quia vbi ſoluēdo eſt euictionis periculum imminere non dicitur Affl. deciſ. 171. quæ ſemper non prodeſt attenta hominum inopia.

9 Tertio † modo euitatur huiuſmodi cautela, vt implorato Iudicis officio, ad quod ſpectat fraudibus occurrere. l. hæc autem, in prin-

in prin.ff.si cui plus quam per l.Falc. deferre iuramẽtum emptori, an studiose curauerit litem moueri, ita Curt.sen. in l.vnica in fi.C.de prohib sequest.pecu.Soc.sen.d.consi.208.col.penult. ver. secunda defensio,lib.2. & si detegeretur calumnia,emptor repelleretur, Neuiz.consi.37.

10 Verum † hæc cautela periculosa est ex his, quæ paulò ante diximus, quoniam emptor ita pronus erit ad iurandũ,quemadmodum iniquè litem moueri curauit, & sentit Bald. in d.l & si post perfectam, dicens hodie, iuramenta hæc parui pendi, si tamen iuramentum esset deferendum, melius esset actori litem mouenti deferre, an ab aliquo requisitus litem mouerit, nam is facilius rei veritatem iurabit, cum tanti sua non intersit.

11 Quarto modo † euitatur huiusmodi cautela, & fraus emptoris allegando id per dolum factum, ne pretium soluat, quem dolum, & fraudem coniecturis probare poterit concurrente Iudicis authoritate, attenta qualitate personarum, & facti. Cur.sen. in citato loco, qui subdit bonum esse habere Iudicem propitium, sicut & in alijs arbitrarijs causis, et docuit Abb.in c.1.nu.15.de const. Menoc.de arb.iu.Cast.224.Cabal.de euic.§.2.nu.8.9. & 10.

12 Et † admodum vtile esset ad mouendum animum Iudicis cumulare simul hęc duo vltima remedia, & ad conuincendam malitiam emptoris, & pariter insimul ad mouendum animum Iudicis, & late vltra Caballi. & Menoch. in citatis iam locis Fabi. de emp. & vend.q.6. princ.in 13.casu, nu.51.Borgni.decis.4. propè finem, parte prima.

13 Sed illud vidi in dubium quandoque reuocatum, † an si fiat sequestrum emptori de pretio per eum debito, dicatur imminere euictio in limine contractus, sicut quando mouetur quæstio super re vendita. & vidi hunc casum disputatum, & cõclusum quod non, quia pretium non ita afficit, sicut quæstio super re ipsa.

Et sequestrum non inducit litis pendentiam. Hercu.de atten. c.6.nu.49.vide infra par.4.q.13.

SVMMARIVM.

1 *Modus procedendi in sequestro.*

Quæstio Vndecima.

1 QVAERO, † quis modus erit in procedendo facto sequestro? Distinguendum videtur, aut sequestrum est factum contra ius, & tunc petitur eius reuocatio officio Iudicis, aut

de facto factum, de facto reuocetur; si verò est factum in aliquo casu a iure permisso, tunc aut est factũ de re immobili principaliter, aut de fructibus eius, si de re ipsa, tunc ille, qui impetrauit sequestrum debet producere libellum suum super re exprimendo ius, quod prætendit sibi cõpetere super re ipsa, & facere suas probationes ac si nullum sequestrum factum fuisset, iuxta reg. authen. offeratur. C. de lit. contest. & in l. si actor. C. de prob. si verò sequestrum est factum de fructibus tantum ipsius rei, & tunc aut fuit factum libello iam oblato, & lite pendente super re ipsa, & tũc procedatur solum in causa super re ipsa, & secundum euentum sententiæ disponetur super relaxatione sequestri, vel consignatione. l. si oleum, cum ibi not. per Bar. de dolo. aut fuit factum nulla præcedente lite, & tunc dabitur libellus, & cognoscatur de iure agentis, prout in alio casu dictum est. Vnde iudex facto sequestro præfigit terminum actori, hoc est illi, qui impetrauit sequestrum, deducendi iura sua, quod si non fecerit sequestrum reuocabitur: idem seruabit iudex si reus fideiussorẽ dederit, propter quod sequestrum reuocabit. late Papiens. in form. saximen. in verbo, audeat. nu. 6.

Et sic ex hoc discursu, & præcedenti colligitur, ꝙ non semper requiritur fideiussor ad reuocandũ sequestrum: nam sequestrum mendicatum, cum de hoc constare incipit ipso facto reuocatur sine aliquo fideiussore, sic sequestrum de facto, prout in principio præsentis quæstionis diximus, vnde Iudices non debent esse admodum cursiui in requirendis fideiussoribus, sed prius diligenter inspicere qualitatem sequestri, quia multis onus, & difficile est inuenire, & dare fideiussores. Bene facit Rota nouissima decis. 97. par. 3. lib. 2. quod sequestra cum sint odiosa frequenter veniunt reuocanda, & quando sequestrum est obtentum a Iudice non habente iurisdictionem reuocatur simpliciter, etiam non data fideiussione in forma, idem decis. 29. par. 3. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Nuncio referenti intimatum, & acceptatum sequestrum, an credatur.*

Quæstio Duodecima.

1 Refert † nuncius baiulus, seu cursor, quod intimauit sequestrum Sempronio, & quod ille acceptauit, credetur ne? vtique sic, cum simus in dependentibus ab eius officio, sicut

cut creditor quando refert citatum dixisse, nolo venire, & ita fuit tantum in vna Romana sequestri, vt per Put. decis. 187. lib. 3. & decis. 6. de sequest. Granu. theorema. 18. sub nu. 16.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum tacens nec petens illius reuocationem post præsentationem sibi factam, an sibi præiudicet.*

Quæstio Decimatertia.

1 PRacticabilis, † & sæpius in facto occurrit quæstio, & similis est præcedenti, ego creditor Sempronij curaui præsentari sequestrum debitori ipsius, quo sequestro præsentato tacet, nec curat per multos dies illius reuocationem, an videatur consensisse? & vtique sic, ex doctrina Bart. in l. si filiusfamilias. la seconda ff. ad Maced. clarius & melius in l. quo enim, §. 1. ff. rem ratam haberi, in l. si tabernam. §. idem quæsijt. ff. de pign. in l. Publia, in fi. ff depos. Mattesil. notab. 22. vbi appellat hanc doctrinam mirabilem, hoc etiam in practica valde commendat Marsil. singu. 344. taciturnitas, vbi quamplures allegat. est casus frequens, & valde quotidianus, & habui pluries in facto.

SVMMARIVM.

1 *Instantia sequestri, quando pereat in equa sequestrata.*

Quæstio Decimaquarta.

1 DVo † petunt equam sequestratam, quæ tandem moritur, an instantia pereat? vtique sic. Ioã. Marolon. in promptua. iur. nu. 32. Bonacossa, de equo, q. 8.

SVMMARIVM.

1 *Iudex delegatus, an possit facere sequestrum.*

Quæstio Decimaquinta.

1 QVæro, † an Iudex delegatus possit facere sequestrum, vel depositum? distinguitur, aut loquimur ante litem contestatam, & non potest, aut post litem contestatam, & tunc potest. Bal. in c. 1. col. 5. de sequest. poss. & fruc. Butr. in cap. penul. contra. Fran. in c. significante. col. 3. de appel.

Id autem, quod dictum est ante litem contestatam, fallit in delegato Principis, quia etiam ante litem contestatam potest facere sequestrum, vt not. in c. 2. de dolo, & contu. Firmian. in verbo delegatus. vers. delegati officium.

S V M M A R I V M.

1 *Sequestrum faciens ad quid teneatur.*

Quæstio Decimasexta.

1 FAciens † sequestrum sine causa ad quid teneatur? inter alia actione iniuriarum, l. iniuriarum, §. si quis prohibeat, in fine, ff. de iniur. l. qui pendentem, in fi. ff. de act. emp. Boer. in singul. in ver. sequestrario, nu. 7. & dicitur etiam turbare, prout dixi superius in hac eadem parte, q. 5. & ponit Felin in c. licet causam, nu. 11. de prob. Rom. consi. 341. nu. 1. lib. 2. Paris. consi. 126. nu. 5. lib. 4. Menoc. de retinen. poss. remed. 3. nu. 475.

S V M M A R I V M.

1 *Sequestrum obtinens, an possit intentare aliud remedium. ampliatur regulæ, vt si per primum remedium esset plenè consultum vt non sufficiat. & alijs modis, num. 3. 4. 5. 10. 15. declaranturque omnia, num. 16. & 20.*

2 *Sequestro facto, ad capturam personalem ire licet.*

6 *Romanus ex consilio 133. duo notabilia in practica colligi. & numero 7. & 8.*

7 *Auth. quod semel, C. quomodo & quando iud. intellectus.*

9 *Processu in summario, vel executiuo partes renunciare non videntur, dato quod expresse consenserint.*

11 *Iuramenti ratione instrumento appositi pro eadem causa ecclesiasticus*

adiri

adiri potest, etiam cumulatiuè, numero 12.

13 *L. vbi cœptum, de iud. intellectus.*

14 *In Clem sæpe, quare ponatur, partibus, in plurali.*

16 *Pignori hærens ad capturam venire non potest: & an, & quando prohibeatur vti sequestratione, missione in possess. & alijs remedijs, numero 17. & 18.*

19 *Reus tenutam, vel primum decretum passus ad releuandum tenutam cogi non potest.*

Quæstio Decimaseptima.

1 PVLCHRA, † vtilis, & practicabilis est quæstio, Creditor obtinuit sequestrum in bonis debitoris sui, poteritne hoc non obstante agere, & intentare alia remedia pro consecutione sui crediti? hæc quæstio includit in se practicabilem materiam, an electa vna via liceat redire ad aliã, maxime in executiuis, & tam corã eodemmet Iudice, quàm diuersis Iudicibus.

Regula igitur est, quod si actor elegit vnam viã, puta est missus in possessionem, vel habuit tenutam, an possit eligere aliam faciendo cap. personam, quam ponit Bart. in l. consentaneum, q. pen. nu. 17. C. quomodo & quando iudex, & ita passim obseruatur, teste Gaill. ad formul. Cameral. par. 3. q. 2. nu. 2.

2 Ampliatur primo, † vt facto sequestro liceat ire ad capturam personalem, nec vnum impediat aliud, vt in terminis sequestri tenet Bald. in l. vnica, C. de prohibi. sequest. pecu. in l. qu. legati, per illum tex. C. vt in possess. leg. in auth. quæ supplicatio, C. de precibus Imper. offer. in l. fin. §. sed si cum Seio, ff. si cer. pet. in l. si ignorare, in fine, C. de resti. milit. Angel. in l. nemo carcerem, C. de exac. trib. lib. 11. Dec. in l. iubere cauere, in fine, ff. de iurisd. om. iud. in l. creditor, la seconda, col. 1. vers. ad hoc, ff. si cert. pet. late Marsil. in l. vn. ij, §. fin. num. 36. vers. pro quo, ff. de quæst. pulchrè Vinc. Franc. decis. 200. nu. 3.

3 Ampliatur secundo, † etiã si per primum remediũ esset plene consultum; quia hoc nõ sufficit, sed requiritur satisfactio. ita contra Ang. tenet Ias. in l. 1. sub nu. 13. ff. si quis ius dicen. nõ obtemp. vnde dicit ibidem, quod inhærens pignori non potest venire ad capturã psonę ex c. suspicionis, sed bene vt sibi plenarie satisfiat.

4 Ampliatur † tertio, vt etiam si quis sit plenarie satisfactus ex primo, & secundo decreto, adhuc tamen agere potest pro spretis præceptis. ita Bal. in d. l. 1. §. is videtur, per glo. ibi, quam reputat notabilem.

5 Ampliatur † quarto notab. quod si sumus in causa executiua, & iudex processerit ordinarie, quod pars si expresse non consensit poterit mutare, & redire ad viam executiuam. ita pulchre Roma. consi. 133.

6 Ex † cuius consilij decisione duo notabilia in practica colliguntur. Primum est, quod si ex forma instrumenti possum de facto te capi facere, si detur tibi terminus ad soluendum, hoc non est præiudiciale, sed videtur factum ex quadam vrbanitate; quia nemo est cum sacco paratus.

7 Secundum † est intellectus ad auth. quod semel, C. quomodo, & quando Iudex. quia cogitur quis persistere in actione proposita, nec eam mutare potest, sed bene potest mutare modũ, & isto est intellectus ad auth. qui semel, secundum Rom. in cit. cons.

8 Verum † circa principalem decisionem factam in alleg. consi. videtur dubitandum; quia Rom. intendit posse mutari iudicium, si Iudex processerit ordinarie sine expresso consensu partis, quod difficile reputatur ad imaginandum, & credendum, vt ego sim actor, Iudex incipiat iudicium me ignorante, vt bene considerauit Galles. ad formul. Came. par 3. q. 2. nu. 6.

9 Sed † dato fortius quod partes expresse consenserint, non per hoc videntur renunciare processui summario, vel executiuo, qui fauorabilior est. Bal. per illum tex. in l. 3. ff. de milita. testam. late Maran. de ord. iud. dũ tractat de causa summaria à nu. 87. cũ seq.

10 Ampliatur † quinto, vt talis mutatio fieri possit coram diuersis iudicibus, & diuersi Iudices adiri, vt late deducit Ias. consi. 9. in 2. resp. & consi. 28. vol. 1. Ant. Gab. de iud. concl. 1. nu. 31 limi. 11.

11 Addo, † quod ratione iuramenti in instrumento appositi pro eadem causa poterit dici Iudex ecclesiasticus, & non solum alternatiue, & electiue, vt late post alios multa ad id cumulans, & adducens Seraphi. de iuram. priu. 67.

12 Addo, † sed etiam cumulatiue. ita, vt vno, eodemque tempore pendente lite super vna re coram Iudice laico, poterit pariter adiri Iudex ecclesiasticus, nec obstabit in aliquo litis pendentia, vt late reducit Ias. consi. 9. in 2. dub. num. 3. volum. 1. sentit implicite Euerar. in loco à vi iuramen. sub nume. 38. dicens, hoc summe notandum.

13 Declara vltra Gab. in cit. loco † ad intellectum l. vbi cœptũ, ff. de iud. quod data contumacia Iudicis, vel rei conuenti potest actor mutare iudicium de ordinario in executiuum, & de vno Iudice in alium, nec obstabit exceptio litis pendentiæ. ita limitat Abb. dispositionem l. vbi cœptum, in c. ex tenore, de rescrip. & sequitur

quitur ibi Fel.col.9.versi.l.vbi cœptum,& in c.dilecti,col.pen.de foro comp.Feli.in c.cum M.col.13.vers.extra gl.de const.Corse. in sing.suis,in ver.iudicium.

14 Et † hinc potest sumi fortasse ratio,quare in tex.clemen.sæpe, positum fuit partibus, numero plurali.

15 Ampliatur † sexto, vt non solũ liceat mutare de persona vnius Iudicis ad aliam, sed etiam à principali debitore in fideiussorẽ, & econtra.vnde lite pendente contra fideiussorem non impeditur executio contra principalem,nec econtra,l.fin.& ibi Bal.no. C.de fideius. & licet sit actum hypothecaria contra debitorem, vel alium,non est liberatus fideiussor,quæ bene notanda dixit in pract.Alex.ad Bar.in l.hæres,§.quod si stipulator, littera C.de fideius.& cessio principalis non prodest fideiussori,d.§. quod si stipulator,vbi Bal.dicit notab.& sing.Ange.Aret.in §.fin. per illum tex.Insti.de replica. Guid. Pap.decis.211.prope finem,late Bru. de cessio.bon.q.8.prin.vbi etiam de quinquennali.

Cui addo late pertractantem,nec ab eo alleg.Mars.de fideius. q.36.& 37.

Declarantur prædicta aliquibus modis, & primo ex his, quæ

16 no.Bal.in l si creditor,ff.si cer.pet. † quod hæres pignori non potest venire ad capturam,de quo dixi superius.ampliat.2.cui addo,quod hoc dictum non procedit in peremptorio sententiæ,itẽ non procedit quando agitur contra contumacem, contra quem plura remedia cumulari non prohibentur, & ita sentit Bald. in l. vnica.C.de prohibi.sequest.pecu.& ita hoc dictum Bal.in l.si creditor,videtur declarare Alex.ad Bar.in d.l.consentaneum,sub nume.17.littera I. C.quom.& quan. iudex.

17 Vnde, † aut debitor est contumax, vel non. primo casu hæres pignori non prohibetur vti sequestratione, missione in possessionem,& alijs opportunis remedijs pro plenaria crediti cõsecutione.Secundo casu,aut vult agere ex capite suspicionis fugæ,& nõ potest stante pignore,ex his,quæ dixi ampl.2.aut ad plenariam, & totalem satisfactionem crediti,& potest,vt ibi dixi.

18 Id † autem quod de contumace dictum est, declaratur duob. modis in practica admodum vtilibus.

19 Primo, † quod reus passus tenutam, vel primum decretum nõ potest cogi ad releuandum tenutam.Bal.in l.2.versi. quæritur vtrum reus,ff.si ex noxa.cau.agatur, ponens exemplum in tenuta capta de equo,& non potest actor tolerare expensas,sed bene poterit solum cogi reus ad prosequẽdum causam vlterioris adiudicationis,respondendum libello,& similia.ita materiam declarat

Alexan. in l. si finita, §. Iulianus, num. 75. ff. de dam. infec. vbi habetur famosum dictum Arcard. in rub. siue in c. 1. de eo, qui mittitur in poss. rei seruan. caus.

40 Declaratur † secundo notab. si reus iterum citatus perseueret in obstinata contumacia, vnde si primo citatus est contumax, & ex hoc patiatur primum decretum, est punita in hoc ista prima contumacia, nec ob eã aliud pati debet, sed si reus velit ad alias pœnas agere côtumaciæ, debet iterato citare, & iterum appareat contumax, ita sing. declarat Castren. in l. 1. §. is videtur, ff. si quis ius dic. vbi Ias. post Alexan. num. 1. notab. & dicit hoc esse dictum notab. & sing. & ex hoc limitari singularem doctr. Bar. in l. consentaneum, de qua superius diximus.

SVMMARIVM.

1 *Actor, vel reus, quis dicatur in casu sequestri.*

Quæstio Decimaoctaua.

1 QVæro, † an ille, qui petit sequestrum reuocari, dicatur actor, vel reus? & vtique dicitur reus se defendẽs, & defensoris partes sustinere, licet grauetur onere probandi, cuius respectu potest dici actor. Ang. in l. non cogendum, §. fi. ff. de proc. Contard. ad l. diffamari, q. 1. nu. 10.

SVMMARIVM.

1 *Sequestratus an possit deducere alimenta, & expensas pro victu.*

Quæstio Decimanona.

1 PVlchra † est quæstio, fit alicui sequestrum super fructibus, pecunia, vel alia re, nõ habet vnde viuere possit, an possit deducere alimenta, & expensas pro victu, non obstante sequestro sibi facto? & vtique licet ei deducere alimenta, & expensas litis, nec restituere tenetur si est de comprehensis à lege, si in lite succumbat, prout est filius, pater, coniux, & similes, Cur. ad l. vnicam, limit. 3. Afflic. decis. 152. num. 4. & decis. 10. vbi loquitur in viro litigante cum vxore, vt ei alimenta, & lites expensas præstare teneatur, Aufrer. ad Tholos. q. 477. col. 2. in fi. Ceph. cons. 127.

num.

num.10.lib.1. Afflic.decis.11. vbi loquitur in sorore litigante cũ fratre, & petente legitimam bonorum maternorũ. Milis loquẽs in Prælato litigante, in ver.expensæ.Rol. decis.142.in antiq.aliás decis 1.de accus.Egid loquens pro Monac.decis.256.Monachus, Guido Pap q.561. vbi loquitur in eo, qui litigat super omnibus bonis, vel maiori parte ipsorum.Boer.decis.303.num.4.vbi tamẽ dicit, quod licet de iure diues teneatur pauperi ad expẽsas, tamẽ non vidit obseruatum. March.q.Delphi.150.queritur, Crau.consi.164.vbi loquitur non facta liquidatione rei petitæ, & in vxore contra tertium agente, quę habebat maritum diuitem, & locupletem, Did.prac.quæst.c.6.sub nu.8. Per Anto. Augusto.consi.4.columna 1.lib.1.Prosper Paset.consi.116.num.1.& seq Borgni.Caualca.decis.3.num.41.& decis.23 nu.23.par 1.Asin in sua prac.§.32.c.2.ampl.24 vsque 31. vbi inter alia quòd Rex, & fiscus subministrare tenentur, & quod in Gallia est Regius pauperum Aduocatus, Emil.consi.126.& hoc.receptissimum est, vt testatur Hier. ** Gab.cons.29 col.fi.nu. 19 & est decis.Rotæ in vna Tiburtina inter Ill..strem Dominam Vrsinam, & Dominam Victoriam Marchionissam die 30. Octob.1553.Menoch.consi.8.nu.22.vol.1.vbi loquitur, prout Crau.superius allegatus in muliere, quæ aliunde viuere possit, declarans ibidẽ quomodo hoc intelligatur. ad idẽ Ferret.consi.34.nu.2. vol. 1. vbi ampliat, quando pater mulieris esset diues, & maritus inops. Declara multis modis, vt per Lancel.de attenta par.2 c.4.lim.12.

Addo quod hæc materia admodum fundatur in l.si instituta, §.de inofficioso, ff.de inoffi.testam.qui tex.tria præsupponere videtur. pri num quod actor sit filius, vel nepos, secundum quòd sit pauper. Tertium, vt primam sententiam per se obtinuerit, & ita cum ibi intelligunt gl.Bar.Alex.Ang.& Cast. Alc.reg.3. præsump.9.nu.9.Alex.in l.si insulam, §.vsuras, nu.3.ff.sol.mat.

Hodie tamen æquitas d.§.de inofficioso, extensa est ad omnes, & singulas personas cuiuscunque generis de alimentis disceptantes, Ceph.d.consi.127.nu.10.lib.1.Guido Pap q.561.Crau consi. * 164.Did.prac.quæst.vbi de communi, c.6.Rota Perus.46. num.6. vbi pariter de communi, & insuper attestatur quod in terris Ecclesię non obseruatur, vt expensę liti.. pauperibus per diuites subministrentur. Similiter dispositio d.§ de inofficioso, habet locum etiam in prima instantia, vt per Afflic.Ceph.& Did.superius citatos.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Interdictum quorum bonorum, an detur contra sequestratarium.*

Quæstio Vigesima.

1 QVæro, † an interdictum quorum bonorum, detur contra sequestratarium in sequestro necessario? & vtique non, cũ sequestratarius non teneatur, nec posit soluere, vel cõsignare sequestrum sine licentia Iudicis, & in terminis tradit Rolan. consi. 1. nu. 17. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Sequester, an teneatur de fructibus, & mobilibus, quæ seruari non possunt.*

Quæstio Vigesimaprima.

1 QVæro, † an sequester teneatur de fructibus, & mobilibus, quæ seruando seruari non possunt, si consumuntur, vel deteriorentur, si non vendiderit, & pretium collocauerit, seu conseruauerit? & vtique sequester tenetur de culpa, seu de negligentia, l. diuus, ff. de petitio. hæred. l. si oleum, ff. de dolo. & ibi per Bar. quia ipse tenetur vendere tales res, & de pretio rationem reddere, & dicuntur seruari non posse, si non valeant vltra triduum durare, secundum glo. in l. 1. C. si aduer. vsuc. Franc. Marc. decis. Delphin. 445. par. 1. vbi in fine practicando dicit, q reperiuntur quædam res, quæ successu temporis non consumuntur. multi laudauerunt quod fieret inuentarium tempore, quo recipiuntur, in quo tempore æstimentur, secundum Salic. in l. fi. C. arbit. tute. & no. in l. fi. C. de magist. conuenien. & ex quo successu temporis consumuntur sufficit, vt de eis reddatur ratio in statu restitutionis, si alias culpa non interuenerit.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio, an interrumpatur per sequestrum.*

Quæstio

Quaestio Vigesimasecunda.

1 SEd nunquid per sequestrum praescriptio, vel vsucapio interrumpitur? & vtique sic, factum de partium consensu, & vt possessio transferatur, Zabarel. in clem. vnica, nu. 25. de sequestr. poss. & fruc. Feli. in c. illud, nu. 16. de praescrip. Boni. de statu. praescrip. gl. 21. nu. 29. iunge quae posui, par. 1. q. 3. aliás non, Balb. de praescript. par. 6. q. 41. sub nu. 30.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum si fiat parato restituere censum, interim ad fructus tenetur.*

Quaestio Vigesimatertia.

1 POne, † quod ego sim paratus restituere censum, fit mihi sequestrum, teneborne interim ad fructus? Rota in vna Toletana census coram Domino Acorambono tenuit, quod sic, vt per Caputaquen. decis. 103. par. 1.

SVMMARIVM.

1 *Accipiens de manu haeredis, an possit impedire sequestrum.*

Quaestio Vigesimaquarta.

PVlchra est quaestio apud Boer. decis. 172. in notabili casu per
1 eum relato, † an ille, qui de manu haeredis accipere debet, possit sequestrationem impedire? & vtique non, sed de manu haeredis capere debet, vt ibi per eum, attestantem ita iudicatum, nu. 15. vbi superius, nu. 2. quod reus potest impedire sequestrationem offerendo incontinenti docere de iure suo.

SVMMARIVM.

1 *Institutio facta de sequestratario, an valeat.*

Quaestio

Quæstio Vigesimaquinta.

1 Est † sequestratus Sempronius apud amicum, condit testamentum, & ipsum hæredem instituit, an valeat? & vtique sic, si iuste detineatur, secus si iniuste. Bal. in l. qui carcerem, in 1. lect. num. 2. ff. quod met. cau. Bart. & Cast. in l. qui a latronibus. ff. de testam. Lamber. de contrac. mulie. glo. 10. num. 27. & hæc est commun. opin. Boss. in tit. de carcer. post num. 22. Prosper. Farinac. q. 35. num. 43.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum, an relaxari possit parte non citata.*

Quæstio Vigesimasexta.

1 Quæro, † fuit relaxatum sequestrum non citato sequestro, an subsistat? vel tanquam nulliter factum ex defectu citationis reuocari debeat? & videbatur non valere tanquam relaxatum sine causæ cognitione. l. in causæ, la prima, § causa, & ibi Bar. ff. de mino. in l de ætate, num. 5. ff. eod. Spec. de primo, & secundo decreto, §. nunc dicamus, num. 1. Alex. in l qui Romæ, §. Augerius, in fi. ff. de verb. oblig Gram. consi. ciui. 104 num. 4 vbi dicit, quod causæ cognitio non solum versatur in sola citatione, vt habetur in glo in clem. 1. de cen. verum in audiendo partes in earum iurib l. si non cognitio, C. si contra ius, vel vtil. pub.

Contrarium credo verius, si de credito legitime cōstet, ita, vt si non esset commissa, veniret omninò committenda, ex l. fi. §. fi. ff. quod met. cau. Ad quem pulchre Aret. in §. quadru. pli, num. 46. vers. quæro immissus, & vers ex cuius, Inst. de act. Castren. consi. 472. in causa capturæ, in fi. lib. 1. Abb. consi. 29. in fi lib. 2. Alexan. in l si tibi. C. de Carb. edic. Soc consi. 113. ad fin lib. 3. Dec. consi. 191. in fine, & 449 numero 17. & in cap. cum cessante, in fine, de appellatio. Ias. in l. a diuo Pio, §. in venditione, columna 3. de re iud. in l fi num. 18. C. de edic. diui Adria. tollen. in l. si pacto, in 5. notab C. de pact. Purpu. in l. nora, col. 9. nu. 70. ff. de iurisdic om. iud Aimo, consi. 65 col. 2. & 140. nu 9. Negus. de pign in tertia parte, memb. 3. a nu. 26. vsque 27 Ruin consi 91. col. fin. vol. 3. Gram. consi. ciuil. 40. num 26. Hier. de Monte, in terminis sequestri non citati, q. 23. num. 5. vbi videas, Alui. de Albu. singu. 1. vbi ad hoc

reputat

reputat notabilem d.l.fi.ff quod me.cau. Bal.consi.90.volum.5. Fran.de Parm.in trac.de priuileg.fisci.par.1.p.iuileg.58. Menoc. de adip scen.poss.remed.5.nu.67. Cui addo quod hoc valde cómendat, & approbat Cremens.singu.33.alias 93.tenura.late Marsil.in prac.§.secunda,nu.18.in l.patre,vel marito, nu.58.de quæ-
* stio.& hæc est communis opinio. Vant. in tit.quib.mod.sen.nul. reparetur,nu.131. Ema. in suo thesau.in verbo caueri, nu.20. &
* * in verbo nullum,num.56. & magis communem dicit Corrad. in prac ti.de execu sen.nu.9. & ita passim practicatur. Prosper Farin.q.27.nu.15.in terminis sequestri. Seraph. de iuramen. priuileg.132.nu.29.Pedemon.decisio.34.

Declara,vt per Borgni.decis.3.nu.11.& in repert. in verbo sequestrum, fol.1189.Lancel.de atten. post inhibi.par.2.c.20. ampliatio.17.fol.418.

SVMMARIVM.

1 *Sequestro, an competat remedium canonis reintegranda.*

Quæstio Vigesimaseptima.

1 CORrelariè quæri potest, an sequestro competat remedium cano.reintegranda.3.q.3. & vtique sic. Spec. in tit.de poss. & pet.in principio,nu.12.Soc.in l.rem quæ nobis,nu.6. ff.de ac-
* quir.pos.vbi Ripa,nu.24.dicit hanc esse communem opinionem, in terminis,Hiero.de Monte,q.23.nu 3.faciunt,quę dixi in trac. depositi,an tale remedium competat depositario,dixi infra par. 9.quæst.12.

SVMMARIVM.

1 *Sequestro,qua actio competat.*

Quæstio Vigesimaoctaua.

1 QVAERO, quam actionem habeat sequester? & vtiq; exercet vtilem actionem. Bart.in l.posteaquam. §.Imperator, in fine.ff.vt leg.nom.caue.dicens hoc bene notandum, & subdit quod econuerso tali actione conueniri non poterit à partibus,sed bene ab extraneo tanquam curator bonis datus.

Et

Et si sequester malè se gessit in officio, tenetur actione de dolo, cum obligetur ex quasi contractu. l. si oleum, vbi Bar. ff. de dolo. facit textus in l. si hominem, in prin. ff depos. & hoc tenet Grana. ad Vestr. lib. 7. c. 2. nu. 20. idem si sequester efficiatur non soluendo, Borgni. decis. 3. in fine, dicens notandum contra illos sequestrantes penes homines multis debitis inuolutos, & intricatos.

Addo vlterius, quod regulariter datur actio depositi cõtra sequestrararium, l. licet. §. 1. ff. deposi. fallit, si conuentio, sub qua est factum sequestrum, non fuit perfecte adimpleta, quia tunc agitur præscriptis verbis contra sequestratarium. Bal. in l. si oleum. ff. de dolo, late Alex. in l. interesse, in fine. ff. de acq. poss. Alc. in l. sequester. in fine. ff. de verb sign.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, posse conueniri vbique locorum, an permittat sequestrum.*

Quæstio Vigesimanona.

1 SEmpronius Ciuis Tudertinus fecit instrumentum crediti, cũ Antonio Perusino, & in instrumento apposuit clausulã, posse conueniri vbique locorum, obligando &c. an poterint sequestrari mobilia, quæ habet Perusiæ, vbi non contraxit, neque domicilium habet.

Et videbatur quod non ex l. fi. ff. de iurisd. om. iud. c. fi. de foro competenti. & licet conuenerit posse cõueniri vbique locorum, tamen potuit resilire ab ista conuentione vsque ad litis contestationem, vt not. in l si conuenerit ff. de iurisdictione omn. iud.

Contrarium in facti contingentia consuluit Anch. consi. 140. primum dubium, & hoc tum ratione dictæ causæ, tum ratione hypothecæ, quæ extenditur etiam ad mobilia, alibi existentia, quæ ratione hypothecæ contractæ poterunt sequestrari in loco, vbi
* reperiuntur, dicens hanc esse communem opinionem, maxime si non offeratur cautio de eis non amouendis, vel barattandis.

SVMMARIVM.

1 *Iustitia in causa sequestri, qua attendenda,*

Quæstio

Quæstio Trigesima.

1 QVæro, † quæ instantia sit attendenda, & obseruanda in causa sequestri? & vtique si statutum prouidit specialem instantiam in materia sequestri, illa erit attendenda, sin autem instantia statuti generalis loquentis de instantia causarum generaliter. Gra.consi.28.nu.14.vol.1.Cur.ad L.vnicã.C.de prohibi.sequest.pecu.q.13.& 14.Rebuf. in commenta.const.to.3. artic.1.nu.67.Alex.consi.50.nu.12.& 18.vol.2. Blanch.de compromis.q.7.nu.3.Alba.consi.96.Castr.in l.1.nu.5.& 6. ff.de iureiuran. Afflic.decis.346.sub nu.3.Soc.consi.95.col.2.vol.1. Ruin.consi.123.nu.10.vol.5.Riminal.sen.consi.418.num 15. & 16. vol.3.Prosper Paset.consi.64 & debet agere contra reum ad forum rei, & non in loco, vbi factum est sequestrum, si ibi reus sortiatur forum.Rolan.consi.65.nu 28.& 29.vol 3. Borgni. decis 1.nu.12. nisi statutum daret modum citandi forensium ratione capturæ sequestri, & ideo ratione rei sitæ, & hypothecæ forensis est citandus in loco sequestri, si ibi inueniatur, si verò est absens debet citari per litteras subsidiales ad locum, vbi habitat forensis, vt compareat ad respondendum, & eligendum domiciliũ, alias ad valuas &c. Doctores in c.fi.de foro compet.in l.hæres absens.§.1. de iu.Castr.in l.fin.C.vbi in rem actio Misinge.consi.47. num.25, Riminsen.consi.729.nu.18.& 19.vol.4.Maran.in Spec.par.6.de citatione,nu.40.Castr.consi.352.col.1.vol.1.Burs.consi.64.nu.101. vol.2.Borgni.decis.3.nu.25.par.1.

SVMMARIVM.

1 *Sequester, an post annum efficiatur possessor.*

Quæstio Trigesimaprima.

AN ille ad cuius instantiam est factum sequestrum post annum efficiatur possessor, prout dicimus in eo, qui in actione reali fuit immissus in possessionem, c.quoniam. §.quod si super, vt lite non contest glo. in l.3.§.fin.versic.quod si autem. ff.de acquir.poss.vbi late Alex.Ias.& alij, & no. in cap.ex litteris.de dolo, & contu.contrarium est verius, nec hoc reperitur iure cautũ. Innoc.in d.cap.ex litteris, sequitur Ang.in l.si quis emptionis,§. sed

sed si quis.C.de præscr.30.vel 40.annorum.Alexan.in l.interesse, nu.5.ff.de acquir.poss.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum, an debeat consignari actori fugiente reo.*

Quæstio Trigesimasecunda.

1 QVid si reus aufugiat, ne iudicium finiatur, an res sequestrata debeat assignari actori? & vtique sic. Bart. & Bal.in l.si oleum.ff.de dolo.vbi pariter dicunt, quod si stat per actorem, sequestrum est restituendum.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum, an cadat in fructibus solo cohærentibus.*

Quæstio Trigesimatertia.

1 AN in fructibus cohærentibus solo cadat sequestrum, sicut in immobilibus? vtique sic.Bar.in l.fin.de requiren.reis. commendat Castr.cons.239.col.fi.vol.1. ad limitationem l.fructus.ff. de rei vendic.Contrarium tenet Ruin.cons.134.nu.13.vol.6. Hieron.Gabr.cons.98.nu.10. & ad Bar.doctrinam respondent, quia agebatur de modico præiudicio, erant de proximo separandi, & erat timor subtractionis, aliàs non procedit, vt per eos, & in istis rebus, quæ seruando seruari non possunt, quando fit sequestratio debent vendi, & pretium deponi, vt not.in d.l.fin.de requiren. reis.Bar.in d.l.si oleum.de dolo, in l.litibus. C.de agric.& censi. lib.10.Tiraquel.de retrac.Lignaier.gl.7.nu.44.

SVMMARIVM.

1 *Sequestri refutatione facta, an si aliud sequestrum fiat aliquid operetur.*

Quæstio Trigesimaquarta.

1 QVAERO de quæstione in facti contingentia, † est factum sequestrum alteri de pecunijs penes ipsum existentibus, modo creditor sequestrans consentit reuocationi, & facit

est refutationem, si postea fiat aliud sequestrum, an aliquid operetur, vel afficiat? & vtique non. Bal.consi.199.par.4.vnde non omnia sequestra afficiunt, sed facta debito loco, & tempore.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum de re existente in horreo, an afficiat.*

Quæstio Trigesimaquinta.

1 SEmpronius reposuit in horreo meo certam quantitatem frumenti, retinendo claues apud se, modo fit mihi domino hoc rei sequestrum, vt non patiar dictum frumentum in horreo positum leuare, teneborne dictum sequestrum acceptare? vtique nó, nec in aliquo teneor, cum claues non habeam in mea potestate, vt in facto concludit Bal.consi.48. parte quarta.

SVMMARIVM.

1 *Feriæ, an obstent in causa sequestri.*

Quæstio Trigesimasexta.

1 QVæro, † an in causa sequestri obstent feriæ? vtique non. Bal.in l.2.super verbo, seruandi causa.ff.de ferijs. reputat singulare idem Bal.singu.185.per l.minor, in princ.ff.de euict.& factum die feriata in honorem Dei, poterit etiam die feriata in honorem Dei relaxari, dummodo die iuridica præstetur. Bal.in l.si fideiussor.§.satisdatum. ff.qui satisd.cogantur, vbi Ias. nu.19.Rebuf.in tomo 1.commenta.de litteris obligatorijs, art. 6.glo.3.nu.60.Curt.ad d.l.vnica.q.10. Marresi.in l.1.nu.4. C.de execu.rei iud.Borgni.late, decis.1.sub nu.41. Firmian. in verbo, sequestratio.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum, an sit iudicium, vel præparatorium.*

Quæstio Trigesimaseptima.

1 QVæro, an sequestrum sit iudicium in se, vel præparatoriũ iudicij? & vtique præparatorium iudicij, & antequam appareat, quid & quantum quis habeat de alieno nõ potest deliberare, an in causa procedi debeat, & possit contra debitorẽ, quod necesse est scire ad incipiendum iudicium mediante litis contestatione, vel in contumaciam, & sic officium Iudicis est ad faciendum fieri dictam manifestationem, & eà facta sequestratio est confirmanda, & successiuè procedendum in causa ad litis contestationem. Rebuf. in commenta. to. 1. art. 6. glo. 3. nu. 64. & 65. Borgni. decisio. 3. sub nu. 2.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum, an possit obtineri contra non possidentem immobilia, sed non suspectum.*

Quæstio Trigesimaoctaua.

1 POne, extat statutum in loco, vt si quis immobilia non possideat, possit fieri sequestrũ; quid si possideat mobilia, nec sit suspectus? vtique sequestrum licite obtinebitur, ex quo vnum tantum requirit statutum. Rolan. consi. 39. num. 40. & seq. vol. 4. Riminal. iun. consi. 226. nu. 37. & 38. & 228. nu. 15. vbi vlterius non quærendum, quando verba statuti sunt clara.

SVMMARIVM.

1 *Sequester, an teneatur denunciare creditori.*

Quæstio Trigesimanona.

1 QVæro, † an sequester teneatur denunciare creditori ante restitutionem? vtique sic, Bal. in l. 1. num. 2. C. de prohibi. sequest. pecu. Ioseph. Rota Luca. 51. in fi.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum in quo loco fieri debeat.*

Quæstio Quadragesima.

1 QVAERO, † in quo loco debeat fieri sequestrum? & utique fieri non potest in loco, vbi non potest conueniri, maxime, quando non est suspectus de fuga, & habet bona in loco suo non multum distanti, & sub eodem principe, Alex. consi. 5. col. fi. vol. 4. Cuma. consi. 157. Dec. consi. 366. sub num. 12. Ruin. consi. 174. nu. 16. vol. 1. Curt. de seque st. q. 7. Matt. Vsembec. consi. 7. num. 7. Rim. iun. cons. 402. num. 4. & 12. vol. 1. Borgni. decis. 3. num. 33. par. 1.

SVMMARIVM.

1 *Sequester, an teneatur ad exhibendum.*

Quæstio Quadragesimaprima.

QVAERO, † an sequester teneatur ad exhibendum? & vtique sic, Bar. & Alex. in l. 1. §. si tabulæ, de tabulis exhibendis, Bal. in l. fi. C. de eden.

SVMMARIVM.

1 *Sequestratio instrumentorum communium, an permissa sit.*

Quæstio Quadragesimasecunda.

1 AN † sequestratio instrumẽtorum communium permissa sit? vtique sic, Bal. in l. 1. C. de prohib. sequest. pecu. l. certe, §. fi. ff. fami. ercifcun. Abb. in c. cum dilectus. de rescrip.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum impedire, an liceat.*

Quæstio Quadragesimatertia.

1 QVAERO, † an liceat impedire sequestrum? vtique si iniustum est, licet: aliás cadit a iure suo, & hoc per solam Iudicis declarationem, licet per sententiam non priuet, Caro. in clem. 1. §. 1. de sequest. poss. & fruc.

SVMMARIVM.

1 *Dissipatori, an possit fieri sequestrum, non obstante remissione testatoris.*

Quæstio Quadragesimaquarta.

1 QVæro, † dissipatori est remissa cautio per testatorem, poteritne hoc non obstante fieri sequestrum? vtique sic, Bal. in l. iubemus, col. 1. in fi. vers. extra quæro, ff. ad Treb.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum, an super deposito cadat.*

Quæstio Quadragesimaquinta.

1 QVæro, † an super deposito cadat sequestrum? tex. quod nõ, in auth. sed iam cautum, vbi no. C. depos. posui superius, in trac. depos. ad l. si quis, q. 10. an possit opponi exceptio sequestri, ibi videre placeat.

SVMMARIVM.

1 *Sequestratio facta in prima instantia, an duret in secunda.*

Quæstio Quadragesimasexta.

1 QVæro, † nunquid sequestratio facta in prima instantia duret in causa appellationis? vtique sic. Bal. ad Spec. de seques. poss. & fruc. vers. 5. Ias. in l. si fideiussor, §. si satisdatũ, num. 23. ff. qui satisd. cog.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Sequester, an possit fructus restantes conuertere in vtilitatem Ecclesiæ.*

Quæstio Quadragesimaseptima.

1 AN † sequester possit fructus beneficij restantes conuertere in vtilitatem ecclesiæ? & vtique non. Card. in clem. 1. q. 28. de sequest. pos. & fruc.

SVMMARIVM.

1 *Sequester vt possit agere de damno dato.*

Quæstio Quadragesimaoctaua.

1 AN † sequester possit agere de damna illato? vtique sic, Salic. in l. 1. C. de prohibi. seques. pecu. per tex. in l. is qui, §. qui seruandorum, ff. vt in pos. leg.

SVMMARIVM.

1 *Sequester, an possit conducere domum.*

Quæstio Quadragesimanona.

1 QVid si † sequester non habeat domum tutam ad conseruandum sequestrum, poteritne conducere sumptibus sequestri? posui in trac. loca. & conduc. in ver. sequester.

SVMMARIVM.

1 *Sequester, an teneatur edere partibus.*

Quæstio Quinquagesima.

1 QVARRO, † sunt confiscata bona Notarij, & sequestrata protocolla, tenebiturne sequester edere partibus? vtique sic, Bar. in l. 2. §. si tabulæ, paulò post principium, ff. de tabu. exhiben.

Declaratur hoc esse verum si non possit agi contra tabellionē: quia sit mortuus, vel contra hæredem eius: vt quia sine dolo desijt possidere, vt per Alex. post Castren. in l. quædam, §. nihil, num. 8 ff. de eden.

SVMMARIVM.

1 *Coniunctus, an possit sequestrare.*

Quæstio Quinquagesimaprima.

1 NVnquid affinis, vel alia coniuncta persona poterit petere, vel facere sequestrum pro coniuncto creditore? & videbatur quod non; quia coniunctæ personæ solui non potest, l. non solum, ff. sol. mat. l. cum maritum, C. de proc.

Contrarium est verius, nam licet coniunctæ personæ solui non possit, potest tamen talis persona sequestrum, vel depositum petere ad fauorem coniuncti creditoris, Bal. in l. siue autem, vbi reputat singulare, ff. de nego. gest. vbi rationem reddit, quia isto casu potius dicitur agere, quàm solutionem recipere, Alex. ad Bar. in l. vero procuratori, littera C, ff. de sol. in l. exigendi, lim. 9 C. de proc. Ias. hoc reputans notabile in l. non solum, in 2. limita. ff. sol. matrimo. vbi tenet indifferenter contra opinionem Alexan. siue debitor sit suspectus, siue non. Cot. hoc valde commēdans, & indifferenter tenens, in ver. coniuncta persona, vbi adhæret Iasoni in citato iam loco, Ripa in cap. cum M. Ferrariensis, numero 60. in fine, de constitutionib. dicit perpetuo notandum, Marc. Mant. sing. 260.

SVMMARIVM.

1 *Sequester, an possit vendere rem sequestratam.*

Quæstio Quinquagesimasecunda.


1 NVnquid † sequester poterit vendere rem sequestratam? vtiq; sic, tempore quo melius vendi potest, & vtilius, vt puta q̄ vendatur equus tempore caualcatæ, & frumentum tempore caristiæ. Ang. practicādo in l. 1. §. quamuis. ff. vbi pup. educari debeat.

Partis Tertiæ Finis.

PARS



PARS QVARTA DE SEQVESTRO.



SVMMARIVM.

1 *Sequestri vita.*

Quæstio Prima.



VABRO de vita sequestri, & vtiq; triennio durat, vnde si est factum sequestrũ, & data cautio de stando iuri, & iudicatum soluendo, elapso triennio expirat. Bart. in l. litibus. num. 7. C. de agricol. & censit. lib. 10. commendat Grat. cons. 28. prope finem. Seraph. de iuramen. priuileg. 125. in final. verbis. Menoc. centur. 5. cap. 457.

Limita primo, nisi per statutum loci in causis breuior instãtia daretur, quia hoc attenditur, Ias. in d. §. si satisdatum, sub nu. 21.

Limita secundo, non procedere in sequestro facto ob litem, quod triennio durat: secus ob aliam causam, quia durat perpetuo. Bal. in c. olim. col. 3. de rescrip.

Limita tertio de Iure Canonico: quo casu instantia est perpetua, & sic sequestrum in terris Ecclesię, & foro episcopali de magis communi. Eman. littera I, num. 113. in suo thesauro. Asin. in pract. c. 3. nu. 21.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum per satisdationem reuocatur, quæ cautio tria continere debet. nu. 2 fallit tamen nu. 3. 4. 5. 6. 7. 9. 10. 11. & 12.*
6 *Iuratoria cautio ad sequestri reuocationem, an sufficiat. & nu. 7. & 8.*

Quæstio Secunda.

1 QVæro, † quomodo sequestrum reuocetur, & vtique regula est per satisdationem, l. si fideiussor §. si satisdatum, ibi, vel satisdatio datur. ff. qui satisda. cogan. vbi Alex. num. 5. Ias. nu. 17. & hæc est medicina sequestri. Vestr. lib. 7 c. 2. nu. 9. & hæc ** est magis communis opinio. Viui. lib. 1. opin. 266. Mandos. pariter de communi, de monitorio, q. 10 nu. 1.

2 Quæ † fideiussio, & cautio tria principaliter continere debet; primum de iudicio sisti, secundum de re non barattanda, & hæc duo ponit glo. in d. §. si satisdatum, in vers. satisdatio. Addit Ias. post Alexan. tertium requisitum de re restituenda, sine procrastinatione, Bart. in l. litibus, nu. 5. C. de agricol. & censit. lib. 11. vbi dixit cautionem non valere, nisi talia verba ponantur, & in practica dixit diligenter notandum, Alex. in d. §. si satisdatum, nu. 7. Grauat. ad Vestr. lib. 7 c. 2. nu 19. Viui. opin. 266. in principio, Vital. in clausula, nihil innouari accusatione pendente, nu. 3. vbi hoc admodum pariter commendat, Bald. decis. 240. hodie tamen de generali consuetudine totius Italiæ hoc non obseruatur, sed sufficit simplex cautio de stando iuri, & iudicatum soluendo. Ioseph. Rot. Lucan. 51. n. 16. & sic hodie passim fiunt instrumenta.

3 Limitatur † hæc conclusio in omnib. casib. superius appositis, in quibus diximus licitam esse sequestrationem, quibus casibus sequestrum ēt satisdatione non reuocatur, nisi in casu dilapidationis, vt ibi dixi, & ponit pulchre Coras. miscel. lib. 3. c. 2. propè finem, quæ. n. satisdatio propositum maleuolum mutare potest, §. nouissi ne. Instit. de suspect. tut. quæ nimiam viri sæuitiam, vel sit restitutionis locus securus, c. litteras. §. fin. de restitu. spoliator. sequitur Viuius in citato loco. Firmian. in verbo sequestrum.

4 Limitatur † secūdo, nisi essemus inter personas, inter quas non cadit satisdatio, iuxta l. Imperator. ff. ad Trebel. Bal. in d. l. vnica.

5 Limitatur † tertio in sequestro facto de ordine Principis, vel alterius superioris Io. And. ad Specul. in rub. de seq. possess. & fruc. Ias. in d. §. satisdatum, limita. 4.

Limi-

6 Limitatur † quarto, vt cautio iuratoria non sufficiat ad reuocationem sequestri. Butr. Imo. & Abb. in c. 2. de sequestra. possess. & fruct. Alex. in d. §. satisdatum. nu 6. vbi Ias. nu. 18. & idem Ias. l. 1. limita. 11 ff. eo. tit. Bal. Ang. & Imo. in l. filiusfamilias. §. diuus. ff. de lega. 1 in l. si constante, §. quoties, & ibi etiam Castrens. ff. solu. matrimo Salic in l. 1. C. de prohibi. sequest pecun. Firmian. in verbo, cautio iuratiua, penult. ver.

7 Contrarium † tenet glo. in l 1. C. de assert. tollen. in c. ex parte. il secondo, de verb signific. & ibi Panorm. multum commendat illam glo. dicens, quod extendit auth. generaliter, ad omnes casus, in quibus quis fideiubere tenetur.

8 Vnde † conciliando ita videtur distinguendum, an persona est honesta, & sufficit ei iuratoria cautio, aliàs non, Balb. decis. 6. & ita fuit iudicatum in Camera Imperiali, Mising centur. 2. obseruat. 10. ex doctrina Bartol. in l. vsufructu. C. de vsufru. Cócilia secundo, aut agitur de re, aut de fructibus. primo casu non sufficit iuratoria, secundo sic, quia non tractatur de tam graui præiudicio. Abb. in c. cum dilectus, de seq possess & fruct.

9 Limitatur † quinto, vt si simus in forense fideiussio debet fieri, & concipi de stando iuri coram Iudice competente, late deducit Grammat. consi. 27. vbi reassumit illud de transeuntibus per viam ad alia loca, quod si res quas asportant ex aliqua causa sequestrarentur, debet satisdari de stando iuri coram eorum iudice competenti, & ita res sequestratæ restituuntur.

10 Limitatur † sexto, vt talis fideiussio debeat pure, & simpliciter cócipi de stando iuri &c. aliàs conditional ter præstita quatenus teneatur, vel si nisi modo non releuat. ita prosequitur Crauet. cons 272. nu. 14. vbi bene dicit, aut tenetur cauere, & simpliciter, & absolute caueat, aut non putat se teneri ad cauendum, & agat causam marte suo absque cautione conditionali.

11 Limitatur † septimo in casu relato per Pute. decis. 311. lib. 1. quando sunt tres sententiæ in possessorio, & vna in petitorio, vt ibi late per eum, nec per fideiussionem alio non docto quis efficitur triennalis pacificus possessor. Pute. decis. 325. par. 1.

12 Limita † octauo vt sequestrum simpliciter & sine aliqua cautione reuocetur, quando emanauit a Iudice incompetenti, vel sine causa sit factum. Rota nouissima decis. 16. lib. 1. & 97. lib. 2. & 29. lib. 3 par. 3. quod no.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum, an possit reuocari per non possidentem immobilia.*

Quaestio Tertia.

1 QVAERO, aliquis non possidens immobilia petit reuocari sequestrum sibi de re mobili factum, tenebiturne cauere? Bal. tenuit quod non, in §. si satisdatum, inducendo, vt ibi per Alex. nu. 7. quem videtur sequi Ias. sub nu. 26. Cõtrarium est verius ex allegatis per Ias. ibi pro contraria parte, Pute. decis. 335. parte prima.

SVMMARIVM.

1 *Sequestri reuocationem, quis petere possit.*

Quaestio Quarta.

1 QVAERO, † quis potest comparere ad reuocationẽ sequestri? vtique quilibet admittitur, siue habeat mandatum, siue non, cum sit species defensionis. Iacobus de Are. in l. de pupillo. §. qui remissione. ff. de noui ope. nunc. commendat Cast. in d. §. si satisdatum, vbi Ias. nu 18. & de tertio comparente pulchre, Fulg. cons. 18. factum se habet &c.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum, quo tempore restituendum.*

Quaestio Quinta.

1 QVaero, † quo tempore sit restituendum sequestrum? vtique lite finita, vel si per actorem steterit Bart. per illum textũ in l. si oleum ff. de dolo. in l. fi. C. de bon. autho. iud. poss. requisitus tamen tenetur exhibere. Bar. per illum textum, in l. 1. §. si tabulae. ff. de tabul. exhib.

SVMMARIVM.

1 *Expensae an reficiendae, in reuocatione sequestri.*

Quaestio Sexta.

1 QVaero, † instatur pro reuocatione sequestri oblata cautione, aduersarius contradicit, iudex pronunciat data cautione reuocandum, condemnabiturne victus in expensis? vtique non, quia est punctus iuris, Lanfran. in tit. de expen. num. 16. prope finem.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum, quando sit bene relaxatum.*

Quaestio Septima.

1 QVaero, † quando sequestrum dicatur bene relaxatum? vtiq; si fiat de mandato iudicis, latè Caputaq. deci. 150. par. 3. 1

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Appellatio, an detur a sequestro.*

Quaestio Octaua.

1 QVæro,† an detur appellatio a sequestro facto, puta, ne partes veniant ad arma? Et Ang. tenuit, quod sic, vt per eum cons. 107. sequitur Duenn. reg. 44. limit. 2. Maran. in suo Spec. in 2. actu principali. nu. 296. Menoch. de adipiscen. poss. remed. 6. nu. 20. in fine.

Contrarium tenent Sal. & Bal. in l. vnica. C. si de momen. poss. in ratione decidendi, quia huiusmodi sequestrum non pariţ præiudicium via iuris, sed via facti. Bal. in l. 2. nu. 22. C. de episc. audien. Contar. ad Aegid. limit. 16. vbi subdeclarat duobus modis succurri victo, primo ex parte nullitatis, si sequestrum fuerit obtentum sine causæ cognitione, & an vere adesset timor armorũ, prout suo loco tetigi; secundo modo succurritur si nõ fuerit seruatus debitus ordo in cognoscendo, si aliquis, vel neuter possidebat, nam altero possidente sequestratio non erat concedenda, vt late superius suo loco diximus, quæ hic dicta iungi ibidem possent.

SVMMARIVM.

1 *Sequestratio, an sit mitior missione in possessionem.*

Quaestio Nona.

1 POteritne iudex mitius agere cum reo, puta si contra eum peteret facere missionem in possessionem, hoc omiserit deueniendo ad sequestrationem? vtique sic. Abb. in c. olim ex litteris, nu. 8. ver. in glo. in verbo sequestrum, de rescr.

SVMMARIVM.

1 *Missus in possessionem ex primo decreto, an sequestretur.*

Quaestio Decima.

1 MIssus in possessionem ex primo decreto non conseruat fructus, eritne licita sequestratio? vtique sic. Abb. in c. cum dilectus, & in c. peruenit, de appel.

ANTI-

ANTIQVORVM OPINIONES IN MATERIA SEQVESTRI.

SVMMARIVM.

1 *Sequestri materia, secundum antiquos.*

Quæstio Duodecima.

1 CVM fit sequestrum Iudicis authoritate, hoc cõtingit dupliciter, aut fit de re non contentiosa, aut contentiosa, si non contentiosa dupliciter, aut ad sui iuris cõseruationem, aut oneris exonerationem. exemplum de prima cum plures sunt hæredes, & quilibet vult ius suum in posterum conseruare, prout in tabulis testamenti, cautionibus, & simil.ib. tunc si non concordant, fit sequestratio, l. cęterum. § fi. ff. fam. er. De secundo, l. acceptam. C de vsur. & l. debitor. ff eo. tit. & istis casibus sequestratio est rei liquidæ sui iuris tuendi, vel oneris leuandi gratia depositio. Si verò fit de re contentiosa, sequestratio est rei possessæ, seu detentæ, aut fructuum eius, quæ in controuersia vertitur a possessore, seu detinente Iudicis officio ex causa separatio, & penès alium depositio.

Et hęc sequestratio Iudicis authoritate fit quadrupliciter, aut mero officio pręsidẽtis, aut mercenario, aut petitione sequestri, aut alterius partis primo casu, si pſes videt aliquos ad rixas venire, quos potest sua iurisdictione compescere, l. æquissimũ ff. de vsufruc sequestrando penes se, vel alios, vt diximus superius, & in Normandia semper fit penès Iudicem, secundum Probũ Secundo modo, quia illud officiũ est mercenarium, & deseruit actioni; tunc si illud seruitium est debitum pp illud potest fieri sequestratio, verbi gratia, aliquis beneficiatus non vult seruire beneficio, præsidens sic habet curare beneficiũ, quod eius officiũ non negligatur, tunc quantũcunq; appellet beneficiatus fructus poterunt sequestrari c peruenit, de appel. l. 3. quib ad liber. proclam. non licet quib iuribus cauetur, quod si duo de beneficio contẽdunt, quorum nullus fuit pacificus possessor, fructus poterũt sequestrari, cum dictum beneficium non duos ministros, sed vnum habere debeat saltem quousque contentio sopiatur.

Ex quibus colligi videtur, ꝙ officium Iudicis mercenariũ deseruit sequestrationi faciẽdæ propter onus rei incombens, quod non expletur, seu rei concessæ abusum per d. c. peruenit.

Deseruit

Deseruit etiam officium Iudicis mercenarium in casu, cũ ad libertatẽ proclamatur, ex d.l.4.C.quib.ad liber. ꝓclam. nõ licet. de qua latius superius diximꝰ inter casus ꝑmissę sequestrationis.

Et quando contenditur super iudicio vniuersali, vel qſi contenditur super beneficio, vt no.de libel.oblat.c.1.citius inducitur sequestratio, quàm in iudicio singulari, quo meum peto, vel mihi debitum, vt assero agendo, vnde iura inducentia sequestrationẽ loquuntur in iudicio vniuersali, vel quasi, vt ff.de tabul.exhiben. l.fi.& de collat.bon.l.1.& l.fi.C.de ord.cogn.& est ratio, quia vbi ago contra P.ad certam rem, ibi contenditur de eo, quod alter tenet, vel de eo, de quo est præsumptio reum se ad hoc non ligatũ, nisi aliud probaretur, vt dictũ est; sed vbi contenditur super vniuersitate, vel quasi, ibi non est præsumptio pro detinente tam efficax, sicut in prædicto casu, cum possidens vniuersa, singula non possideat, l.qui vniuersas. in princ. ff.de acquir.posses.

Vnde si duo contendunt de vno beneficio, habens potiora iura sicut præfertur in possessione, ita & multo plus in sequestratione. argumento l.fin.C.de edic. diui Adria.tollen.

Si aũt fiat sequestratio tertio modo, i. petitione sequestri:dic, vt l.rei.§.si apud.ff.deposi.si aũt fiat quarto modo, s. ad petitionẽ partis, distingue aut petitur sequestratio pendente negocio principali, aut negocio appellationis, ante executionem, aut negocio appellationis ab executore interiecta. primo casu dupliciter, aut proceditur a parte contra partem præsentem, aut in contumaciã alterius partis. primo casu dupliciter, aut contenditur super re, de qua magis est præsumptio pro reo, puta peto rẽ ex aliquo contractu, ius præsumit me non ligatum, nisi probetur, quo casu cessat sequestrum, nam primo debitor debet conuinci, postea ad solutionẽ astringi, de iu.fisci.l fin.& l.negantes.de act. & oblig. Idẽ si res sit talis cuius possessio indifferẽter cadit inter eos, qui contendunt, puta habere fundum ita cadit in me, sicut in Petro, ago contra Petrum ad fundũ, qui eo ipso, quod est possessor hẽt plus me.§.cõmodum, Insti.de interdict. nunquid principali pendente negocio dẽt fieri sequestratio.l.vtiq, . de rei vendi.clem.1.de sequest.possess.& fruc.verũ vbi certa pręsumptio vinceretur aliqua æquitate, tum iudicis officio esset permissa sequestratio l.si fideiussor.§.si satisdatum. ff.qui satisd. cog. & hi sunt casus speciales contra regulam, ibi.n.suspicio cõtra reum inducit sequestrationem. pariter si reus non posset cauere fit sequestratio, vt C.de assert.tollen.l.1.§.si verò, & l.litibus.C.de agric.& cẽsit.lib.11.similiter si quis est in possessionem rei seruandæ causa ne fructus consumat

sumat

sumat sit sequestratio, capit. 2. de causa possess. & proprieta.

Si autem procedatur in contumaciā, & hoc dupliciter, aut est casus, in quo procedi pōt ad missionē, aut nō; si non, vt quia agatur de beneficio, hoc casu pōt fieri sequestratio. c. olim. de rescr.

Si verò est causa in qua procedi potest ad missionem in possessionem, tunc illa est seruanda, intuitu tamen religionis quandoque fit sequestratio, c. 2. de dolo & contuma.

Si autem procedatur in negocio principali ante executionē, hoc est dupliciter, aut appellatio interponitur a diffinitiua, aut ante diffinitiuam. primo casu sequestratio petitur; aut a petitore appellāte, aut a persona. primo casu impossibilis, cum nihil possit sequestrari ab eo, qui nihil habet. 2. q. 6. cano. quotiens. 2. respon. si autem a possessore petatur fieri, qui appellat, & prosequitur negocium, regulariter non debet fieri, cum pendente appellatione nihil sit innouandum, immo vt attentatum reuocandum, sed hoc fallit ex causa dilapidationis, vel alia iusta suspicione. l. Imperatores, §. fin. ff. de appella.

Et vbi in principali proceditur ad sequestrationem, multò magis in causa appellationis, vbi possessor vnius appellat.

Si autem appellatio interponatur ante diffinitiuam, sequestrationis ius hoc casu conquiescit: si autem procedatur in negocio appellationis ab executione, si res est mobilis sequestratur, si immobilis sequestrantur fructus, non distincto, an possessor sit suspectus, vel non, vt late deducunt Archid. Ioan. And. Io. Mona. & Franc. in regu. locupletari, lib. 6. Luc. de Pen. in l. litibus. C. de agricol. & censit. lib. 12. & est pulcher, vtilis, & egregius antiquorum discursus, si bene cōsideretur, & sale admodum plenus, & notatu dignus, & in fine pro cōdimēto apposui hujus vtilis materiæ de sequestro, & cōmendat, & sequitur Bald. ad l. vnicā. C. de prohibi. sequestra. pecun. aliquantulū clarius, vt ipse profitetur loquēdo.

SVMMARIVM.

1 Sequestri in materia, an competat remed. canonis reintegranda.

Quæstio Duodecima.

1 QVæro, † an in materia sequestri cōpetat remedium can. reintegranda, 3. q. 1. Et regulariter nō, vt per Ancha. consi. 248.

Fallit si emanasset per Iudicē incōpetentem, vel alias iniuste, vel nulliter fieri mādasset, vel iuris ordine nō seruato, vt Mohed. decis. 198. Pōta. de spol. lib. 1. nu. 123. sup. in materia, par. 3. q. 26.

SVMMARIVM.

1 Sequestro, an res efficiatur litigiosa ad impediendam alienationem.

Quæstio

Quæstio Decimatertia.

1 AN per sequestrum res efficiatur litigiosa ad impediendum alienationem? Vtique non. Nat.consi.2.num.2.commendat Lancel.de attent.lite pen.c.4.nu.496.vide supra, par.3.q.9. in fine. Et ita iudicatum fuit in quadam ardua causa Tuderti vertente, patrocinante Domino Pompeio Bonalingua, I.C. clarissimo, & miræ facilitatis Poeta celeberrimo, mihiq; in studijs meis dectissima, ac suauissima consuetudine coniuncto.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum factum vni ex socijs, an noceat alij.*

Quæstio Decimaquarta.

1 QVAERO,† est factum sequestrum vni socio, an teneatur alter? vtiq; si culpa socij id euenit, culposi tantum erit dãnum: si vero sine culpa, tunc damnum commune erit. Petr.de Vbal.de duob.fratrib.par.8.nu.7.commendat Bero. consi. 190.num.3.lib.1.reassumit Ioseph. de Lud.conclus.53. col.30. in fine, illatio.17.

SVMMARIVM.

1 *Verba in sequestro apposita, an noceant.*

Quæstio Decimaquinta.

1 NVnquid † verba in sequestro apposita noceant? vtiq; sequestra, commissione, & similia, contra aliquem decreta sunt verba partis aduersæ, quæ alteri non nocent, vt enunciatiuè prolata. Rota nouissima, decis.526.nu.2.lib.3.par.3.

SVMMARIVM.

1 *Descriptio quid sit, et quando habeat locum.*

DESCRIPTIO.

1 QVoniam † vbi prohibita est sequestratio admittitur descriptio, vt inferius subijciam; propterea post tractatum de sequestratione tangã aliqua vtilia in materia descriptionis, quæ & in praxi frequentissima est, & in foro sæpius agitata.

Descriptio igitur duplex est, quædam idẽ est, quod incorporatio in patrimonium Principis, vel Cameræ, & appellatur hoc modo descriptio, quia pingebantur insignia Principis in signum acquisitionis. Alia est descriptio, quæ a multis appellatur pernumeratio, cum tabellio scribit, & notat omnes, & singulas res, ne perdantur, vel subtrahantur, vel ad alium similem effectum, & de hac tractamus. de prima ponit post alios per eum alleg. Iul.Clar. in pract.§.fin.q.44.

Prohi-

Prohibita igitur propria bonorum sequestratione cōceditur descriptio secundo modo sumpta, Ias. in l. si fideiussor, §. si satisda tum, nu. 31. ff. qui satisdare cogantur.

Hinc postea si hæres mittatur in possessionem ex edicto Diui Adr. vel alio modo, & reseruatur quæstio proprietatis ad instantiam contradictionis, poterunt, & debent eo instante describi bona, vt postea sciat creditor, quid possit vendicare. ita Bar. per illū tex. dicens hoc menti tenendum, in l. 1. §. eligitur, ff. de ventre in posses. mitten. idem in volente agere petitione hęreditatis, Boer. in singularib. suis, in verbo, sequestratio, nu. 5.

Præterea lite pendente, vel ante sententiam prohibetur descriptio primo loco sumpta, nisi reo aufugiente in contumacia, permittitur tamen simplex bonorum descriptio. Bar. in l. si. ff. de req. reis, in l. facultas, alias defensionis, nu. 4. C. de iure fisci. lib. 10. in l. post contractum, nu. 19. de donation.

Pariter non dicitur attentatū in causa appellationis, si fiat descriptio, vt post alios tenet Lancel. de atten. par. 2. c. 12. de atten. appell. pendente, limit. 12. nu. 25. cum seq. Et vtilis est hæc descriptio, vt releuetur actor ab onere probādi per testes, & Iudex certam ferat suo loco sententiā, & sic descriptio deseruit loco probationis, & hoc verū tam in ciuilibus, quàm in criminalib. Rebuf. ad l. quod iussit, in 5. notab. nu. 8. de re iu. Anch. q. 47. nu. 16. par. 1. Burs. cōs. 43. nu. 19. vol. 1. Lanc. de atten. accu. pen. limit. 11. nu. 21.

Supellectilium autem, & massaritiarum domus non sic de facili Iudex concedet descriptionem, ne domus secreta pandantur in iniuriam patrisfamilias. Bal. in l. 1. in fine. C. de prohib. seq. pec. Borgni. decis. 23. nu. 34. Alex. Sciatic. in sua pract. iu. c. 11. nu. 20. ex quibus etiam habes, ꝙ talis descriptio fieri poterit vbicunque, & quandocunque Iudici æquum, & expediens videbitur.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio, quando habeat locum.*

Inhibitio de non alienando.

1 DAtur etiam, quando sumus in immobilibus inhibitio de nō alienando, quæ est loco sequestri. l. de pollicitationibus, vbi hoc no. Bart. ff. de pollicitationib. l. diuus Pius. ff. de peti. hæred. l. si creditor, §. si. ff. de priuileg. cred. Bal. in l. per diuersas, q. 9. C. mand. Coras. Miscel. lib. 3. c. 2. nu. 8.

FINIS.